ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

LUCIANI SAMOSATENSIS
OPERA
GRAECE ET LATINE.

POST
TIBERIUM HEMSTERHUSIUM
ET
JOH. FREDERICUM REITZIUM
DENUO CASTIGATA
CUM VARIETATE LECTIONIS, SCHOLIIS GRAECIS,
ADNOTATIONIBUS ET INDICIBUS
EDIDIT
JOHANNES THEOPHILUS LEHMANN.

TOMUS QUARTUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXXIII.

IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER.

LUCIANI SAMOSATENSIS

OPERA.

ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ
Η ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

Reitz. T. I. p. 739.

Argum. Per hunc vere Socraticum dialogum Hermotimus, qui jam per viginti integros annos castra Stoicorum sectatus nihil fere in philosophia profecerat, a Lycino, i. e. Luciano, amico procedente sermone paullatim eo redigitur, ut fateatur, omnino sectarum studium vanum esse et inutile ad id, quod verum sit, et honestum, inveniendum: primum enim in hunc finem opus esse, ut omnes sectae accurate cognoscantur, quo optimam eligere possis viam; verum ad id efficiendum tantum requiri temporis, ut ne longissima quidem vita sufficiat. Deinde etsi vel omnes tandem recte cognoveris, nondum tamen certum esse, cujusnam earum vera sit philosophia, quoniam omnes possint errare, quantumvis in placitis suis sibi ipsae constent. Porro agi de summo fine (felicitate), quem nemo philosophorum, ac ne Stoicorum quidem, ipse unquam consecutus sit, quemque ea via, quam fere ingrediantur, nunquam attingere queant. Hinc postremum persuadetur Hermotimo id, ad quod *Horatii* quoque Epistolarum plerarumque summa fere redire solet, missis omnibus futilibus philosophorum argumentationibus et disputationibus, operam quam maxime dandam esse, ut recte quisque in suo loco, id est, honeste et utiliter, vivamus.

ΛΥΚΙΝΟΣ. [a])

ΛΥΚ. Ὅσον, ὦ Ἑρμότιμε, τῷ βιβλίῳ καὶ τῇ τοῦ βαδίσμα- 1

VARIAE LECTIONES.

a) *ΛΥΚΙΝΟΣ*] „Ab hac persona recte incipiunt J. H. et A. 1.

HERMOTIMUS
SIVE DE SECTIS.

LYCINUS.

Lyc. Quantum licet, Hermotime, ex libro, tum ex

p. 739. τος σπουδῇ τεκμήρασθαι b), παρὰ τὸν διδάσκαλον ἐπειγομένῳ ἔοικας· ἐνενόεις γοῦν τι μεταξὺ προϊὼν, καὶ τὰ χείλη διεσάλευες, ἠρέμα ὑποτονθορύζων, καὶ τὴν χεῖρα ὧδε κἀκεῖσε c) μετέφερες, ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ d) διατιθέμενος· ἐρώτημα δὲ, ἢ τὶ e) τῶν ἀγκύλων συντιθεὶς, ἢ σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφροντίζων, ὡς μηδὲ ὁδῷ βαδίζων σχολὴν ἄγοις f), ἀλλ' ἐνεργὸς εἴης, ἀεὶ σπουδαῖόν τι πράττων, καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν ἐς τὰ μαθήματα.

ΕΡΜ. Νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτό τι. τὴν γὰρ χθιζὴν
p. 740. συνουσίαν, καὶ ἃ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀνεπεμπαζόμην, ἐπιὼν τῇ

Deest in Par. et Fl. et M. in quibus numquam in capite scribuntur personarum nomina. Sed B. 2. *Λυκίνου καὶ Ἑρμοτίμου.* Vid. infra c. 48 et 49. Ceterum in personis per totum dialogum distinguendis Florentina integre exprimit *ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ* et *ΛΥΚΙΝΟΣ.*" Vulgatam et A. 2. exprimit; sed B. 1. et 3. cum B. 2. faciunt. Temere a *Reitz.* ratione recedentes *Bip.* et *Schm.* omiserunt in capite nomen, nec nisi *ΛΥΚ.* obscure decurtatum praefixerunt in eodem, quo Lycini verba ipsa sequuntur, versu. Melius quidem ad aliorum dialogorum exemplum, sed hic tamen ex suo tantum arbitrio, *Seyboldus* inscripsit: *ΛΥΚΙΝΟΣ, ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ.* b) τεκμήρασθαι] ,,Lege τεκμαίρεσθαι ex Marc. *Solan.* Sed nihil mutat M. nec Edd." Τεκμῄρασθαι cum jota subscripto 2954. quod probatum *Belino* recepit *Schmieder.*, receperant etiam *Seyb.* et *Bip.* Sed *Reitz.* cum vett. Edd. omnibus recte omisit jota. Cf. Adnot. c) ὧδε κἀκεῖσε] ᾧδε κἀκεῖ 2954. minus bene. d) σεαυτοῦ] ,,ἑαυτοῦ W. at prius servant Edd." Etiam 2954. habet ἑαυτοῦ. e) ἐρώτημα δὲ, ἢ τὶ] ἐρώτημα δή τι (*nimirum*) mallet *J. Seager.* Classical Journal Vol. XIII. p. 71. At vid. Adnot. f) ἄγοις] ἄγεις 3011. Sed *Belinus* emendari vult, ὡς ἂν — ἄγοις, quam improbam hominis licentiam jam centies explosimus; ut Pisc. 944. e. a.

incessus celeritate, colligere, festinare ad magistrum videris. Commentabaris enim aliquid inter eundum, et movebas cum leni murmure labia, et manum huc illuc transferebas, tanquam qui orationem aliquam intra te disponeres, aut altercationem, aut tortuosum quiddam componeres, aut Sophisticam quaestionem cogitatione persequereris, ut ne in via quidem otio indulgeas *nimirum*, sed operosus sis, et serium quiddam agas, quodque ad doctrinam tibi prosit.

Herm. Per Jovem, Lycine, tale quiddam *erat.* Etenim hesternam auditionem, et quae dixit nobis, repetebam, memoria percurrens

μνήμῃ ἕκαστα. χρὴ δὲ μηδένα καιρὸν, οἶμαι, παριέναι, εἰδό- p. 740.
τας ἀληθὲς ὂν τὸ ὑπὸ τοῦ Κῴου ἰατροῦ εἰρημένον, ὡς ἄρα
Βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ [g]) δὲ ἡ τέχνη. καίτοι ἐκεῖνος ἰα- *Hippocrat.* Aphorr. 1.
τρικῆς πέρι [h]) ταῦτ' ἔλεγεν, εὐμαθεστέρου πράγματος· φιλο-
σοφία δὲ καὶ μακρῷ τῷ χρόνῳ ἀνέφικτος, ἣν μὴ πάνυ τις
ἐγρηγόρως [i]) ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἀποβλέπῃ [k]) ἐς αὐτήν·
καὶ τὸ κινδύνευμα οὐ περὶ μικρῶν, ἢ ἄθλιον εἶναι ἐν τῷ πολ-
λῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ παραπολόμενον [l]), ἢ εὐδαιμονῆσαι
φιλοσοφήσαντα [m]).

ΛΥΚ. Τὰ μὲν ἆθλα, ὦ Ἑρμότιμε, θαυμάσια, ἡλίκα εἴ- p. 741. 2
ρηκας. οἶμαί γε μὴν οὐ πόῤῥω σε εἶναι αὐτῶν, εἴ γε χρὴ εἰκά-
ζειν τῷ τε χρόνῳ ὁπόσον φιλοσοφεῖς, καὶ προσέτι τῷ πόνῳ
οἷόν μοι οὐ μέτριον ἐκ πολλοῦ ἤδη ἔχειν δοκεῖς. εἰ γάρ τι μέμ-
νημαι, σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' οὗ σε οὐδὲν ἄλ-
λο [n]) ποιοῦντα ἑώρακα, ἢ παρὰ [o]) τοὺς διδασκάλους φοι-

g) *μακρὴ*] μακρὰ 2954. h) *πέρι*] περὶ *Reitz.*, ut B. 1. Recte πέρι B. 3. A. 1. 2, et recentt. Edd. i) *ἐγρηγόρως*] ἐγρηγορότως vel ἐγρηγορῶς *Guyet.* et *Reitz.* (hic tamen dubitanter) nec non *Seyb.* Vid. Adnot. k) *ἀποβλέπῃ*] ἀποβλέποι 2954. 3011. l) *παραπολόμενον*] „παραπολλόμ." Fl. Reliqq. vulgatam tuentur. παραπολεύμενον *Brod.* παραπολούμενον 2954. 3011. *Belin. Schmied.* Vid. Adnot. m) *φιλοσοφήσαντα*] φιλοσοφίσαντα B. 3. typorum, puto, vitio, ut mox φιλολοφεις. n) *ἄλλο*] ἄλλῳ A. 2. sola, quod sciam. o) *παρὰ*] περὶ 2954. 3011. male, ait *Belinus*.

singula. Oportet autem, puto, tempus nullum praetermittere, qui sciamus verum esse illud a Coo dictum medico, *Brevem vitam esse, artem vero longam.* Quamquam ista de medicina dixit ille, re ad discendum faciliore: ad philosophiam vero aliquis ne longo quidem tempore pervenerit, nisi vigilanti admodum animo defixos et acres in illam oculos habeat; nec de parva re periculum, *cum id agatur,* ut aut miser sis et in multa vulgi colluvie pereas, aut beatum in philosophia aevum agas.

Lyc. Praemia quidem, quanta dixisti, admirabilia. Ac puto equidem te non longe ab illis abesse, si quidem conjicere illud fas est et tempore, quo philosopharis, et labore insuper, quem minime mihi mediocrem a longo inde tempore sustinere videris. Si quid enim memini, prope viginti ipsi anni sunt, ex quo te nihil aliud vidi,

p. 741. τῶντα, καὶ ὡς τοπολὺ [p]) ἐς βιβλίον ἐπικεκυφότα, καὶ ὑπομνήματα [q]) τῶν συνουσιῶν ἀπογραφόμενον, ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. δοκεῖς δέ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι [r]) σαυτὸν, οὕτως ὅλος [s]) εἶναι ἐν τῷ
p. 742. πράγματι. ταῦτ' οὖν σκοπουμένῳ μοι, φαίνῃ οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιλήψεσθαι τῆς εὐδαιμονίας, εἴ γε μὴ λέληθας ἡμᾶς καὶ πάλαι αὐτῇ συνών.

ΕΡΜ. Πόθεν, ὦ Λυκῖνε, ὃς νῦν ἄρχομαι παρακύπτειν
Hesiod. Op. et ἐς τὴν ὁδόν; ἤ δ' [t]) Ἀρετὴ πάνυ πόῤῥω κατὰ τὸν Ἡσίοδον
DD. v. οἰκεῖ, καὶ ἔστιν ὁ οἶμος ἐπ' αὐτὴν μακρός τε, καὶ ὄρθιος, καὶ
288. sq. τρηχὺς, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων τοῖς ὁδοιπόροις.

ΛΥΚ. Οὐχ [u]) ἱκανὰ οὖν ἵδρωταί σοι, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὡδοιπόρηται [x]);

p) ὡς τοπολὺ] Ita A. 1. 2. et recentt., in his *Reitz.* sed ως τὸ πολὺ B. 1. 3. Cf. supra De Merc. Cond. c. 4. ὡς ἐπίπαν, et similia saepius. q) καὶ ὑπομνήματα] Copula caret *Reitz.* editio, et recentiores; habent eam A. 1. 2. B. 1. 3. et Cod. 2954. r) ἀνιέναι] ἀπιέναι 3011. et σεαυτὸν 2954. s) ὅλος] „ὅλος B. 2. et W. ὅλως Edd. reliquae omnes. Sed ὅλον L." Ὅλος etiam in B. 3. legitur ubi tamen οὗτος pro οὕτως. Sed οὕτως ὁ λόγος (ex ὅλος manifesto, non ex ὅλως, ortum) 3011. Vid. Adnot. t) ἤ δ'] ἦδ' una voce in omnibus prioribus, vitium frequens et inveteratum. u) οὐχ] οὐκ A. 2. x) ὡδοιπόρηται] Vetus mendum ὁδοιπ. emendavit *Jens.*, quem secuti sunt *Reitz.* et recentt. Verum jam B. 3. recte ediderat ὡδοιπ.

quam ad magistros itare, et ut plurimum libro imminere, et commentarios disputationum tibi exscribere, pallidum semper curis, et callo quodam aridum corpus habentem. Videris autem mihi adeo totus in hac re esse, ut ne per somnum quidem te remittas. Haec ergo cogitanti mihi videris non ita multo post comprehensurus istam felicitatem, nisi forte fugit nos, te olim cum illa versari.

Herm. Quî *possim*, Lycine, qui nunc tandem incipiam inspicere in viam? Longe autem habitat Hesiodo teste virtus, et est via ad illam longaque et praerupta, et aspera, sudorem excutiens non parvum viatoribus.

Lyc. Nondum ergo satis tibi sudatum est, Hermotime, nec viae satis factum?

ΕΡΜ. Οὔ, φημι [y]). οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκώλυέ [z]) με πανευδαίμονα εἶναι, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ [a]) γενόμενον. τὸ δὲ νῦν, ἀρχόμεθα ἔτι [b]), ὦ Λυκῖνε. p. 742.

3 *ΛΥΚ.* Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος Ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι, ὥςτε κατὰ μέσην τὴν ἄνοδον εἶναί σε ἤδη λέγοντες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. *Hesiod.* Opp. et DD. v. 40.

ΕΡΜ. Οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο· πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἤνυστο.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ ποῦ γάρ σε φῶμεν τῆς ὁδοῦ τυγχάνειν ὄντα;

ΕΡΜ. Ἐν τῇ ὑπωρείᾳ κάτω ἔτι, ὦ Λυκῖνε, ἄρτι προβαίνειν βιαζόμενον· ὀλισθηρὰ δὲ, καὶ τραχεῖα [c]), καὶ δεῖ χεῖρα ὀρέγοντος.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὁ διδάσκαλός σοι τοῦτο ἱκανὸς [d]) ποιῆσαι, ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἄκρου, καθάπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς, χρυσῆν τινα σειρὰν καθιεὶς, τοὺς αὐτοῦ [e]) λόγους, ὑφ' ὧν

y) *Οὔ, φημι*] Ita in omnibus Edd. vett. nisi quod comma post οὔ prae ermissum. Recentt. a *Reitz.* οὐ, φημί. Abdic. c. 22. *Οὔ, φησιν.* et sic fere solet scribi. z) *ἂν ἐκώλυέ*] Ἂν inserui, monente *Belino.* Vid. ad Diall. Deor. XVI, 2. Adnot Tom. II. p. 744. a) *ἄκρῳ*] abest a 2954. et 3011. b) *ἔτι*] omissum in iisdem. „Ἀρχόμεθα bene B. 2. et W. Nam ἀρχόμεσθα minus convenienter H. Fl. S. Par. A. 1.“ ἀρχόμεθα habet etiam B. 3. c) *προβαίνειν βιαζόμενον· ὀλισθηρὰ δὲ, καὶ τραχεῖα*] ὑπερβαίνειν βιαζόμενον ὀλισθηρά τε καὶ τραχέα conj. *Seyb.* At multo praestat vulgata. d) *ἱκανὸς*] „ἱκανῶς W. male. Prius servant Edd. antiqq. et recentt. omnes.“ e) *αὐτοῦ*] αὑτοῦ *Bip.* et *Schm.*, monente *Belino.* Sed omnes antiquiores Edd. habent αὐτοῦ, excepta B. 3., in qua αὐτοὺς reperitur. Et Codd. Mss. in αὐτοῦ con-

Herm. Nondum, inquam. Nihil enim prohiberet me undique beatum esse, in summo si essem: nunc vix, Lycine, incipimus.

Lyc. At initium idem ille Hesiodus totius dimidium ait esse. Itaque nihil erraverimus, si circa medium te adscensum esse dicamus.

Herm. Nondum, ne hoc quidem. Multum enim sic effectum esset.

Lyc. Sed ubinam viae versari te dicemus?

Herm. In ipsis adhuc montis radicibus, Lycine, sed summa jam vi conantem progredi: lubrica autem est, et aspera, et opus est, qui manum nobis porrigat.

Lyc. Magister ergo tuus, qui hoc faciat, idoneus, qui desuper ex summo, ut Homericus ille Jupiter auream catenam, demittat ser-

p. 743 σε [f]) ἀνασπᾷ δηλαδὴ, καὶ ἀνακουφίζει [g]) πρὸς αὐτόν [h]) τε καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτὸς πρὸ πολλοῦ ἀναβεβηκώς [i]).

ΕΡΜ. Αὐτὸ ἔφησθα, ὦ Λυκῖνε, τὸ γιγνόμενον. ὅσον [k]) γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ, πάλαι ἂν ἐσπάσμην [l]) ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς· τὸ δ' ἐμὸν, ἔτι ἐνδεῖ.

4 *ΛΥΚ.* Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν, καὶ μάλιστα, ἐκείνου ξυμπροθυμουμένου [m]). πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα ὑποφαίνει [n]), ὡς δὴ πότε [o]) ἀναβησομένῳ; ἐς νέωτα εἴκαζεν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἔσεσθαί σε, οἷον μετὰ [p]) τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια;

sentire videntur. Cf. Pro Merc. Cond. c. 14. imprimis Adnot. ad De Merc. Cond. c. 30. f) σὲ] „δὲ M. σε Edd." g) ἀνακουφίζει] „Sic Edd. omnes bene, item M. Sola J. ἀνακουφίζοι male." Sic et A. 2. neque id male, si antea quoque lectionis ἀνασπῴη vestigium exstaret. h) αὐτὸν] Et hic *Bip.* et *Schm.*, conjiciente *Belino*, praepropere ediderunt αὑτόν. Omnes libri exhibent αὐτόν. Cf. supra not. e) i) ἀναβεβηκώς] „ἐναβεβ. rursus male J. Ceterae vulgatam tuentur cum M." k) ὅσον] Ita 2954. *Bel. Schm.* ὃς 3011. Vulgo ὅσῳ. l) ἂν ἐσπάσμην] In prioribus fuerat ἀνεσπάσμην conjunctim. Correximus ad monitum *Jacobsii.* Cf. infra c. 39. ubi pro ἀνελθεῖν itidem scribendum ἂν ἐλθεῖν. m) ξυμπροθυμουμένου] Ita 2954. 3011. W. *Bel. Schm.* pro vulg. συμπροθ. n) ὑποφαίνει] „Sic Edd. recte. ὑποφαίνειν W. male." o) ὡς δὴ πότε] ὡς δὴ τότε 3011. ὡς τότε 2954. ὡς δή ποτε B. 1. 3. ὡς δήποτε A. 1. 2. *Reitz.* et recentt. Nos dedimus verba ex felicissima *J. Seageri* Class. Journ. Fasc. XIII. p. 71. conjectura, cum qua apprime consentit *Gesneri* versio, cujusque manifesta deprehenduntur vestigia in variis lectionibus. p) μετὰ) „Sic Edd. et M."

mones suos, quibus nimirum attrahat te et levet ad se et virtutem, cum olim ipse adscenderit.

Herm. Rem ipsam, Lycine, dixisti. Quantum enim in illo est, olim extractus in altum essem, et cum illis versarer. Sed ipse nimis adhuc sum imbecillus.

Lyc. Verum confidere oportet, et bonum habere animum, et finem viae spectare, supernamque illam felicitatem, illo praesertim una animum studiumque adhibente. Interea quam tibi spem ostendit, quando futurum sit ut enitaris? proximone anno conjicit in arce te futurum, verbi caussa post mysteria altera, aut Panathenaea?

ΕΡΜ. Ὀλίγον φῇς, ὦ Λυκῖνε. p. 743.

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐς τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα;

ΕΡΜ. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν.

ΛΥΚ. Μετὰ δύο μὲν δὴ Ὀλυμπιάδας πάντως· ἢ πολλήν γ' ἂν ὑμῶν ῥᾳθυμίαν καταγνοίη τις, εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε [q]), ὅσον τοὶς ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Ἰνδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ καὶ μὴ εὐθεῖαν [r]), μηδ' ἀεὶ βαδίζοι [s]) τις, ἀλλ' ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι περιπλανώμενος. καίτοι πόσῳ τινὶ βούλει ὑψηλοτέραν καὶ λισσοτέραν θῶμεν εἶναι τὴν ἄκραν, ἐφ' ἧς ὑμῖν [t]) ἡ ἀρετὴ οἰκεῖ, τῆς Ἀόρνου ἐκείνης, p. 744. ἣν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν Ἀλέξανδρος κατακράτος [u]) εἷλεν;

5 *ΕΡΜ.* Οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Λυκῖνε, οὐδ' ἔστι τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κατεργασθῆναι, καὶ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μύριοι [x]) Ἀλέξανδροι προσβάλωσιν· ἐπεὶ

q) δύναισθε] Sic *Bip.* et *Schm.* e conj. *Belini* satis certa pro vulg. δύνασθε. Cf. paullo post, εἰ καὶ μὴ — βαδίζοι τις, ubi etiam sunt, qui male exhibeant βαδίζει, libri. r) εὐθεῖαν] „Ita habent G. W. P. L. Edd. vulgo εὐθύ.“ s) βαδίζοι] βαδίζει 3011. male. t) ὑμῖν] „Sic Edd. octo vett. et ms. M. Sola *Junt.* ἡμῖν.“ Et A. 2. ὑμῖν, unice recte. u) κατακράτος] Ita una voce A. 1. 2. Vulgo duabus scriptum. x) μύριοι] Constans haec librorum scriptura: *Bel.* maluit μυρίοι, et sic ediderunt *Bip.* et *Schm.* Vid. Adnot.

Herm. Pauxillum narras, Lycine.

Lyc. Sed proxima Olympiade?

Herm. Et hoc parum est, ut ad virtutis exercitationem, possessionemque felicitatis.

Lyc. Post duas ergo Olympiadas omnino: alioquin multam quis socordiam vestram accusaverit, si neque tanto tempore illud possitis, quo facile sit ter a columnis inde Herculis ad Indos abire, indeque redire; etiamsi nec recto itinere neque semper progrediatur aliquis, sed in gentibus interjectis oberret. Quamquam, quanto vis altiorem, et magis lubricum, ponamus verticem illum, in quo virtus vobis habitat, Aorno illa, quam paucos intra dies vi cepit Alexander?

Herm. Nihil quidquam simile est, Lycine, neque res talis est, qualem tu imaginaris, quae exiguo tempore confici possit et capi; non, si decem millia simul Alexandrorum aggrediantur: sic enim multi adscen-

p. 744. πολλοὶ ἂν οἱ ἀνιόντες ἦσαν. νῦν δὲ ἀνέρχονται [y]) μὲν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐῤῥωμένως, καὶ προςέρχονται [z]) ἐπὶ ποσὸν, οἱ μὲν, ἐπὶ πάνυ ὀλίγον, οἱ δὲ, ἐπὶ πλέον. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν γένωνται πολλοῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυςχερέσιν ἐντυγχάνοντες, ἀποδυςπετοῦσί τε, καὶ ἀναστρέφουσιν [a]), ἀσθμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥεόμενοι, οὐ φέροντες τὸν κάματον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος διακαρτερήσωσιν, οὗτοι πρὸς τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονοῦσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν [b]) βιοῦντες, οἷον μύρμηκας ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντές τινας [c]) τοὺς ἄλλους.

ΛΥΚ. Παπαὶ [d]), ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαί-
p. 745. νεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαιπετεῖς [e])

y) ἀνέρχονται] ἐνάρχονται 2954. 3011. pessima metathesis literarum. z) προςέρχονται] προέρχονται conj. *Gesn.* Vid. Adnot. a) ἀναστρέφουσιν] ἀναστρέφονται 2954. 3011. quam lectionem, mirandum, qui *Belinus* multo praestantiorem dicere potuerit. Ἀναστρέφειν semper apud Nostrum vel Activa, vel Media, vi occurrit, ἀναστρέφεσθαι semper Passiva. Unus locus hic sufficiet Diall Marr. II, 2. in quo eodem ἀναστρέψας ἀπὸ τῆς νομῆς, ac paullo post τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεστρέφετο. Alia multa hanc sententiam vulgo notam comprobantia loca suppeditabit, si opus sit, Index. b) τὸν λοιπὸν] τὸ λοιπὸν vel τοῦ λοιποῦ conj. *Courier.* ad Asin. p. 259. quae mera sunt commenta, nec valent quidquam, nisi ut ingenium colatur et exerceatur. c) τινας] omissum a *Seyb.* nulla ratione reddita. Vid. nott. d) Παπαὶ] „βαβαὶ L. Nihil vulgatam movent H. Fl. J. Par. etc.“ e) χαμαιπετεῖς] „Sic ms. G. P. L. χαμαὶ tantum Edd. omnes et M.“ χαμαιπετεῖς confirmant Codd. 2954. 3011.

derent. Jam vero aggrediuntur quidem non pauci valde animose, et aliquantum procedunt *(appropinquant)*, alii parum admodum, alii longius. Cum vero circa mediam jam viam sunt, atque in impedita multa atque aspera incidunt, difficultate victi pedem referunt, anhelantes, sudore affluentes, ac laboris plane impatientes. Quotquot vero ad finem perseverant, hi in arcem perveniunt, et ab eo inde tempore felices, admirabilemque vitam, quae reliqua est, viventes, velut formicas de alta quadam specula reliquos intuentur.

Lyc. Papae, Hermotime, quantillos nos facis! ne aequales quidem Pygmaeis illis, sed humi omnino, in

παντάπασιν [f]) ἐν χρῷ τῆς γῆς. εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρο- p. 745.
νεῖς, καὶ ἄνωθεν· ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι [g]) ἐσμὲν, μετὰ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς προσευξόμεθα ὑπερνεφέλους γενομένους, καὶ ἀνελθόντας οἷ πάλαι σπεύδετε.

ΕΡΜ. Εἰ [h]) γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. ἀλλὰ πάμπολυ [i]) τὸ λοιπόν.

ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ ἔφησθα ὁπόσον, ὡς χρόνῳ παραβα- 6
λεῖν [k]).

ΕΡΜ. Οὐδ' αὐτὸς γὰρ οἶδα, ὦ Λυκῖνε, τἀκριβές. εἰκάζω μέντοι [l]) οὐ πλείω τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσεσθαι, μεθ' ἃ πάντως που καὶ [m]) ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐσόμεθα.

ΛΥΚ. Ἡράκλεις, πολὺ λέγεις.

ΕΡΜ. Καὶ γὰρ περὶ μεγίστων [n]), ὦ Λυκῖνε, οἱ πόνοι.

ΛΥΚ. Τουτὶ [o]) μὲν ἴσως ἀληθές. ὑπὲρ δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, πότερον [p]) ὁ διδάσκαλός σου καθυπ-

f) παντάπασιν] „πάντα παθεῖν W. male." Sic et 2954. 3011. g) ἐρχόμενοι] „ἑρπόμενοι *Gron.* male. *Solan.*" h) Εἰ] „Sic recte sine accentu Fl. Par. Nam εἶ male J. H." Male sic etiam in *Ald.* utraque. i) πάμπολυ] παμπολὺ B. 5. k) παραβαλεῖν] „περιβαλεῖν dedi ex W. P. L. παραβαλεῖν Edd." Veterum Edd. lectionem restituerunt, monente *Belino*, *Bipontinus* Editor et *Schm.* Sed *Seyb.* edidit *Reitzianam* περιβαλεῖν, quae in 2954. et 3011. exhibetur περιλαβεῖν. l) εἰκάζω μέντοι] εἰκάζωμέν τοι B. 3. m) καὶ] „deest in W. agnoscunt Edd." Deest etiam in 2954. 3011. et pro suspecto notavit *Schm.* n) μεγίστων] μεγάλων 2954. 3011. o) τουτὶ] τοῦτο iidem. p) πότερον] „Ita recte Edd. et M. πρό-

ipsa quasi telluris cute, *deprimis* (*quam proxime tellluri repentes*). nec mirum: jam enim altum sapis, et e summo: nos vero colluvio illa, et quotquot humi repimus, cum Diis vos etiam venerabimur, jam superatis nubibus, eo, quo festinatis, olim delatos.

Herm. Modo contingat ille adscensus, Lycine. Sed nimis multum superest.

Lyc. Tamen non dixisti, quantum, ut tempori comparare possemus.

Herm. Nempe nec ipse accurate scio: conjicio tamen, viginti non amplius annos futuros, quibus interjectis, omnino quondam in summo futuri simus.

Lyc. Hercules tuam fidem! multum narras.

Herm. Etenim de maximis rebus laboratur.

Lyc. Istuc quidem forte verum fuerit. Sed de viginti annis, utrum te illis

p. 745. ἔσχετο, οὐ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὤν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τὰς Χαλδαίων μεθόδους ἐπίστανται; φασὶ γοῦν εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ δὴ σέ γε εἰκὸς, ἐπὶ τῷ ἀδήλῳ,
p. 746. εἰ βιώσῃ [q]) μέχρι πρὸς τὴν ἀρετὴν, τοσούτους πόνους ἀνέχεσθαι, καὶ ταλαιπωρεῖν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οὐκ εἰδότα, εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον τὸ χρεὼν ἐπιστὰν κατασπάσει, λαβόμενον τοῦ ποδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος.

ΕΡΜ. Ἄπαγε. δύσφημα γὰρ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴη βιῶναι, ὡς μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονήσω, σοφὸς γενόμενος.

ΛΥΚ. Καὶ ἱκανή σοι ἀντὶ τῶν τοσούτων καμάτων ἡ μία ἡμέρα;

ΕΡΜ. Ἐμοὶ μὲν καὶ ἀκαριαῖον ὁπόσον ἱκανόν.

7 *ΛΥΚ.* Τὰ δὲ δὴ ἄνω ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πάντα χρῆν ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; οὐ γὰρ δὴ αὐτός πω ἀνελήλυθας,

τερον male Fl." q) βιώσῃ] βιῴης conj. *Bel.* ut infra c. 53. βιῴη, ubi pro ἢν μὴ — βιῴη idem *Belinus* legi mavult εἰ μὴ — βιῴη. Hoc quidem loco non est, quod mutetur integerrima lectio. Cf. verba, quae mox sequuntur: οὐκ εἰδότα, εἴ σε — κατασπάσει, nisi forte et haec cum *Belino*, sibi scilicet constante, refingenda, et κατασπάσει in κατασπῴη mutandum, esse dicas! At intacta tamen haec reliquit ars *Beliniana*.

victurum magister tibi tuus promisit, ceu non sapiens modo, sed divinus quidam aut fatidicus, aut ex eorum numero aliquis, qui Chaldaeorum rationes norunt? ajunt quippe scire talia. Neque enim veri simile est, te rebus incertis, an vitam ad virtutem usque perducturus sis, tot labores sustinere, et aerumnis vexari noctes ac dies, cum nescias, an non te jam prope fastigium enixum, instans fatum ex imperfecta spe pede prehensum detrahat.

Herm. Apage. mali enim ominis sunt ista: sed vivere liceat, ut unum certe diem sapientiae possessione beatus sim.

Lyc. Ac satis tibi est pro tot laboribus unus ille dies?

Herm. Mihi quidem minuta quamvis temporis particula satis est.

Lyc. Supera autem illa beata esse, ac talia, propter quae sustinere omnia consultum sit, unde potes scire? neque enim ipse unquam adscendisti.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι· ὁ δὲ πάνυ οἶδεν, ἅτε ἀκρότατος ἤδη ὤν. p. 746.

ΛΥΚ. Ἔλεγε δὲ, πρὸς θεῶν, ποῖα τὰ περὶ αὐτῶν, ἢ τίνα [r]) τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν ἐκεῖ; ἦπου τινὰ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς ἀνυπερβλήτους;

ΕΡΜ. Εὐφήμει, ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γάρ ἐστι ταῦτα, πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον.

ΛΥΚ. [s]) Ἀλλὰ τίνα φησὶ τἀγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα, ἕξειν πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας;

ΕΡΜ. Σοφίαν, καὶ ἀνδρίαν [t]), καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ πάντα ἐπίστασθαι βεβαίως πεπεισμένον, ᾗ ἕκαστα ἔχει. πλούτους δὲ, καὶ δόξας, καὶ ἡδονὰς, καὶ ὅσα [u]) τοῦ σώματος, πάντα ταῦτα κάτω ἀφῆκε, καὶ ἀποδυσάμενος,

r) ἢ τίνα] Hanc veterem lectionem cum *Seyb.* secutus sum. *Reitz. Bip.* et *Schm.* perperam ediderunt ἤ τινα. Ejusdem generis vitium est temeraria vocum καὶ τίς et καί τις commutatio Diall. Marr. V, 2. Tom. II. p. 109. Post ἐκεῖ *Schmiederus* recte posuit interrogationis notam, quam priores neglexerant. s) *ΛΥΚ.*] „Male deerat haec persona in J. Ald. (1. et 2.) Fr. H. aderat in reliqq. et marg. A. 1. W. duo puncta, quibus personae solent designari.“ t) ἀνδρίαν] „ἀνδρείαν W.“ Vid. *Schaefer.* Melett. p. 41. sq. Hic quidem ego non minus, quam in locis Timon. c. 31. Pisc. c. 27. Musc. Encom. c. 5. et Pseudol. c. 18., communem omnium librorum scripturam retinendam putavi. Contra ἀνδρεία, *virilitas*, Eunuch. c. 8. vulgata est vocis forma. Neque tamen ideo *fortitudinis* et *virilitatis* discrimen in his vocibus nimis urgeri velim. u) ὅσα] „ὅσαι W. ὅσα J. male.“ ὅσαι etiam 2954. 3011. sed omisso καί.

Herm. Ego vero magistro fidem habeo dicenti: ille quidem omnino novit, fastigium jam adsecutus scilicet.

Lyc. Qualem autem dixit, per ego te Deos oro, illorum conditionem, aut quam ibi esse felicitatem? numquid divitias, et gloriam, et voluptates inexsuperabiles?

Herm. Bona verba, amice: nihil enim ista ad vitam cum virtute conjunctam.

Lyc. Quae igitur dicit bona, si haec non dicit, habituros, qui ad finem exercitationis pervenerint?

Herm. Sapientiam, et fortitudinem, et ipsum honestum, et *justum*, *et* quod firma persuasione novit, quomodo se habeant singula. Divitias autem, et glorias, et voluptates, et quaecunque sunt corporis, ea infra

p. 746. ἀνέρχεται, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέν-
p. 747. τα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον *) φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς, διευκρινηθὲν [x]) ὑπὸ τοῦ πυρός. καὶ οὗτοι δὴ ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥσπερ ὑπό τινος [y]) πυρὸς, ἅπαντα ταῦτα περιαιρεθέντες, ἃ τοῖς ἄλλοις θαυμαστὰ εἶναι δοκεῖ οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἀνελθόντες ἐπὶ τὸ ἄκρον, εὐδαιμονοῦσι, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καταγελῶντες δὲ τῶν οἰομένων ταῦτ' [z]) εἶναι.

8 *ΛΥΚ.* Νὴ τὸν Ἡρακλέα, ὦ Ἑρμότιμε, τὸν ἐν Οἴτῃ, ἀνδρεῖα καὶ εὐδαίμονα λέγεις περὶ αὐτῶν· πλὴν ἀλλὰ τόδε μοι [a]) εἰπὲ, καὶ κατέρχονταί ποτε ἐκ τῆς ἄκρας, ἢν ἐθελήσωσι, χρησόμενοι τοῖς κάτω, ἃ καταλελοίπασιν, ἢ ἀνάγκη ἅπαξ ἀνελθόντας αὐτοὺς [b]) μένειν, καὶ συνεῖναι τῇ ἀρετῇ, πλούτου καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας;

*) ἀκήρατον] ἄκρατον conj. *Toup.* Vid. Adnot. x) διευκρινηθὲν] „Constans Edd. lectio et ms. M.“ διευκρινηθεὶς conj. *Bel.* Sic fere etiam *Muncker.* ad *Hyg.* Vid. Adnot. y) ὑπό τινος] ὑπὸ τινὸς *Reitz. Bip. Seyb.* In ceteris, uti nos scripsimus. z) ταῦτ'] „τὶ ταῦτα *Heins.*“ ταῦτά τι conj. *Seager.* Vid. Adnot. a) τόδε μοι] Ita *Seyb.* et veteres, quas consului, omnes Edd. Sed *Reitz.* edidit τό δέ μοι tribus vocibus, male; pejus etiam *Bip.* et *Schm.* τὸ δέ μοι. b) αὐ-

reliquit omnia, iisque exutus adscendit, ut Herculem ajunt, cum in Oeta conflagrasset, Deum factum. Etenim ille quoque, abjectis quaecunque humana a matre habebat, puramque et sinceram divinitatem, ipso igni quasi purgatam a scoriis ferens, evolavit ad Deos. Et hi sane a philosophia velut ab igni quodam liberati illis omnibus, quae admiratione digna aliis non recte rem putantibus videntur, in arcem evecti felix aevum agunt, divitiarum, et gloriae, et voluptatum ne servantes quidem memoriam, sed irridentes eos, qui esse aliquid ista arbitrantur.

Lyc. Oeteum tibi Herculem juro, Hermotime, magnam tu mihi illorum fortitudinem praedicas, magnam felicitatem: verum hoc mihi expedi, utrum descendunt aliquando de arce illa sua, si voluerint, usuri illis, quae hic reliquerunt? an necesse est eos, qui semel adscenderunt, manere, versari cum virtute, divitias et voluptates deridere?

ΕΡΜ. Οὐ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε· ἀλλ' ὃς ἂν ἀποτελεσθῇ πρὸς ἀρετὴν, οὔτε ὀργῇ, οὔτε φόβῳ, οὔτ' ἐπιθυμίαις ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύοι [c])· οὐδ' ἂν [d]) λυποῖτο, οὐδὲ ὅλως πάθος ἔτι τοιοῦτον πάθοι ἄν. p. 747.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν εἴ γε με δεῖ, μηδὲν ὀκνήσαντα, εἰπεῖν τἀληθὲς, — ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ, οἶμαι, μηδ' [e]) ὅσιον εἶναι [f]) ἐξετάζειν τὰ ὑπὸ τῶν σοφῶν γιγνόμενα.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλ' εἰπὲ ὅ, τι καὶ λέγεις.

ΛΥΚ. Ὅρα, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἔγωγε καὶ πάνυ ὀκνῶ.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴ ὄκνει, ὦ γενναῖε, πρός γε μόνον ἐμὲ λέγων.

ΛΥΚ. Τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα, ὦ Ἑρμότιμε, διηγουμένῳ 9
σοι παρειπόμην, καὶ ἐπίστευον οὕτως ἔχειν, σοφούς τε γίγνεσθαι [g]) αὐτοὺς, καὶ ἀνδρείους, καὶ δικαίους, καὶ τἄλλα· p. 748.

τοὺς] αὐτοῦ exspectassem ego, nec desiderarem αὐτοὺς dimissum. c) δουλεύοι] Ita e conj. *Guyet.* pro vulg. δουλεύῃ, pro quo in 2954. δουλεύσῃ. Vid. Adnot. d) ἂν] „εἰ W." Sic et 3011. e) μηδ'] „μὴ δ' J." Sic et A. 1. 2., ut solent fere illae Edd. quod saepius jam monitum nunc non amplius repetam. B. 1. et 3. μὴδ' una voce. Sed μηδὲ 3011. *Schm.* f) εἶναι] „Sic H. Par. B. 2. Fr. et P. εἶ J. ᾖ vero A. 1. Fl. et W." Error est *Reitzii*, quum in A. 1. refert ᾖ legi: nihil enim aliud ibi est, quam εἶναι, modo compendio eo scriptum, quo saepe eum in finem usus est *Aldus*. Clarior in A. 2. B. 1. 3. scriptura est vocis εἶναι. Ceterum *Solanus* transponi verba vult ita: ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ, μηδ' ὅσιον εἶναι οἶμαι. At vid. Adnot. g) γίγνεσθαι] γένεσθαι 3011. nar-

Herm. Non hoc solum *ita habet,* Lycine: sed qui consummatus ad virtutem fuerit, is neque ira, neque metu, neque cupiditatibus serviat, neque tristitia, nec ulla in universum perturbatione afficiatur.

Lyc. Verum, si quidem fas est nihil cunctantem dicere quod res est — sed linguis, puto, favendum hic esse, neque per religionem licere inquirere in ea, quae fiunt a sapientibus.

Herm. Minime, quin tu loquere, quidquid est, quod dicis.

Lyc. Vide, amice, quam valde cunctator sim.

Herm. Tu vero cunctari noli, apud me solum qui dicas.

Lyc. Caetera quidem, Hermotime, narrantem te prosequebar, credebamque rem ita habere, sapientesque fieri illos, et fortes, et justos, et reliqua, mulcebarque aliquantum sermone illo tuo.

p. 748. καί πως [h]) ἐκηλούμην πρὸς τὸν λόγον· ὁπότε δὲ καὶ πλούτου [i]) ἔφησθα καταφρονεῖν σφᾶς, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν, καὶ μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε λυπεῖσθαι, πάνυ ἐνταῦθα (μόνω [k]) γάρ ἐσμεν) ἐπέστην [l]), ἀναμνησθεὶς ἃ πρότερον εἶδον ποιοῦντα — βούλει φῶ τίνα; ἢ ἱκανὸν καὶ [m]) ἄνευ τοῦ ὀνόματος;

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰπὲ, ὅςτις ἦν.

ΛΥΚ. Διδάσκαλος αὐτὸς οὗτος ὁ σὸς, ἀνὴρ τά τ' ἄλλα [n]) αἰδοῦς ἄξιος, καὶ γέρων ἤδη ἐς τὸ ὕστατον.

ΕΡΜ. Τί οὖν δὴ ἐποίει;

ΛΥΚ. Τὸν ξένον οἶσθα τὸν Ἡρακλεώτην, ὃς ἐκ πολλοῦ συνεφιλοσόφει αὐτῷ, μαθητὴς ὢν, τὸν ξανθὸν, τὸν ἐριστικόν;

ΕΡΜ. Οἶδα ὃν λέγεις· Δίων αὐτῷ τοὔνομα.

ΛΥΚ. Ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν [o]) μισθὸν, οἶμαι, μὴ

rante *Belino*, qui vel γενέσθαι, vel, quod magis credo, γίνεσθαι scribere voluit. h) καί πως] Ita veteres omnes, excepta B. 3. ubi καὶ πῶς, unde *Reitz.* et recentt. omnes falso ediderunt καὶ πῶς. i) πλούτου] „Sic J. H. Fl. Fr. S. A. 1. πλούτων Par. sola." Etiam A. 2. B. 1. 3. πλούτου. k) μόνω] μόνῳ A. 1. 2. l) ἐπέστην] „ἔπεστιν W. Sed prius Edd. constanter servant." Ἐπέχω mavult *Seyb.* temere corrupturus vulgatae orationis venustatem. Ἐπέστην, quod *Belinus* et *Wielandius* in versionibus suis plane praetermiserunt, est *constiti* (mente), *repentina cogitatione commovebar*, ich stutzte. Vid. Adnot. *Hemsterhus.* ad Nigr. c. 17. m) καὶ] abest a 3011. n) τά τ' ἄλλα] τά τε ἄλλα idem. o) τὸν] τῶν A. 2. in cujus tamen margine exempl. Schaef. vetus manus reposuit τόν.

Cum vero etiam divitiarum contemtores esse diceres et gloriae et voluptatum, et nec irasci illos neque dolere, hic omnino (soli enim duo sumus) institi, cum in mentem veniret, quae paullo ante videram facientem — vis dicam quem? an satis est etiam tacito nomine?

Herm. Nequaquam, sed hoc etiam dic, quis fuerit.

Lyc. Ipse tuus ille doctor, reverentia dignus vir caetera, et ultimae aetatis senex.

Herm. Quid is igitur faciebat?

Lyc. Hospitem nosti illum Heracleensem, qui diu cum ipso philosophatus est, tanquam discipulus? rufum illum? contentiosum?

Herm. Novi, quem dicas. Dioni nomen est.

Lyc. Illum ipsum, cum mercedem puto in tempore

ἀπεδίδου [p]) κατὰ καιρὸν, ἀπήγαγε παρὰ [q]) τὸν ἄρχοντα ἔναγ- p. 748.
χος, περιθείς γε αὐτῷ θοἰμάτιον περὶ τὸν τράχηλον, καὶ ἐβόα, καὶ ὠργίζετο [r]), καὶ εἰ μὴ τῶν συνήθων τινὲς ἐν μέσῳ γενόμενοι, ἀφείλοντο [s]) τὸν νεανίσκον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, εὖ ἴσθι, p. 749.
προςφὺς ἂν, ἀπέτραγεν αὐτοῦ τὴν ῥῖνα ὁ γέρων, οὕτως ἠγανάκτει.

ΕΡΜ. Πονηρὸς [t]) γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνος [u]), καὶ ἀγνώμων ὦ Λυκῖνε, περὶ [x]) τὰς ἀποδόσεις. ἐπεὶ τούς γε ἄλλους, οἷς δανείζει, πολλοὺς ὄντας, οὐδὲν τοιοῦτό πω [y]) διατέθεικεν [z]). ἀποδιδόασι γὰρ [*]) αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους.

ΛΥΚ. Τί δὲ [a]), ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν, ὦ μακάριε, μέλει τι αὐτῷ, καθαρθέντι ἤδη ὑπὸ φιλοσοφίας, καὶ μηκέτι τῶν ἐν τῇ Οἴτῃ καταλελειμμένων δεομένῳ;

p) ἐπεὶ τὸν μισθὸν, οἶμαι, μὴ ἀπεδίδου] ἐπὶ τὸν μισθὸν, οἶμαι, ὅτι μὴ ἀπεδίδου 2954. corrupte. q) παρὰ] „Sic recte Codd. M. P. L. περὶ vulgo Edd.“ r) ὠργίζετο] ὀργίζετο mendose B. 3. et hinc *Reitz. Bip. Schm.* Rectam formam exhibent B. 1. A. 1. 2. *Seyb.* s) ἀφείλοντο] ἀφείλαντο 2954. t) πονηρὸς] πονυρὸς B. 3. u) ἀεὶ ἐκεῖνος) ἐκεῖνος ἀεὶ 2954. x) περὶ] πρὸς idem, quod *Belinus* sine justa caussa praefert. y) πω] Hanc Codicum 2954. et 3011. et omnium, quotquot consuluimus, Editt. veterum lectionem restituimus. *Reitz.* et omnes recentt., nescio unde dederunt πού. z) διατέθεικεν] „Sic Fl. H. Par. et M. διατέθηκεν J.“ *) ἀποδιδόασι γὰρ etc.] Haec verba *Gronovius* cum seqq. *Τί δὲ* etc. simul *Lycino* tribui voluit. At vid. Adnot. a) Τί δὲ] „*Τί δαὶ* W. prius vero Edd.“ Recepit *δαὶ* *Schm.*, suadente *Belino.* Post δὲ autem B. 1. 3. interrogationis nota distinguunt, reliquae commate; hac, opinor, recte. Similis structura: *Τί δὲ — μέλει τι* etc. occurrit supra Pisc. c. 37. *Τί φατε — οἰκεῖόν τι ἢ ξυγγενὲς* etc. ubi

non solveret, rapuit nuper ad magistratum, obtorto collo, vociferans et irarum plenus, et nisi familiarium quidam, qui commodum adessent, eripuissent ipsius manibus juvenem, crede mihi, correptum morsu nasum homini abstulisset, adeo indignabatur.

Herm. Nam malus ille semper, et in reddendo, quod debet, ingratus. Aliis enim, quibus foeneratur, nihil unquam (*forte*) tale fecit: solvunt quippe usuras tempori.

Lyc. Quid vero, et si non solvant, o beate, ipsi curae est, purgato jam a philosophia, et relictis illis in Oeta monte nihil jam indigenti?

p. 749. *ΕΡΜ.* Οἴει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν ἐκεῖνος περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσπούδακεν; ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ παιδία νεογνὰ, ὧν κήδεται, μὴ ἐν ἀπορίᾳ καταβιώσωσι.

ΛΥΚ. Δέον, ὦ Ἑρμότιμε, ἀναγαγεῖν κἀκεῖνα ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ὡς συνευδαιμονοῖεν αὐτῷ [b]), πλούτου καταφρονοῦντα [c]).

11 *ΕΡΜ.* Οὐ σχολή μοι, ὦ Λυκῖνε, περὶ τούτων διαλέγεσθαί σοι. σπεύδω γὰρ ἤδη ἀκροάσασθαι [d]) αὐτοῦ, μὴ καὶ λάθω τελέως ἀπολειφθείς.

p. 750. *ΛΥΚ.* Θάῤῥει, ὦ 'γαθέ. τὸ τήμερον γὰρ ἐκεχειρία ἐπήγγελται· ὥςτε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΛΥΚ. Ὅτι ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν, εἴ γε χρὴ πιστεύειν [e]) τῷ προγράμματι· πινάκιον γάρ τι ἐκρέματο ὑπὲρ τοῦ πυλῶνος, μεγάλοις γράμμασι λέγον, τήμερον οὐ [f]) συμφιλοσοφεῖν. ἐλέγετο δὲ παρ' Εὐκράτει [g]), τῷ πάνυ, δειπνήσας χθὲς, γενέθλια θυγατρὸς ἑστιῶντι, πολλά τε συμφιλοσο—

vid. Adnot. b) αὐτῷ] „αὐτοῦ W. male." c) καταφρονοῦντα] „καταφρονοῦντες W." Sic et 2954. male, ut ait *Bel.* Sed defendi etiam possit. d) ἀκροάσασθαι] ἀκροάσεσθαι 3011. quod injuria probat *Bel.* e) πιστεύειν] πιστέον 3011. vitiosissime. f) οὐ] ὅτι idem Cod. g) Εὐκράτει] Εὐκράσει B. 3.

Herm. Putas enim, sua ipsum caussa laborare de talibus. Verum sunt ipsi parvi liberi, quorum curam habet, ne inopes vitam agant.

Lyc. Oportebat, Hermotime, educere et illos ad virtutem, ut pari cum ipso felicitate fruantur, et contemnant divitias.

Herm. Non vacat mihi, Lycine, de his disputare tecum: jam enim festino ad ipsum audiendum, ne forte imprudens plane sero veniam.

Lyc. Bono es animo, bone vir: hodie enim induciae denuntiatae sunt: itaque ego tibi, quod reliquum est viae, remitto.

Herm. Quid ais?

Lyc. Tibi illius jam copiam non futuram, si quidem fides habenda programmati. Tabella enim suspensa super vestibulum, magnis literis scripta significabat, hodie illum non disputare. Dicebatur autem apud Eucratem, nobilem illum, filiae suae natalem qui celebraret convivio, heri coenatus, tum disputasse mul-

φῆσαι ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ πρὸς Εὐθύδημον τὸν ἐκ τοῦ Πε- p. 750.
ριπάτου παροξυνθῆναί τι, καὶ ἀμφισβητῆσαι αὐτῷ, περὶ ὧν ἐκεῖνοι εἰώθασιν ἀντιλέγειν τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. ὑπό τε οὖν [h]) τῆς κραυγῆς πονήρως [i]) τὴν κεφαλὴν διατεθῆναι, καὶ ἱδρῶσαι μάλα πολλὰ ἐς μέσας νύκτας, ἀποταθείσης, ὥς φασι, τῆς συνουσίας· ἅμα δὲ καὶ ἐπεπώκει [k]), οἶμαι, πλέον τοῦ ἱκανοῦ, τῶν παρόντων, ὡς εἰκὸς, φιλοτησίας προπινόντων, καὶ ἐδεδειπνήκει πλέον, ἢ κατὰ γέροντα· ὥςτε ἀναστρέψας ἤμεσέ τε, ὡς ἔφασκον, πολλὰ, καὶ μόνον ἀριθμῷ [l]) παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παραδεδώκει [m]), καὶ σημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει, μηδένα εἰςδέχεσθαι παραγγείλας. ταῦτα δὲ Μίδου ἤκουσα τοῦ p. 751.
οἰκέτου αὐτοῦ διηγουμένου τισὶ τῶν μαθητῶν, οἳ καὶ αὐτοὶ ἀνέστρεφον μάλα πολλοί.

h) οὖν] „Sic P. et L. αὖ Edd.“ i) πονήρως] πονηρῶς B. 3. in ceteris vett. rectius πονήρως. k) ἐπεπώκει] „Sic Edd. πεπώκει W. et Ex. Fl. πέπωκε P. L.“ Postrema haec lectio confirmare videtur mancae formae πεπώκει integritatem. Cf. paullo inferius παραδεδώκει, et Adnot. ad Diall. Deor. XX, 6. Tom. II. p. 359. l) ἀριθμῷ] „ἀριθμὸν Fl. male. ἀριθμῷ reliquae, item M. et P.“ Modo *Belinus* mallet μόνον οὐκ ἀρ. At nulla opus est mutatione. Recte vertit *Gesnerus*. m) παραδεδώκει] „παρεδώκει B. 2. Alterum tuentur Edd. reliqq. et M.“ In B. 3. invenio παρεδεδώκει. Cf. paullo superius not. k).

ta in convivio, tum Euthydemo Peripatetico iratior concertasse cum illo de iis, in quibus ipsi solent contradicere Stoicis; a clamore vero caput illi dolere, et sudasse multum, protracta in mediam noctem, ut ajunt, disputatione. Simul vero biberat, puto, plus quam satis fuit, cum, ut fieri solet, convivae illum largioribus invitatiunculis ad bibendum provocarent; porro plus, quam pro sene, cibi sumserat. Igitur domum reversus et vomuit, ut ajunt, copiose, et cum primum adnumerari sibi jussisset carnis frusta, quae puero a tergo stanti tradiderat, et curate ea obsignasset, ab eo inde tempore dormit, imperato, ne quis intro admittatur. Haec autem e Mida audivi ejus servo, qui narraret quibusdam ipsius discipulorum, qui et ipsi, multi sane, revertebantur.

p. 751. 12 ΕΡΜ. Ἐκράτησε δὲ πότερος, ὦ Λυκῖνε, ὁ διδάσκαλος, ἢ ὁ Εὐθύδημος; εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἔλεγεν ὁ Μίδας n).

ΛΥΚ. Τὰ μὲν πρῶτα, φασὶν, ὦ Ἑρμότιμε, ἀγχώμαλα σφίσι γενέσθαι. τὸ δ' οὖν τέλος τῆς νίκης, καθ' ὑμᾶς ἐγένετο, καὶ παραπολὺ ὁ πρεσβύτης ὑπερέσχε. τὸν γοῦν Εὐθύδημον οὐδ' ἀναιμωτί o) φασιν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τραῦμα παμμέγεθες ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. ἐπεὶ γὰρ ἀλαζὼν ἦν, καὶ ἐλεγκτικὸς, καὶ πείθεσθαι οὐκ ἤθελεν, οὐδὲ παρεῖχε ῥᾴδιον αὑτὸν p) ἐλέγχεσθαι, ὁ διδάσκαλός σου ὁ βέλτιστος, ὃν εἶχε, σκύφον Νεστόρειόν τινα καταφέρει αὐτοῦ, πλησίον κατακειμένου, καὶ οὕτως ἐκράτησεν.

ΕΡΜ. Εὖγε. οὐ γὰρ ἄλλως ἐχρῆν πρὸς τοὺς μὴ ἐθέλοντας εἴκειν τοῖς κρείττοσι.

ΛΥΚ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Ἑρμότιμε, πάνυ εὔλογα. ἢ τί γὰρ παθὼν Εὐθύδημος, ἄνδρα γέροντα παρώξυνεν, ἀόργητον,

n) ὁ Μίδας] Interrogationis signum, hic vulgo positum, mutavi, quum post nomen ὁ *Εὐθύδημος* absoluta jam sit interrogatio, et sequentia secundum notam Ellipsin adjecta sint hunc in modum: εἰπέ μοι τοῦτο, εἴ τι καὶ etc. *siquidem*, non *numquid*, ut *Gesnero* vertere placuit. o) ἀναιμωτὶ] „ἀναιμωτεὶ W." Prior forma Nostro est usitata. Cf. Timon. c. 58. Diall. Deor. VIII, 1. (ubi vid. Varr. Lectt.) Diall. Mortt. XII, 6. et XIV, 3. p) αὑτὸν] Ita *Reitz.* et recentt. αὐτὸν male vett. Edd.

Herm. Uter vero, Lycine, discessit superior, doctorne meus, an Euthydemus? si quid tale etiam narravit Midas.

Lyc. Primo quidem aequo fere Marte pugnatum esse: caeterum finis victoriae penes vos fuit, multumque fuit senex superior. Euthydemum enim nec incruentum discessisse ajunt, sed vulnus habentem in capite maximum. Cum enim insolens esset, et convellere nostrum studiose vellet, et persuaderi sibi nollet, nec facilem refutanti se praeberet, optimus ille tuus magister, quem forte habebat scyphum, Nestoreum quendam, impingit in illum prope accubantem, et ita superavit.

Herm. Bonum factum! neque enim aliter oportebat adversus eos, qui cedere melioribus recusant.

Lyc. Illa quidem, Hermotime, valde rationabilia. Quibus enim intemperiis agitatus Euthydemus virum

καὶ θυμοῦ κρείττονα, σκύφον οὕτω βαρὺν ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντα; p. 752.
Ἀλλὰ, (σχολὴν γὰρ ἄγομεν,) τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν 13
τρόπον ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς, εἰ δυνατὸν, ἔτι συνοδοιποροίην [q]) ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦδε [r]) ἀρξάμενος; οὐ γὰρ ἀποκλείσετέ με δηλαδὴ φίλοι ὄντες.

ΕΡΜ. Εἰ γὰρ ἐθελήσειας, ὦ Λυκῖνε, ὄψει ἐν βραχεῖ ὅσον διοίσεις τῶν ἄλλων· παῖδας, εὖ ἴσθι, οἰήσῃ [s]) ἅπαντας, ὡς πρὸς σὲ, τοσοῦτον ὑπερφρονήσεις αὐτός.

ΛΥΚ. Ἱκανὸν, εἰ μετὰ εἴκοσιν ἔτη γενοίμην τοιοῦτος, οἷος σὺ νῦν.

ΕΡΜ. Ἀμέλει, καὶ αὐτὸς κατὰ σὲ γεγονὼς, ἠρξάμην φιλοσοφεῖν τετταρακοντούτης σχεδὸν, ὁπόσα, οἶμαι, σὺ νῦν γέγονας.

ΛΥΚ. Τοσαῦτα γὰρ [t]), ὦ Ἑρμότιμε. ὥστε τὴν αὐτὴν ἄγε, λαβὼν, κἀμὲ, (δίκαιον γάρ·) καὶ πρῶτόν γέ μοι τοῦτο

q) ἔτι συνοδοιποροίην] „Ita dedi ex G. P. W. L. et marg. A. 1. W. Edd. enim male ἐπισυνοδοιποροίην.“ r) τὸ ἀπὸ τοῦδε] τὸ ἀπὸ τοῦ δὲ sola *Reitz*. Simile vitium eadem editio supra admisit cap. 8. in. Vett. Edd. et reliquae recentt. omnes habent — τοῦδε. praeterquam quod in nonnullis vett. legitur τοαποτοῦδε, una voce. Vid. *Dorvill*. ad *Charit*. p. 360. et *Schaefer*. ad *L. Bos* de Ellipss. p. 547. s) οἰήσῃ] ἀποφανεῖς conj. *Bel*. Vid. Adnot. t) γὰρ] „γοῦν *Marcil*.“

senem incendit, irritari nescium, et ira superiorem, scyphum adeo gravem manu tenentem? Verum enimvero, quando otiosi sumus, quid non narras mihi tuo sodali, quomodo primum animum ad philosophiam appuleris? ut ipse quoque, si fieri possit, iter illud vestrum ingrediar, initio ab hac inde hora facto. Neque enim excludetis me videlicet, amicum amici.

Herm. Modo velles, Lycine! paullo post videres, quantum superes alios. Pueros, mihi crede, judicabis, ad te *si comparentur*, omnes: tantum illos superabis sapientia.

Lyc. Satis mihi fuerit, si post viginti annos talis fiam, qualem te nunc video.

Herm. Noli esse solicitus: (*Sane*) ego quoque ea, qua nunc tu es, aetate philosophari coepi, quadraginta circiter annorum, quot tu jam, puto, natus es.

Lyc. Nempe totidem, Hermotime. Itaque eadem via susceptum me quoque ducito; aequum enim est. Sed primum quidem hoc mihi

p. 752. εἰπὲ, δίδοτε ἀντιλέγειν τοῖς μανθάνουσιν, ἤν τι μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι δοκῇ αὐτοῖς; ἢ οὐκ ἐφίετε τοῦτο τοῖς νεωτέροις;

ΕΡΜ. Οὐ πάνυ. σὺ δὲ, ἤν τι βούλῃ [u]), ἐρώτα μεταξὺ, καὶ ἀντίλεγε· ῥᾷον γὰρ ἂν οὕτω μάθοις [x]).

ΛΥΚ. Εὖγε, νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὦ Ἑρμότιμε, αὐτὸν, οὗ
p. 753. 14 ἐπώνυμος ὢν τυγχάνεις. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, μία τις [y]) ὁδός ἐστιν ἡ ἐπὶ φιλοσοφίαν ἄγουσα, ἡ τῶν Στωϊκῶν ὑμῶν; ἢ ἀληθῆ ἐγὼ ἤκουον, ὥς καὶ ἄλλοι πολλοί [z]) τινές εἰσι;

ΕΡΜ. Μάλα πολλοὶ, Περιπατητικοὶ, καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι· καὶ αὖ Διογένους ἄλλοι τινὲς, καὶ Ἀντισθένους ζηλωταὶ, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ ἔτι πλείους.

ΛΥΚ. Ἀληθῆ ταῦτα, πολλοὶ γάρ εἰσι. πότερον δὴ, ὦ Ἑρμότιμε, τὰ αὐτὰ οὗτοι λέγουσιν, ἢ διάφορα;

ΕΡΜ. Καὶ πάνυ διάφορα.

u) βούλῃ] βούλει 3011. x) ῥᾷον γὰρ ἂν οὕτω μάθοις] Ἂν vulgo omissum inserui, *Belino* probante, e 3011. et μάθῃς vulgatum e conj. *Guyet.* et *Bel.* in μάθοις mutavi. Cf. supra ad cap. 8. v. δουλεύοι. Ceterum ad μάθῃς haec notavit *Reitzius:* „Nihil hic variare Fl. neque in seqq. capitibus quidquam variationis esse, *Solanus* quinquies repetit, ad verba δίδοτε, ἐφίετε, etc. quae subjicere nihil attinet.“ y) μία τις] τις μία 2954. 3011. inepto ordine. μία τίς B. 1. 3. sed A. 1. 2. et recentt. μία τις enclitice, ut par erat. z) ἄλλοι πολλοὶ] ἄλλαι πολλαὶ 3011. male, judice *Belino*.

dic, Permittitisne contradicere discentibus, si quid minus recte dictum illis videatur? an non conceditis hoc junioribus?

Herm. Non usquequaque. At tu si quid volueris, inter *dicendum* interrogato, et contradicito: sic enim disces facilius.

Lyc. Bene, ita me Mercurius amet, [Gr. *Hermes*] cujus tu nomine appellaris. At illud mihi dic, unane via est ad philosophiam lucens, vestra illa Stoicorum, an verum ego audivi, et alios multos esse, [*qui diversas vias sequantur?*]

Herm. Sane quam multi, Peripatetici, et Epicurei, et qui Platonis sibi nomen inscribunt, et rursus alii quidam Diogenis, et Antisthenis aemuli, et qui a Pythagora sunt, et adhuc plures.

Lyc. Vera dicis: multi enim sunt. Utrum vero eadem isti, Hermotime, dicunt, an diversa?

Herm. Omnino diversa.

ΛΥΚ. Τὸ δέ γε ἀληθὲς, οἶμαι, πάντως που ἓν ἦν αὐ- p. 753.
τῶν, ἀλλ᾿ οὐ πάντα, διάφορά γε ὄντα.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΛΥΚ. Ἴθι δὴ, ὦ φιλότης, ἀπόκριναί μοι, τῷ ποτε πιστεύσας τὸ πρῶτον σὺ, ὁπότε ᾔεις φιλοσοφήσων, πολλῶν σοι θυρῶν ἀναπεπταμένων, παρεὶς σὺ [a]) τὰς ἄλλας, εἰς τὴν τῶν Στωϊκῶν ἧκες, καὶ δι᾿ ἐκείνης ἠξίους ἐπὶ τὴν ἀρετὴν εἰσιέναι, ὡς δὴ μόνης ἀληθοῦς οὔσης, καὶ τὴν εὐθεῖαν ἐπιδεικνυούσης [b]), τῶν δ᾿ ἄλλων εἰς τυφλὰ καὶ ἀνέξοδα φερουσῶν; τίνι ταῦτ᾿ ἐτεκμαίρου [c]) τότε; καὶ μή μοι τὸν νῦν δὴ [d]) τοῦτον σεαυτὸν ἐννόει, τὸν εἴτε ἡμίσοφον, εἴτε σοφὸν, ἤδη τὰ βελτίω κρίνειν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἡμᾶς δυνάμενον· ἀλλ᾿ οὕτως p. 754.
ἀπόκριναι, ὁποῖος τότε ἦσθα ἰδιώτης, καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμέ.

ΕΡΜ. Οὐ συνίημι ὅ, τι σοι τοῦτο βούλεται, ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν οὐ πάνυ ἀγκύλον ἠρόμην. πολλῶν γὰρ

a) σὺ] omittendum censet *Gesn.* At vid. Adnot. b) ἐπιδεικνυούσης] ἐπιδεικνούσης B. 1. c) ἐτεκμαίρου] ἐτεκμήρω 2954. 3011. quod ob τότε sinistre probavit *Bel.*, quum vel ob eandem vocem unice probandum esset Imperfectum. Cf. supra ἠξίους, et mox εἴας. d) δὴ] Ita in omnibus tum vett., tum recentt., Edd. legitur excepta *Reitz.* ubi δὲ est, et notatum ab Editore, δὴ legi in Hag. Etiam Cod. 3011. habet δή.

Lyc. Sed verum quidem, puto, omnino unum illorum esse, at non omnia, si quidem sunt diversa.

Herm. Recte sane.

Lyc. Age ergo, amice, responde mihi, cui tandem *argumento* fidem tu primum habens, cum philosophatum ires, ac multae tibi januae paterent, caeteris relictis, Stoicorum illam ingressus sis, ac per eam decreveris ad virtutem intrare, velut sola ea vera sit, et rectam viam ostendat, reliquis ad caeca et exitum non habentia loca ducentibus; quo, inquam, argumento ista tum colligebas? Nec velis mihi illum, qui nunc es, te ipsum cogitare, vel semisapientem, vel sapientem plane, qui meliora judicare prae nobis, qui de vulgo sumus, possis: verum pro eo responde, qualis tum eras, idiota, et mei, ut nunc sum, similis.

Herm. Non intelligo, quid hoc tibi sermone velis, Lycine.

Lyc. Atqui nihil valde tortuosum interrogavi. Cum

p. 754. ὄντων φιλοσόφων, οἷον, Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Ἀντισθένους, καὶ τῶν ὑμετέρων [e]) προγόνων, τοῦ Χρυσίππου, καὶ Ζήνωνος, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι εἰσὶ, τῷ σὺ πιστεύσας, τοὺς μὲν ἄλλους εἴας, ἐξ ἁπάντων δὲ προελόμενος, ἅπερ προῄρησαι, ἀξιοῖς κατὰ ταῦτα φιλοσοφεῖν; ἆρα καὶ σὲ ὥςπερ τὸν Χαιρεφῶντα ὁ Πύθιος ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὰ Στωϊκῶν, ἀρίστους ἐξ ἁπάντων προειπών [f]); ἔθος γὰρ αὐτῷ ἄλλον ἐπ' ἄλλο εἶδος φιλοσοφίας προτρέπειν, τὴν ἁρμόττουσαν, οἶμαι, ἑκάστῳ εἰδότι.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ Λυκῖνε. οὐδὲ ἠρόμην περί γε τούτων τὸν θεόν.

ΛΥΚ. Πότερον οὐκ ἄξιον θείας συμβουλίας ἡγούμενος αὐτὸ, ἢ ἱκανὸς ᾤου αὐτὸς εἶναι ἑλέσθαι τὸ βέλτιον κατὰ σαυτὸν, ἄνευ τοῦ [g]) θεοῦ;

ΕΡΜ. Ὤιμην γάρ.

16 ΛΥΚ. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς ἂν διδάσκοις [h]) τοῦτο πρῶτον, ὅπως διαγνωστέον ἡμῖν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ, τίς ἡ ἀρίστη φιλοσο-

e) ὑμετέρων] „ἡμετέρων male *Forst.*" Idem et in B. 5. reperitur. f) προειπών] „Sic Edd. omnes et M. Προςειπὼν legendum conjiciunt, vid. nott." Habet προςειπὼν 3011. probante *Belino*; nec dubitavit *Schmiederus* novam lectionem, eamque incommodam, recipere. g) τοῦ] τῶν male B. 2. τοῦ ceterae et M." h) ἂν διδάσκοις] διδάσκοις ἂν 2954. 3011.

enim philosophi sint multi, ut Plato, ut Aristoteles, ut Antisthenes, et de vestris progenitoribus Chrysippus, Zeno, reliqui quotquot sunt, quo, inquam, argumento reliquos adspernatus, ex omnibus elegisti, quae elegisti, et secundum haec philosophandum censes? Numquid te etiam, ut Chaerephontem, Pythius ad Stoicorum rationem ablegavit, optimos omnium illos praedicens? Mos enim illi alium ad aliud philosophiae genus hortari, qui noverit, opinor, quod cuique maxime conveniat.

Herm. At nihil tale, Lycine; nec interrogavi de hisce Deum.

Lyc. Utrum ideo, quod parum dignum negotium deliberatione divina judicares, an quod sufficere te putabas, qui per te ipsum, quod optimum esset, etiam sine Deo eligeres?

Herm. Nimirum sic putabam.

Lyc. Igitur nos etiam hoc primum docueris, quomodo ab initio statim dignosci

φία ἐστὶ, καὶ ἡ ἀληθεύουσα, καὶ ἣν ἄν τις ἕλοιτο, παρεὶς τὰς p. 754.
ἄλλας;

ΕΡΜ. Ἐγώ σοι φράσω. ἑώρων τοὺς πλείστους ἐπ' αὐτὴν ὁρμῶντας, ὥςτε εἴκαζον ἀμείνω εἶναι αὐτήν.

ΛΥΚ. Πόσῳ τινὶ πλείους τῶν Ἐπικουρείων, ἢ Πλατω- p. 755.
νικῶν, ἢ Περιπατητικῶν; ἠρίθμησας γὰρ αὐτοὺς δηλαδὴ, καθάπερ ἐν ταῖς χειροτονίαις.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐκ ἠρίθμησα ἔγωγε· εἴκαζον δέ.

ΛΥΚ. Ὡς οὐκ ἐθέλεις διδάξαι με, ἀλλ' ἐξαπατᾷς· ὃς περὶ τῶν τοιούτων εἰκασμῷ φῂς καὶ πλήθει κρῖναι, ἀποκρυπτόμενος λέγειν πρός με τἀληθές.

ΕΡΜ. Οὐ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, ἀλλὰ καὶ ἤκουον ἁπάντων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι, γλυκύθυμοι, καὶ φιλήδονοί [1]) εἰσιν· οἱ Περιπατητικοὶ δὲ, καὶ φιλόπλουτοι, καὶ ἐριστικοί τινες· οἱ Πλατωνικοὶ δὲ, τετύφωνται, καὶ φιλόδοξοί εἰσι· περὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν πολλοὶ ἔφασκον ὅτι ἀνδρώδεις, καὶ πάντα γιγνώσκουσι· καὶ ὅτι ὁ ταύτην ἰὼν τὴν ὁδὸν, μόνος βασιλεὺς, μόνος πλούσιος, μόνος σοφὸς, καὶ συνόλως ἅπαντα.

ΛΥΚ. Ἔλεγον δὲ ταῦτα πρὸς σὲ ἄλλοι δηλαδὴ περὶ αὐ- 17

1) φιλήδονοί] φιλήδονεί A. 2.

possit, quae sit optima philosophia, et verax, quam quis relictis caeteris eligat.

Herm. Ego tibi dicam. Videbam plerosque ad illam ferri: hanc itaque optimam esse colligebam.

Lyc. Quanto (*fere*) plures *videbas* Epicureis, aut Platonicis, aut Peripateticis? Numerabas enim illos videlicet, ut in suffragiis.

Herm. Quin non numerabam equidem: sed conjiciebam.

Lyc. Ut tu non vis me docere! sed fallis, qui de tali re conjectura te dicas et multitudine judicasse, et verum apud me dicere subterfugias.

Herm. Non hoc solum, Lycine, sed audiebam quoque omnes dicere, Epicureos quidem delicatos esse et voluptuarios, Peripateticos vero divitiarum amantes et contentiosos, Platonicos denique inflatos gloriaeque cupidos. De Stoicis autem multi praedicabant, fortes esse et cognoscere omnia; qui vero illam viam elegisset, eum solum regem, solum divitem, solum sapientem, et in universum omnia.

Lyc. Dicebant vero de il-

p.755. τῶν. οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις ἂν αὐτοῖς ἐπίστευσας ἐπαινοῦσι τὰ αὐτῶν [k]).

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἔλεγον.

ΛΥΚ. Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς τὸ εἰκός· [οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες [l]).]

ΕΡΜ. Οὐ γάρ.

ΛΥΚ. Οἱ δ' ἄρα ἰδιῶται ταῦτα ἔλεγον.

ΕΡΜ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Ὁρᾷς ὅπως αὖθις ἐξαπατᾷς με, καὶ οὐ λέγεις τὰ-
p.756. ληθὲς, ἀλλ' οἴει Μαργίτῃ διαλέγεσθαί τινι, ὡς πιστεῦσαι ὅτι Ἑρμότιμος, ἀνὴρ [m]) συνετὸς, ἔτη τότε γεγονὼς τεσσαράκοντα περὶ φιλοσοφίας, καὶ φιλοσόφων ἀνδρῶν, τοῖς ἰδιώταις ἐπίστευσε, καὶ κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν [n]) καὶ τῶν κρειττόνων ἀξιῶν [o]). οὐ γὰρ πιστεύσαιμί [p]) σοι τοιαῦτα λέγοντι.

18 *ΕΡΜ.* Ἀλλ' οἶσθα [q]), ὦ Λυκῖνε, οὐχὶ τοῖς ἄλλοις μό-

ΛΥΚ. Τὸ τοίνυν διακρῖναι τοὺς εἰδότας, καὶ διαγνῶναι ἀπὸ τῶν οὐκ εἰδότων μὲν, φασκόντων δὲ, οὔ σοι δοκεῖ πάνυ ἐργῶδες εἶναι;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Δεήσει τοίνυν σὲ, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν, καὶ πειραθῆναι, καὶ τὸν ἀμείνω προστήσασθαι p. 810. διδάσκαλον, γυμνασάμενόν γε πρότερον, καὶ κριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν πορισάμενον, ὥς μή σε [c]) λάθῃ ὁ χείρων προκριθείς. καὶ σὺ [d]) καὶ πρὸς τοῦτο, ὅρα, ὅσου δεῖ τοῦ χρόνου, ὃν [e]) ἑκὼν παρῆκα, δεδιὼς μὴ σὺ ἀγανακτήσῃς, καίτοι τό γε μέγιστόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαιότατον ἐν τοῖς τοιούτοις, λέγω δὴ τοῖς ἀδήλοις τε καὶ ἀμφιβόλοις, ἓν τοῦτό ἐστιν, οἶμαι. καὶ μόνη σοι αὕτη πιστὴ καὶ βέβαιος ἐλπὶς ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν τε καὶ εὕρεσιν αὐτῆς, ἄλλη δὲ οὐδ' ἡτισοῦν, ἢ τὸ κρίνειν δύνασθαι, καὶ χωρίζειν ἀπὸ τῶν ἀληθῶν τὰ ψευδῆ, καὶ [f])

c) μή σε] μήτε 2954. vitiose. d) σὺ] σοι idem, non minus vitiose. e) ὃν] „οὗ P. Vulgatam servant Edd. priscae.“ f) καὶ] „deest in W. adest in J. Fl. H. Par. etc.“

quamvis dignos fide caeteroquin homines?

Herm. Vera ista.

Lyc. Discernere igitur eos, qui sciunt, et dignoscere ab his, qui, cum nesciant, scire tamen se dicant, nonne operosum valde esse tibi videtur?

Herm. Valde id quidem.

Lyc. Oportebit igitur te, si optimum Stoicorum nosse volueris, si non ad omnes, ad plerosque certe illorum accedere, et tentare, et meliorem tibi magistrum eligere, instituta prius exercitatione, et judicandi de talibus comparata facultate, ne imprudens deteriorem praeferas. Tu vero ad hoc etiam, vide, quanto opus sit tempore, quod praetermisi volens, veritus, ne indigne ferres, licet maximum et maxime necessarium in talibus, obscuris inquam et ambiguis, unum hoc esse arbitrer. Ac sola tibi haec fidelis et firma spes ad veritatem inveniendam; alia vero quaecunque nulla, quam si judicare possis et separare a veris falsa, si facultas

p. 810. ὑπάρχειν σοι καὶ [g]) κατὰ τοὺς ἀργυρογνώμονας διαγιγνώσκειν
ἅ, τε δόκιμα καὶ ἀκίβδηλα, καὶ ἃ παρακεκομμένα· καὶ εἴ ποτε
τοιαύτην τινὰ δύναμιν καὶ τέχνην πορισάμενος, ἥεις [h]) ἐπὶ τὴν
ἐξέτασιν τῶν λεγομένων· εἰ δὲ μὴ, εὖ ἴσθι ὡς οὐδὲν κωλύσει [i])
σε τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι ὑφ᾽ ἑκάστων, ἢ θαλλῷ [k]) προδειχθέν-
τι [l]) ἀκολουθεῖν, ὥςπερ τὰ πρόβατα. μᾶλλον δὲ τῷ ἐπιτραπε-
ζίῳ ὕδατι ἐοικὼς ἔσῃ, ἐφ᾽ ὅ, τι [m]) ἂν μέρος ἑλκύσῃ σέ τις,
ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀγόμενος· ἢ καὶ, νὴ Δία, καλάμῳ τινὶ,
ἐπ᾽ ὄχθῃ παραποταμίᾳ πεφυκότι, καὶ πρὸς πᾶν τὸ πνέον καμ-
p. 811. πτομένῳ, κἂν μικρά τις αὔρα *) διαφυσήσασα [n]), διασαλεύσῃ
69 αὐτόν. Ὡς εἴ γέ τινα εὕροις [o]) διδάσκαλον, ὃς [p]) ἀπυδεί-
ξεως πέρι, καὶ τῆς τῶν ἀμφισβητουμένων διακρίσεως, τέχνην τινὰ εἰδὼς, διδάξειέ σε, παύσῃ δηλαδὴ πράγματα ἔχων. αὐτίκα γάρ σοι τὸ βέλτιστον φανεῖται, καὶ τἀληθὲς ὑπαχθὲν τῇ ἀπο-

g) καὶ] a *Reitz.* et recentt. omissum restitui e vett. Edd. omnibus. Vid. Adnot. h) ἥεις] „ἄγεις P.“ πορισάμενος εἴης 2954. mendose. i) κωλύσει] „κωλύσῃ W.“ k) θαλλῷ] „Sic Fl. H. Par. (etc.) θαλῷ J.“ l) προδειχθέντι] προςεισθέντι conj. *Hemsterh.* ad *Tim. Ruhnk.* p. 139. quam [uam et vulgatam bene habere fatetur. m) ὅ, τι] „ὅτῳ W. Nihil mutant Fl. J. H. Par.“ (etc.) ὅτῳ etiam 3011. habet. [*) Scribebatur αὖρα. *G. D.*] n) διαφυσήσασα] διαφήσασα B. 3. o) εὕροις] Ita *Belino* praemonente, correxi soloecismum vulgatum εὕρῃς. Permutatas vocales οι et η saepius esse ob pronuntiandi rationem prorsus eandem, vel haec exempla docent: supra c. 8. ubi vid. Adnot. et c. 13. ubi vid. Varr. Lectt. p) ὃς] ὡς B. 3.

tibi sit, qualis argentariorum, dignoscendi proba et fraudis expertia ab his, quae adulterata sunt. Et, si quando facultate illa atque arte comparata, ad eorum, quae dicuntur, examen accedas, *bene habet:* sin vero minus, nihil, mihi crede, obstabit, quo minus naribus traharis ab unoquoque, aut fruticem praemonstratum sequaris uti pecora. Potius vero fusae per mensam aquae similis eris, qui, quamcunque te in partem summo quis digito trahat, sequare; aut, per Jovem, enatae ad fluminis ripam arundini, ad quemvis spiritum flexae, quam et minuta quaevis aura flatu suo commoveat. Itaque si quem magistrum invenias, qui de demonstratione atque dubiorum dijudicatione artem, quam norit, te doceat, laborare nimirum desines. Statim enim quod optimum est tibi apparuerit, et verum de-

δεικτικῇ ταύτῃ τέχνῃ, καὶ τὸ ψεῦδος q) ἐλεγχθήσεται, καὶ σὺ p.811.
βεβαίως ἑλόμενος, καὶ κρίνας, φιλοσοφήσεις, καὶ τὴν τριπόθητον εὐδαιμονίαν κτησάμενος, βιώσῃ μετ' αὐτῆς, ἅπαντα συλλήβδην ἔχων τὰ ἀγαθά.

ΕΡΜ. Εὖγε, ὦ *Λυκῖνε*, παραπολὺ γὰρ ταῦτ' ἀμείνω, καὶ ἐλπίδος οὐ μικρᾶς ἐχόμενα λέγεις, καὶ ζητητέος, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἀνήρ τις τοιοῦτος, διαγνωστικούς τε, καὶ διακριτικοὺς ποιήσων ἡμᾶς, καί, τὸ μέγιστον, ἀποδεικτικούς. ὡς τά γε μετὰ ταῦτα, ῥᾴδια ἤδη, καὶ ἀπράγμονα, καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενα. καὶ ἐγώ γε ἤδη χάριν οἶδά r) σοι, ἐξευρόντι σύντομόν τινα ταύτην ἡμῖν, καὶ ἀρίστην ὁδόν.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν οὐδέπω χάριν ἂν μοι εἰδείης εἰκότως. οὐδὲν γάρ σοι ἐξευρηκὼς ἔδειξα, ὡς ἐγγυτέρω σε ποιήσειν τῆς ἐλπίδος. τὸ δὲ πολὺ s) ποῤῥωτέρω γεγόναμεν, ἢ πρότερον ἦμεν,
καὶ κατὰ τοὺς παροιμιαζομένους t), πολλὰ μοχθήσαντες, ὁ- p.812.
μοίως ἐσμέν.

q) ψεῦδος] ψεύδος *Reitz.* et *Bip.* aberrantes. r) οἶδα] „Sic recte Fl. Par. B. 2. (1. et 3.) S. Amst. et M. εἶδα Ald. (utraque) H. Fr. J.“ s) τὸ δὲ πολὺ] Ita B. 1. et 3. In ceteris omnibus prave τὸ δὲ, πολὺ etc. Unde *Seager.* conj. τὸ δ' ἐναντίον, πολὺ etc. At vid. Adnot. t) παροιμιαζομένους] „προοιμιαζ. Ex. Fl. At vulgatam tuentur J. Par. H.

monstrativae illi arti subjectum; mendacium vero deprehendetur, tuque, firma electione facta et judicio, philosophabere, et expetita illa votis omnibus felicitate parta, cum ea vives, bona possidens conjunctim omnia.

Herm. Euge, Lycine, multum enim ista meliora dicis, et cum spe non mediocri conjuncta, quaerendusque, ut videtur, nobis talis vir est, qui illa nos dignoscendi dijudicandique facultate instruat, et, quod maximum est, demonstrandi quoque: itaque ea, quae sequuntur, facilia jam, et molestiae expertia, nec morae multae indigentia. Atque jam tibi gratiam equidem habeo, qui compendiariam hanc nobis optimamque viam inveneris.

Lyc. Quin nondum debes mihi gratias: nihil enim vel inveni vel ostendi, quod spei te tuae propius admoveat. Sed multo (*maximam partem*), quam prius eramus, longius nunc absumus, et, quod est in proverbio, post multum laborem, ut ante habemus.

p.812. *ΕΡΜ.* Πῶς τοῦτο φῄς; πάνυ γάρ τι [u]) λυπηρόν τι καὶ δύςελπι ἐρεῖν ἔοικας.

70 *ΛΥΚ.* Ὅτι, ὦ ἑταῖρε, κἂν εὕρωμεν ὑπισχνούμενόν τινα εἰδέναι τε ἀπόδειξιν, καὶ ἄλλον διδάξειν, οὐκ αὐτίκα, οἶμαι, πιστεύσομεν αὐτῷ, ἀλλά τινα ζητήσομεν τὸν κρῖναι δυνάμενον, εἰ ἀληθῆ ὁ ἀνὴρ λέγει. κἂν τούτου εὐπορήσωμεν [x]), ἄδηλον ἔτι ἡμῖν, εἰ ὁ ἐπιγνώμων οὗτος οἶδε διαγιγνώσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα, ἢ μή. καὶ ἐπ᾽ αὐτὸν αὖθις τοῦτον, ἄλλου ἐπιγνώμονος, οἶμαι, δεῖ. ἡμεῖς γὰρ πόθεν ἂν εἰδείημεν διακρίνειν τὸν ἄριστα κρῖναι [y]) δυνάμενον; ὁρᾷς ὅποι [z]) τοῦτο ἀποτείνεται, καὶ ὡς ἀπέραντον γίγνεται, στῆναί ποτε καὶ καταληφθῆναι μὴ δυνάμενον; ἐπεὶ καὶ τὰς ἀποδείξεις αὐτὰς, ὁπόσας οἷόν τε εὑρίσκειν, ἀμφισβητουμένας ὄψει, καὶ μηδὲν ἐχούσας βέβαιον. αἱ γοῦν πλεῖσται αὐτῶν [a]), δι᾽ ἄλλων ἀμφισβητου–

et Cod. P.“ Tuentur etiam B. 1. 3. A. 1. 2. u) πάνυ γάρ τι] „γὰρ] γάρ τι J. Par. H. Fl. B. 2. (et 1. 3. A. 1. 2.) At ignorat illud τι Cod. M. et sic *Vorst.* voluit, quare id delevimus.“ *Seager.* conj. πάνυ γάρ τι καὶ etc. Qua de caussa nos vulgatam lectionem integram restituerimus, vid. Adnot. x) εὐπορήσωμεν] Revocavi hanc veram lectionem ex A. 1. 2. et B. 1. Nam *Reitz.* et recentt., quemadmodum B. 3., ediderant εὐπορήσομεν. y) κρῖναι] Vulgo κρίνειν, quod ex antecedenti διακρίνειν ortum videtur. Elegantiorem lectionem ostendunt Codd. 2954. 3011. quamquam scriptum ibi κρίναι, referente *Belino*, quam mendam *Schmiederus* tanto minus repetere debebat, quum paullo ante recta forma occurrerit. z) ὅποι] ὅπου 3011. minus bene, ait *Belinus.* a) αὐτῶν] „Sic Edd. *Vorst.* αὐτῷ.“

Herm. Quid ita? videris enim (*omnino*) triste quiddam et desperationis plenum dicturus.

Lyc. Quoniam, amice, etiamsi inveniamus aliquem, professum scire se demonstrationem, ac docere velle alios, non statim, puto, illi credemus, sed quaeremus, qui judicare possit, an vera ille dicat? Et hujus si oblata copia sit, obscurum adhuc nobis, utrum ille index dignoscere possit recte judicaturum, necne? et ad hunc ipsum alio, arbitror, indice opus est. Nos enim unde sciamus dijudicare eum, qui judicare possit optime? Vides, quorsum hoc pertineat, et ut sit infinitum, cum stare nusquam, et comprehendi possit? quandoquidem ipsas quoque demonstrationes, quotquot inveniri possunt, in dubium revocari videas, neque firmum quidquam habere. Aliae enim

μένων πείθειν ἡμᾶς βιάζονται εἰδέναι· αἱ δὲ, τοῖς b) πάνυ p. 812.
προδήλοις τὰ ἀφανέστατα συνάπτουσαι, οὐδὲν αὐτοῖς κοινωνοῦντα, ἀποδείξεις ὅμως c) αὐτῶν εἶναι φάσκουσιν. ὥςπερ εἴ τις οἴοιτο ἀποδείξειν εἶναι θεοὺς, διότι βωμοὶ αὐτῶν ὄντες
φαίνονται. ὥςτε, ὦ Ἑρμότιμε, οὐκ οἶδ' ὅπως, καθάπερ οἱ p. 813.
ἐν κύκλῳ θέοντες, ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν καὶ ἀπορίαν ἐπανεληλύθαμεν d).

ΕΡΜ. Οἷά με εἰργάσω e), ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὸν 71
θησαυρὸν ἀποφήνας, καὶ, ὡς ἔοικεν, ἀπολεῖταί μοι τὰ τοσαῦτα ἔτη, καὶ ὁ κάματος ὁ πολύς.

ΛΥΚ. Ἀλλ', ὦ Ἑρμότιμε, πολὺ ἔλαττον ἀνιάσῃ, ἢν ἐννοήσῃς ὅτι οὐ μόνος ἔξω μένεις τῶν ἐλπισθέντων ἀγαθῶν, ἀλλὰ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες. ἢ τίς f) ἄρα δύναιτο δι' ἐκείνων ἁπάντων χωρῆσαι, ὧν ἔφην; ὅπερ ἀδύνατον καὶ αὐτὸς λέγεις εἶναι· νῦν δὲ, ὅμοιόν μοι δοκεῖς ποιεῖν, ὥςπερ εἴ τις δακρύοι, καὶ αἰτιῷτο

b) τοῖς] „ταῖς Edd. J. Par. H. Fl. τοῖς S. et Codd. P. L.“ Sed A. 1. 2. B. 1. 3. ταῖς. c) ὅμως] „ex W. Deest in Edd.“ d) ἐπανεληλύθαμεν] ἐπαναλ. *Reitz.* operarum culpa, quam et suam fecit *Seyb.* e) εἰργάσω] „Sic recte Codd. L. et W. ἐργάσω Edd. omnes male. Vestigia verae lect. retinuit B. 2. εἰγάσω exhibens.“ Sic plane etiam B. 3. f) ἢ τίς] „εἴ τις W. et Fl. Nihil mutant ceterae.“ Nisi quod in A. 2. ἢ τὶς legitur.

et pleraeque illarum per alia, de quibus et ipsis adhuc lis est, persuadere nobis nituntur se scire: aliae vero, quae obscurissima manifestis copulant, et commune nihil habentibus, demonstrationes tamen illorum esse dicunt. Verbi caussa, si quis putet inde se demonstraturum Deos esse, quod altaria illorum esse apparet. Itaque nescio quomodo, Hermotime, ut currentes in circulo ad idem initium et dubitationem rediimus.

Herm. Ut me tractasti, Lycine, qui thesaurum mihi in carbones redegeris! ut videtur, periere mihi tot anni et labor ille plurimus.

Lyc. Sed multo minus, Hermotime, moleste feres, si cogitaveris, non solum te speratis bonis carere, sed omnes, ut ita dicam, de asini umbra pugnare philosophos. Aut quis ire queat per illa, quae dixi, omnia? quod fieri posse et ipse negas. Jam vero idem mihi videris facere, ac si quis ploret et cum fortuna queratur,

p. 813. τὴν τύχην, ὅτι μὴ δύναιτο ἀνελθεῖν ἐς τὸν οὐρανὸν, ἢ ὅτι μὴ βύθιος ὑποδὺς ἐς τὴν θάλατταν, ἀπὸ Σικελίας ἐς Κύπρον ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ ἀρθεὶς πτηνὸς αὐθημερὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ· τὸ δ' αἴτιον τῆς λύπης, ὅτι ἠλπίκει, οἶμαι, ἢ ὄναρ ποτὲ ἰδὼν τοιοῦτον, ἢ αὐτὸς αὐτῷ ἀναπλάσας, οὐ πρότερον ἐξετάσας εἰ ἐφικτὰ εὔχεται, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν. καὶ δὴ καὶ σὲ, ὦ ἑταῖρε, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ὀνειροπολοῦντα νύξας ὁ λόγος, ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἐκθορεῖν ἐποίησεν. εἶτα ὀργίζῃ αὐτῷ, ἔτι μόλις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίγων, καὶ τὸν ὕπνον
p. 814. οὐ ῥᾳδίως ἀποσειόμενος ὑφ' ἡδονῆς ὧν ἑώρας. πάσχουσι δ' αὐτὸ καὶ οἱ τὴν κενὴν μακαρίαν g) ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες, ἣν μεταξὺ h) πλουτοῦσιν αὐτοῖς, καὶ θησαυροὺς ἀνορύττουσι, καὶ βασιλεύουσι, καὶ τἄλλα εὐδαιμονοῦσιν, (οἷα πολλὰ ἡ θεὸς ἐκείνη ῥᾳδιουργεῖ, ἡ Εὐχὴ μεγαλόδωρος οὖσα, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀντιλέγουσα, κἂν πτηνὸς θέλῃ τις γενέσθαι, κἂν κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος, κἂν ὄρη ὅλα χρυσᾶ εὑρίσκειν i). ἢν τοίνυν ταῦτα ἐννοοῦσιν αὐτοῖς, ὁ παῖς προσελθὼν, ἔρηταί τι τῶν

g) κενὴν μακαρίαν] „Κενὴν καὶ μακαρίαν male W. Sed recte abest καὶ ab Edd. J. Fl. H. Par. etc." h) ἢν μεταξὺ] καὶ γὰρ 3011. inepte. i) εὑρίσκειν] εὑρίσκῃ id. male.

quod adscendere in coelum nequeat, aut quod non profundo mari mersus a Sicilia emergere in Cyprum, aut quod non pennis sublatus ex Graecia eodem die ad Indos perveniat: caussam vero ejus doloris *hanc habeat*, quod speraverit, puto, aut viso forte tali somnio, aut quod ipse sibi ultro finxerit, non explorato prius, num ea optet, ad quae pervenire possit, quaeque humanae naturae conveniant. Et sane tibi quoque, sodalis, multa et admirabilia insomnianti latus fodiens ratio, ex somno ut exsilires effecit. Deinde illi irasceris vix aperiens oculos, et non sine difficultate somnum prae voluptate visorum excutiens. Usu illud venit etiam iis, qui vanam illam Beatam *insulam* sibi fingunt. Si his, dum divites sunt, dum effodiunt thesauros, et regnant, et caeteris rebus beati sunt, qualia multa perpetrat Dea illa, cui Voti nomen est, magnifica muneribus, neque contradicens cuiquam, nec si volucris fieri quis velit, nec si Colossaea magnitudine, nec si aureos totos montes invenire: haec igitur dum animo agitant, si puer accedens interroget necessa-

ἀναγκαίων, οἷον, ὅθεν ἄρτους ὠνητέον, ἢ ὅ, τι (ᾖ) φατέον [k]) p. 814.
πρὸς τὸν ἀπαιτοῦντα τοὐνοίκιον, ἐκ πολλοῦ περιμένοντα, οὕ-
τως ἀγανακτοῦσιν, ὡς ὑπὸ τοῦ ἐρομένου [1]) καὶ παρενοχλή-
σαντος ἀφαιρεθέντες ἅπαντα ἐκεῖνα τἀγαθὰ, καὶ ὀλίγου δέουσι
τὴν ῥῖνα τοῦ παιδὸς ἀποτραγεῖν. Ἀλλὰ σὺ, ὦ φιλότης, μὴ 72
πάθῃς αὐτὸ πρὸς ἐμὲ, εἴ σε θησαυροὺς ἀνορύττοντα, καὶ πε-
τόμενον, καί τινας ἐννοίας ὑπερφυεῖς ἐννοοῦντα, καί τινας
ἐλπίδας ἀνεφίκτους ἐλπίζοντα, φίλος ὢν, οὐ περιεῖδον διὰ
παντὸς τοῦ βίου ὀνείρῳ ἡδεῖ μὲν ἴσως, ἀτὰρ ὀνείρῳ γε συνόν-
τα· διαναστάντα δὲ, ἀξιῶ πράττειν τὶ τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὅ
σε παραπέμψει ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, τὰ κοινὰ ταῦτα φρο-
νοῦντα. ἐπεὶ ὅ γε νῦν ἔπραττες, καὶ ἐπενόεις, οὐδὲν τῶν Ἱπ-
ποκενταύρων καὶ Χιμαιρῶν καὶ Γοργόνων διαφέρει, καὶ ὅσα
ἄλλα ὄνειροι, καὶ ποιηταὶ καὶ γραφεῖς ἐλεύθεροι ὄντες, ἀνα-
πλάττουσιν, οὔτε γενόμενα πώποτε, οὔτε γενέσθαι δυνάμενα· p. 815

k) ἢ ὅ, τι (ᾖ) φατέον] ἢ ὅ, τι ᾖ, φατέον *Reitz.* cum B. 1. et 3. prave. Recentt. rectius ἢ ὅ, τι ᾖ φατ., ut in A. 1. 2. commate post ᾖ deleto. Mavult tamen *Bel.* ἢ ὅ, τι ἂν ᾖ φατ. Mihi quidem ᾖ omnino suspectum est, et e praecedente ἢ natum videtur. Nisi forte εἴη scribi malis. l) ἐρομένου] ῥεομένου B. 3. absurde.

rium quiddam, verbi gratia, unde panis emendus? aut quid respondendum mercedem domus repetenti, qui diu jam exspectaverit? ita indignantur, quasi ab interrogante illo atque interpellante ablata ipsis essent bona illa omnia, et parum abest, quin morsu nasum puero auferant. Tu vero, amice, noli eodem in me impetu ferri, si te effodientem thesauros, aut volantem, aut cogitationes quasdam majores, quam natura patitur, agitantem, et spes habentem, ad quas perveniri non potest, pro amicitia nostra non passus sum per omnem vitam in somnio suavi illo quidem, sed somnio tamen, versari; sed surgere jubeo, et facere quidquam eorum, quae opus sunt, quodque te ad id, quod superest, vitae dimittere possit communi illo sensu praeditum. Quod enim modo agebas, et cogitabas, ab Hippocentauris et Chimaeris et Gorgonibus nihil quidquam differt, et quaecunque alia somnia et poëtae et pictores pro sua libertate confingunt, quae nec fuere unquam, neque fieri possunt. Et tamen ma-

p.815. καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσιν αὐτοῖς, καὶ κηλοῦνται ὁρῶντες, ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα
73 εἶναι. Καὶ σὺ δὴ μυθοποιοῦ τινος ἀκούσας, ὡς ἔστι τις γυνὴ ὑπερφυὴς τὸ κάλλος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτὰς, ἢ τὴν Οὐρανίαν εἶναι m), μὴ πρότερον ἐξετάσας εἰ ἀληθῆ λέγει, καὶ εἰ ἔστι που τῆς γῆς ἡ ἄνθρωπος αὕτη, ἤρας εὐθὺς, ὥςπέρ φασι τὴν Μήδειαν ἐξ ὀνείρατος ἐρασθῆναι τοῦ Ἰάσονος· ὃ δὲ δὴ μάλιστά σε πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπηγάγετο, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ, ὁπόσοι τοῦ αὐτοῦ σοι εἰδώλου ἐρῶσι, τοῦτο ἦν, ὥς γέ μοι εἰκάζοντι φαίνεται, τὸ τὸν λέγοντα ἐκεῖνον περὶ τῆς γυναικὸς, ἐπείπερ ἐπιστεύθη τὸ πρῶτον, ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἀκόλουθα n) ἐπάγειν. εἰς τοῦτο γὰρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο εἷλκεν ὑμᾶς τῆς ῥινὸς, ἐπείπερ ἅπαξ τὴν πρώτην λαβὴν ἐνεδώκατε αὐτῷ, καὶ ἦγεν ἐπὶ τὴν ἀγαπωμένην, δι᾿ ἧς ἔλεγεν εὐθείας ὁδοῦ. ῥᾴδια γὰρ, οἶμαι, τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ οὐδεὶς ὑμῶν ἔτι ἐπιστρεφόμενος εἰς τὴν εἴσοδον, ἐξήταζεν o) εἰ ἀληθής ἐστι,

m) εἶναι] „Sic Edd. et M. οἶμαι L. ἐκείνην *Pell.* et *Marcil.* καὶ *Solanus.*“ Vid. Adnot. n) ἀκόλουθα] ἀκόλουθον 2954. o) ἐξήταζεν] „Ita bene J. Fl. H. Par. et W. ἐξήταξεν male S.“

jor pars populi credunt illis, et videndis audiendisve talibus mulcentur, ob id ipsum nempe, quod peregrina sunt et absurda. Et tu sane cum ex fabulatore quodam audisses, mulierem esse, quae pulchritudine naturam supergressa, vel Gratias ipsas aut coelestem illam *Venerem* vincat, non explorato prius, utrum vera dicat, et sitne terrarum alicubi ista mulier, statim amare eam coepisti, ut Medeam ajunt ex insomnio amore Jasonis correptam. Quod autem maxime te in amorem illum induxit, aliosque, quotquot eandem quam tu umbram amant, quantum conjectura assequor, hoc erat, quod is, qui de muliere praedicabat, postquam semel fides illi habita est, quasi vera diceret, *ea* subjunxit, *quae* consequentia *et cohaerentia essent superioribus.* Ad hoc enim spectabatis solum, et propter hoc ipsum naso quasi alligatos traxit, cum primam semel velut ansam ei dedissetis, duxitque ad amatam recta, quam dicebat, via. Facilia enim, reor, caetera, neque quisquam vestrûm ad ingressum reflexa cogitatione, verane esset *via*, exploravit,

καὶ εἰ μὴ ἔλαθε, καθ' ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰςελθὼν, ἀλλ' ἠκολούθει p. 815.
τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι, καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν
(αὐτῶν [p])) ἡγούμενον, δέον ἐπὶ τῇ εἰςόδῳ, καὶ κατὰ τὴν ἀρ-
χὴν εὐθὺς [q]) σκέψασθαι, εἴπερ εἰςιτητέον [r]). Ὃ δέ φημι, σα- 816. 74
φέστερον ἂν μάθοις, ἤν τι τοιοῦτον ὅμοιον παραθεωρήσῃ [s])
αὐτῷ. λέγοντος γάρ τινος τῶν μεγαλοτόλμων τούτων ποιητῶν,
ὡς γένοιτό [t]) ποτε τρικέφαλος καὶ ἑξάχειρ ἄνθρωπος, ἂν τὸ
πρῶτον ταῦτα ἀπραγμόνως ἀποδέξῃ, μὴ ἐξετάσας εἰ δυνατὸν,
ἀλλὰ πιστεύσας, εὐθὺς ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπὰ,
ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς ὁ αὐτὸς εἶχεν ἓξ, καὶ ὦτα ἓξ, καὶ φωνὰς
τρεῖς ἅμα ἠφίει, καὶ ἤσθιε διὰ τριῶν στομάτων, καὶ δακτύλους
τριάκοντα εἶχεν, οὐχ [u]) ὥςπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέ-
ραις ταῖς [x]) χερσί· καὶ εἰ πολεμεῖν δέοι, αἱ τρεῖς μὲν χεῖρες
ἑκάστη πέλτην, ἢ γέῤῥον, ἢ ἀσπίδα εἶχεν [y])· αἱ τρεῖς δὲ, ἡ

p) *αὐτῶν*] „Sic J. H. Par. P. et M. Deest in Fl." Et in 2954. 3011. et recte quidem, ut judicat *Bel.* Sed *Schm.* pro suspecto notavit, ut nos *Seageri* conjecturam τὰ πρόβατα τοῖς τοῦ αὐτῶν ἡγουμένου reprobavimus in Adnot. q) *εὐθὺς*] „αὐτὴν marg. A. 1. W." r) *εἰςιτητέον*] „Ita Fl. J. Par. S. etc." Cf. παριτητέον De Merc. Cond. c. 42. s) *παραθεωρήσῃς*] Ita e 2954. 3011. pro vulg. παραθεωρήσῃ. t) *γένοιτο*] ἐγένετο conj. *Belin.* At vid. Adnot. u) *οὐχ*] abesse vult *Bel.* Vid. Adnot. x) *ταῖς*] „ex W. Abest ab Edd." y) *εἶχεν*] εἶχον 3011. quam elegantissimam lectionem vocat *Belin.* sine idonea caussa. Certe non patet, cur inelegantior dicatur vulgata, quum manifesto sit aptior.

et num forte imprudens, quam non oportebat, institisset? sed praeeuntium sequebatur vestigia, uti oves suum solent ducem, cum deceret ad introitum et principio statim videre, intrandumne sit? Quod autem dico, apertius intelligas, si consideres et conferas ejusmodi quiddam simile. Si enim audacium horum poëtarum aliquis dicat, fuisse quondam tricipitem et sex manibus hominem, si primum ista facile recipias, non explorato, fierine possit, sed fide illi habita; ille statim consequenter subjungat caetera: eundem hominem sex habuisse oculos, et aures totidem, et voces eodem tempore ternas emisisse, et oribus tribus sumsisse cibum, et triginta habuisse digitos, non decem, ut quisque nostrûm, in ambabus manibus: ac si bellica opera opus esset, tres quidem manus peltam, aut cratem, aut scutum habuisse; trium vero reliquarum

p. 816. μὲν, πέλεκυν κατέφερεν, ἡ δὲ, λόγχην ἠφίει, ἡ δὲ, τῷ ξίφει ἐχρῆτο. καὶ τίς ἔτι ἂν ἀπιστήσειε ταῦτα λέγοντι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰρ τῇ ἀρχῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν εὐθὺ [z]) σκοπεῖν εἴπερ δεκτέα, καὶ εἰ συγχωρητέα οὕτως ἔχειν. ἢν δ' [a]) ἅπαξ ἐκεῖνα δῷς, ἐπιῤῥεῖ τὰ λοιπὰ, καὶ οὔποτε στήσεται, καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ῥάδιον, ἐπείπερ ἀκόλουθα, καὶ ὅμοιά ἐστι τῇ
p. 817. συγχωρηθείσῃ ἀρχῇ· ἅπερ καὶ ὑμεῖς πάσχετε. ὑπὸ γὰρ δὴ ἔρωτος, καὶ προθυμίας, οὐκ ἐξετάσαντες τὰ κατὰ τὴν εἴςοδον ἑκάστην, ὅπως ὑμῖν ἔχει, προχωρεῖτε ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι, οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ [b]) γένοιτ' ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῷ [c]), καὶ ψεῦδος ὄν. οἷον, εἴ τις λέγοι [d]) τὰ δὶς πέντε, ἑπτὰ εἶναι, καὶ σὺ πιστεύσειας αὐτῷ, μὴ ἀριθμήσας ἐπὶ σαυτοῦ, ἐπάξει δηλαδὴ, ὅτι καὶ τετράκις πέντε, τεσσαρεςκαίδεκα [e]) πάντως ἐστὶ, καὶ μέχρις ἂν ὅτου [f]) ἐθελήσῃ· οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεω-

z) εὐθὺ] εὐθὺς 2954. ut *Wesseling.* jussit scribi, et scripsit *Schm.* Sed vid. Adnot. a) δ'] δὲ 2954. 3011. *Schm.* b) εἴ πῃ] „Sic Edd. et P. εἴ τι W. et Ex. Fl." Sic et 3011. εἴπερ conj. *Solan.* c) αὐτῷ] „Ita habet Cod. M. et Edd. *Ald.* Fl. J. H. B. 2. αὐτῶν Par. S. Amst." d) λέγοι] „Sic M. λέγει Edd." e) τεσσαρεςκαίδεκα] Ita scriptum reperitur in Edd. vett. et Codd. 2954. 3011. Sed *Reitz.* nescio, quo ex fonte, edidit τεσσαρακαίδεκα, et recentt. temere secuti sunt. Vid. Adnot. f) ὅτου] „Ita sola J. Ceterae ad unam omnes cum M. ὅτε. Sed P. Cod. ὅτι." Ὅτε etiam 2954. 3011. Sed *Belinus*, nihil istorum probans, conjicit ὅποι, quo nihil opus est, quum genuinam lectionem *Juntina* suppeditet.

unam dejecisse securim, alteram emisisse lanceam, tertiam usam gladio. Et quis adhuc fidem negaret dicenti talia? conveniunt enim principio, de quo statim videndum erat, possetne recipi, et an concedendum sit, rem ita habere. Ubi vero semel illa dederis, adfluunt quasi reliqua, nec usquam subsistent, ipsumque illud negare fidem non jam facile, cum consequentia sint et concessis principiis similia: quod quidem vobis accidit. Prae amore enim et studio, non ante explorato uti se vobis habeant, quae sunt circa unumquemque ingressum, proceditis, tracti a consequentia, non advertentes animum, si qua sit quod sequatur ex illis, et idem sit falsum. Ut si quis dicat, bis quinque septem esse, tuque fidem illi habeas, non et ipse apud te dinumerans, inferet scilicet, etiam quater sumta quinque efficere quatuordecim, et quousque

μετρία ποιεῖ. κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα p. 817.
αἰτήσασα, καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα, οὐδὲ συστῆναι δυνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα [g]), καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη. Κατὰ ταὐτὰ τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, πιστεύετε τοῖς ἑξῆς, καὶ γνώρισμα τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶναι, ψευδῆ οὖσαν. εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν, ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι, πρὶν ἰδεῖν [h]) τἀληθὲς, καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων p. 818.
ἐκείνων· οἱ δὲ, κἂν αἴσθωνται ἐξηπατημένοι, ὀψέ ποτε γέροντες ἤδη γενόμενοι, ὀκνοῦσιν ἀναστρέφειν, αἰδούμενοι, εἰ δεήσει, τηλικούτους αὐτοὺς ὄντας, ἐξομολογήσασθαι, ὅτι πράγματα [i]) παίδων ἔχοντες οὐ συνίεσαν. ὥςτε ἐμμένουσι τοῖς αὐτοῖς ὑπ' αἰσχύνης, καὶ ἐπαινοῦσι τὰ παρόντα, καὶ ὁπόσους ἂν δύνωνται, προτρέπουσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ὡς ἂν μὴ μόνοι ἐξη-

g) τὰ τοιαῦτα] male e superioribus iterata judicant *Jens.* et *Wiel.* At vid. Adnot. h) ἰδεῖν] „ἰδῇ male P. Vulgatam tuentur priscae Edd." i) πράγματα] παίγματα conj. *Seager.* Classical Journal Fasc. XIII. p. 73. merus ingenii lusus.

ille voluerit: qualia etiam admirabilis geometria efficit. Nam illa quoque hos, qui versantur circa principia, absurda quaedam postulata poscit, eaque dari sibi aequum censet, quae tamen ne consistere quidem possunt, puncta quaedam individua, et lineas latitudine omni carentes, et id genus plura; deinde putribus illis fundamentis similia inaedificat, et postulat vera ad demonstrationem dicere, initio a falsis principiis facto. Eodem modo vos quoque, concessis sectae cujusque principiis, his, quae sequuntur, fidem adjungitis, et signum veritatis illorum consequentiam illam putatis, quae et ipsa tamen falsa est: deinde alii quidem vestrûm spei suae immoriuntur antequam verum viderint, suosque illos deceptores damnaverint (*cognoverint*); alii vero, licet sero denique senes jam facti deceptos se sentiant, redire tamen cunctantur, pudore nimirum deterriti, si oporteat, id aetatis cum sint, fateri, se imprudentes puerorum tractasse ludibria: itaque manent in iisdem prae pudore, et laudant praesentia, et, quotquot possunt, ad eadem

p. 818. πατημένοι ὦσιν, ἀλλ' ἔχωσι [k]) παραμυθίαν τὸ καὶ πολλοὺς καὶ [l]) ἄλλους τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ὁρῶσιν, ὅτι, ἢν [m]) τἀληθὲς εἴπωσιν, οὐκ ἔτι σεμνοὶ, ὥςπερ νῦν, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δόξουσιν, οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως. οὐκ ἂν οὖν ἑκόντες εἴποιεν εἰδότες ἀφ' οἵων ἐκπεσόντες, ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. ὀλίγοις δ' ἂν πάνυ ἐντύχοις, ὑπ' ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν, ὅτι ἐξηπάτηνται, καὶ τοὺς ἄλλους ἀποτρέπειν τῶν ὁμοίων πειρωμένους *). εἰ δ' οὖν τινι τοιού-
p. 819. τῳ ἐντύχοις, φιλαλήθη τε κάλει τὸν τοιοῦτον, καὶ χρηστὸν, καὶ δίκαιον, καὶ, εἰ βούλει, φιλόσοφον· οὐ γὰρ ἂν φθονήσαιμι τούτῳ μόνῳ [n]) τοῦ ὀνόματος· οἱ δ' ἄλλοι, ἢ οὐδὲν [o]) ἀληθὲς ἴσασιν οἰόμενοι εἰδέναι, ἢ εἰδότες [p]), ἀποκρύπτονται ὑπὸ δειλίας, καὶ αἰσχύνης, καὶ τοῦ προτιμᾶσθαι βούλεσθαι.

k) ἔχωσι] „Sic J. H. Par. ἔχουσι Fl. M. et *Coll.*“ Illud et A. 1. 2. B. 1. 3. habent. l) καὶ] abest a Codd. 2954. 3011. quem defectum male *Belino* probatum male admisit *Schm.* Cf. Toxar. c. 12. πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτόν. e. a. m) ἢν] ἦν B. 3. *) πειρωμένους] „Nihil hic mutare J. Fl. Par. notat *Solanus.* Non invenit ergo variationem. At marg. A. 1. W. πειρωμένοις habet.“ Quod etsi non male cum τολμῶσι copulari, et τῶν ὁμοίων ad ἀποτρέπειν referri, possit, praetuli tamen simpliciorem rationem, cui et A. 1. 2. B. 1. 3. favent, nisi quod haec B. 3. πειρομένους mendose habet. n) μόνῳ] „deest in Fl. Adest in reliqq. item in M. ac P.“ o) ἢ οὐδὲν] „οἱ οὐδὲν W. Nihil a vulgata abeunt J. Fl. H. Par.“ Nec reliquae vett. p) εἰδότες] „ex P. L. et *Angl.* ἰδόντες Edd.

hortantur, ne soli sint decepti, sed solatium habeant ex eo, quod multis etiam aliis eadem, quae sibi, usu venerint. Nam rursus illud quoque vident, si verum dicant, se non jam graves, ut adhuc, et supra vulgus elatos visum iri, neque honorem eundem consecuturos. Nunquam ergo voluntate dixerint, quantumvis sciant, quibus exciderint, et quam similes videantur reliquis. Paucos omnino reperias satis fortes, uti audeant dicere, se deceptos esse, et dehortari alios, qui similia tentent. In talem ergo si incidas, veritatis amicum voca, et frugi, et justum, et, si vis, etiam philosophum. Huic enim soli nominis hujus honorem non invideam. Reliqui autem aut veri nihil sciunt, cum scire se putent; aut, quod sciunt, occultant, prae timiditate et pudore, et quod praeferri aliis

Καίτοι, πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, ἅπαντα μὲν ἃ ἔφην, ἐάσωμεν, αὐ- 819. 76
τοῦ καταβαλόντες, καὶ λήθη τις ἔστω αὐτῶν, ὥσπερ τῶν πρὸ
Εὐκλείδου ἄρχοντος πραχθέντων. ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλο-
σοφίαν ὀρθὴν εἶναι τῶν Στωϊκῶν, ἄλλην δὲ μηδ' ἡντιναοῦν,
ἴδωμεν εἰ ἐφικτὴ αὕτη, καὶ δυνατή ἐστιν, ἢ μάτην κάμνου-
σιν, ὁπόσοι ἐφίενται αὐτῆς. τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω
θαυμαστάς τινας, ἡλίκα q) εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότα-
τον ἐλθόντες· μόνους γὰρ τούτους πάντα r) συλλαβόντας ἕξειν
τὰ τῷ ὄντι ἀγαθά. τὸ μετὰ ταῦτα δὲ, σὺ ἄμεινον εἰδείης s),
εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ καὶ t) Στωϊκῶν τῷ ἄ-
κρῳ u), οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήθ' ὑφ' x) ἡδονῆς κατασπᾶ- p. 820.
σθαι, μήτ' ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρείττονι, καὶ πλούτου κα-
ταφρονοῦντι, καὶ συνόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανό-

q) ἡλίκα] „ἡνίκα] Sic Edd. J. Fl. H. Par. ἡλίκα Gr." Genuinam *Graev.* lectionem restituimus. Vid. Adnot. r) πάντα] „πάντας W. male." s) εἰδείης] „Sic Edd. εἰδοίης W." Forsan legendum ἄμεινον ἂν εἰδείης, ut Diall. Deor. IV, 5. αὐτὸς ἂν εἰδείης. Charon. c. 4. σὺ ἂν καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδείητε. Et sic semper in hac locutione, ἂν haud temere deficiente. t) καὶ] „ἐς W." u) καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ] „ἐς Στωϊκὸν τὸ ἄκρον P. A. Sed vulgatam servant J. Fl. Par." x) ὑφ'] „Sic recte Fl. S. Amst. et M. ἐφ' J. (?) H. Par. Fr. B. 2. (1. 5.) et *Ald.* (?) male, vid. nott." In A. 1. 2. legitur μήθ' φ', nec non in J., quod non potest ἐφ' significare ob praemissam literam adspiratam, sed ὑφ'. Unde pro vulgato μήτ', quod *Bel.* et *Schm.* μήτε correxerunt, malebam μήθ' exarare, secutus *Aldinas*.

cupiunt. Quamquam, per ego te Minervam *oro*, quaecunque dixi jam relinquamus hic deposita omnia, sitque eorum oblivio, ut eorum, quae ante Euclidem Archontem facta sunt; ponamusque, hanc Stoicorum philosophiam veram esse, aliam vero quamcunque nullam: ac videamus deinde, num illa talis sit, ad quam pervenire, et quam assequi aliquis possit; an vero frustra laborent, quotquot illam concupiverunt. Audio enim admirabilia quaedam promissa, de (*magna*) eorum felicitate, qui ad fastigium ejus delati sint: solos quippe illos vera bona habituros in universum omnia. Quod vero sequitur, melius tute noris, incidisne unquam in Stoicum talem, et summum Stoicorum, qui nunquam vincatur dolore, ad voluptatem nunquam detrahatur, irascatur nunquam, qui invidia major sit, divitiarum contemtor, et verbo beatus,

p. 820. να εἶναι, καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου. (ὁ γὰρ καὶ
κατὰ μικρότατον ἐνδέων, ἀτελὴς, κἂν πάντα [y]) πλείω ἔχῃ.)
εἰ δὲ τοῦτο οὐχὶ, οὐδέπω εὐδαίμων.

77 *ΕΡΜ.* Οὐδένα τοιοῦτον εἶδον.

ΛΥΚ. Εὖγε, ὦ Ἑρμότιμε, ὅτι οὐ ψεύδῃ ἑκών. εἰς τί
γοῦν ἀποβλέπων φιλοσοφεῖς, ὅταν ὁρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον
τὸν σὸν, μήτε τὸν ἐκείνου, μήτε τὸν πρὸ αὐτοῦ, μηδ᾽ [z]) ἂν
εἰς δεκαγονίαν ἀναγάγῃς, μηδένα αὐτῶν σοφὸν ἀκριβῶς, καὶ
διὰ τοῦτο εὐδαίμονα γεγενημένον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς
εἴποις, ὡς ἀπόχρη, κἂν πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ
οὐδὲν ὄφελος. ὁμοίως γὰρ ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι [a]), καὶ ἐν τῷ
ὑπαίθρῳ, ὅ, τε παρὰ τὴν θύραν ἔξω ἑστὼς, καὶ ὁ πόῤῥω.
p. 821. διαλλάττοιεν δ᾽ ἂν, ὅτι μᾶλλον οὗτος ἀνιάσεται, ὁρῶν ἐγγύ-
θεν, οἵων ἐστέρηται. εἶτα, ἵνα πλησίον [b]) γένῃ τῆς εὐδαιμο-

y) *πάντα*] τὰ 3011. quod *Belino* probatum recepit *Schm.* Sed *Vorst.* maluit: κἂν κατὰ πάντα πλεονεκτήσῃ τὰ ἄλλα. At v. Adn. z) *μηδ᾽*] μήτ᾽ conj. *Schm.* inscite: μηδ᾽ ἂν est: *neque, si,* i. e. *etiam non, si,* auch nicht, wenn. Verum pudet, rem notissimam monere. a) *ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι*] „ἔξω τῆς ὁδοῦ ἐσμὲν Edd. Sed ἔστι Codd. M. et L.“ Enclitice scripsi ἐστι, quum scriptura ἔστι verborum sensum perversura esset. In vett. etiam Edd. aliis ἐσμὲν editum, in aliis ἔσμεν. b) *πλησίον*] „πλέον Par. sola male.“

qualem oportet esse, canon qui haberi velit et regula vitae ad virtutem *compositae.* Qui enim vel minima in re deficiatur, imperfectus est, quantumvis omnibus in rebus *aliis* superet. Hoc vero si non sit, nondum est beatus.

Herm. Talem equidem vidi neminem.

Lyc. Recte istud, Hermotime, quod non mentiris prudens ac volens. Quo igitur consilio philosopharis, cum videas, neque tuum magistrum, neque qui illius fuit, neque qui ante istum, neque si ad decimam quasi generationem adscendas, quemquam illorum plane sapientem, et propter hoc beatum fuisse? Neque vero illud recte dixeris, sufficere tibi, si vel prope felicitatem venias. Nihil enim profeceris: nam aeque extra limen est et sub divo, tam qui ad januam stat foris, quam qui e longinquo: et in hoc forte differant, quod ille magis excruciabitur, qui e proximo videat, quibus sibi *bonis* carendum

νίας (δώσω γὰρ τοῦτό σοι) τοσαῦτα πονεῖς κατατρύχων σεαυ- p. 821.
τόν; καὶ παραδεδράμηκέ σε ὁ βίος ὁ τοσοῦτος ἐν ἀκηδίᾳ [c]), καὶ καμάτῳ, καὶ ἀγρυπνίαις κάτω νενευκότα; καὶ εἰσαῦθις πονήσεις, ὡς φῄς, ἄλλα εἴκοσιν ἔτη τοὐλάχιστον, ἵν' ὀγδοηκοντούτης γενόμενος, εἴ [d]) τις ἐγγυητής ἐστί σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, ὅμως ᾖς ἐν τοῖς μηδέπω εὐδαιμονοῦσιν; εἰ μὴ μόνος οἴει τεύξεσθαι τούτου, καὶ αἱρήσειν διώκων, ὃ πρὸ σοῦ *) μάλα πολλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ ὠκύτεροι παραπολὺ διώκοντες οὐ κατέλαβον. Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε, εἰ δοκεῖ, καὶ ἔχε ὅλον 78
συλλαβών. τὸ μὲν δὴ πρῶτον, οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ποτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, ὡς ἀντάξιον δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων. ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπολαύσεις αὐτοῦ, γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ [e]) ἔχων· εἰ μήτι ἐς ἄλλον, ὦ γενναῖε, βίον προγυμ- p. 822.
νάζοις [f]) ἑαυτὸν [g]), ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν, ἄμεινον διαγάγοις,

c) ἀκηδίᾳ] ἀηδίᾳ conj. *Pierson.* ad *Moer.* p. 61. probante *Belino.* Vid. Adnot. d) εἰ] „εἰ B. 2. Nil mutant J. H. Fl. Par. ᾖ M.“ *Εἰ* etiam B. 3. habet, idque probat *Seager.* prae vulg. ᾖ. Vid. Adnot. *) πρὸ σοῦ] πρό σου B. 1. 3. ut deinde τό μεν, aperto vitio. e) τῇ σορῷ] „Sic J. Fl. H. Par. etc. τῷ M. Sed supra scriptum est τῇ.“ f) προγυμνάζοις] Ita 2954. Sed M. προγυμνάζῃς. Edd. omnes προγυμνάζεις. Frequens est horum Modorum permutatio ob pronuntiationem vocalium istarum prorsus eandem. g) ἑαυτὸν] σεαυτὸν

sit. Deinde, ut prope felicitatem sis, (dabo tibi enim hoc) tantum laboras? teque conteris, tantumque tibi vitae spatium effluxit, dum te non respicis, dum labores, dum vigiliae te humi deprimunt? ac denuo laborabis, ut ais, viginti alios minimum annos, ut octuagenarius senex, (siquidem quis sponsor tibi est, te tantum victurum,) tamen sis illorum unus, qui nondum beati sunt? nisi forte solum te putas illud consecuturum et persequendo capturum, quod ante te multi admodum et boni viri, et multum celeriores, persequendo non comprehenderunt. Sed comprehende etiam, si ita videtur, et habe tibi universum. Primo quidem non video, quid demum sit illud bonum, quod tantis laboribus aequiparari possit? Deinde quantum est temporis reliquum, quo illo fruaris, senex jam et suavitatibus omnibus non amplius tempestivus, et alterum jam pedem, quod ajunt, habens

p. 822. εἰδὼς ὅντινα τρόπον χρὴ βιοῦν, ὅμοιον, ὡς εἴ τις ἐς τοσοῦτον σκευάζοι τε, καὶ εὐτρεπίζοι, ὡς δειπνήσων ἄμεινον, ἄχρις ἂν
79 λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό πω κατανενόηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἔργοις δήπου ἐστὶν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν, καὶ σοφὰ, καὶ ἀνδρεῖα· ὑμεῖς δὲ, (τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τοὺς ἄκρους τῶν φιλοσοφούντων φημὶ,) ἀφέντες ταῦτα ζητεῖν, καὶ ποιεῖν, ῥημάτια δύστηνα μελετᾶτε, καὶ συλλογισμοὺς, καὶ ἀπορίας, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβετε· καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ. ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τουτονὶ θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς προσομιλοῦντας ἐς ἀπορίαν
p. 823. καθίστησι, καὶ οἶδεν, ὡς χρὴ ἐρέσθαι, καὶ σοφίσασθαι, καὶ πανουργῆσαι, καὶ ἐς ἄφυκτα [h]) ἐμβαλεῖν· καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες (οὗτος δὲ ἦν περὶ τὰ ἔργα) περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε, τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις.

Reitz. cum nota: „Sic Edd. priscae. ἑαυτὸν W.“ Recentt. secutae sunt *Reitzii* exemplum; nos vero genuinae lectionis vestigium. Cf. supra c. 63. σὺ δὲ ὠλιγώρησας ἑαυτοῦ, et Pro Merc. Cond. c. 2. in. ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν λέλεκταί σοι, ubi vid. Adnot. h) ἄφυκτα] „ἄφικτα Edd. omnes male. ἄφυκτα recte ms. B. et *Angl.*“ Vid. Adnot.

in capulo? nisi forte aliam, generose, vitam mediteris, ut in eam delatus, melius vivas, qui, quomodo vivendum sit, didiceris: quod est ejusmodi, ac si quis tantum paret atque adornet ad coenandum melius, donec fame imprudens pereat. Verum neque illud dum animadvertisti, puto, in operibus scilicet inesse virtutem, ut in faciendo juste, sapienter, fortiter: at vos (vos cum dico, summos philosophorum dico) mittentes ista quaerere et facere, in voculis miseris exercemini et syllogismis, et dubitationibus, et majorem vitae partem in his conteritis; et qui in hisce vicerit, ille pulchram vobis retulisse victoriam videtur. Quarum rerum caussa hunc etiam, puto, doctorem admiramini, senem hominem, quod qui secum colloquantur in dubitationem conjicit, et quomodo interrogandum sit novit, et cavillationibus atque fraudibus quomodo utendum, et ad incitas quomodo redigi aliquis possit. Plane igitur fructu relicto, qui in operibus est, circa corticem negotiosi estis, foliis vos

ἢ γὰρ ἄλλα ἐστὶν, ἃ πράττετε, ὦ Ἑρμότιμε, πάντες ἕωθεν ἐς p. 823. ἑσπέραν;

ΕΡΜ. Οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα.

ΛΥΚ. Ἦ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη, τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν, ἐάσαντας τὸ σῶμα, ἢ τοῦ ὄφεως τὸ σύφαρ, ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ; μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ὥσπερ εἴ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐκχέας [i]) ὑπέρῳ σιδηρῷ πτίττοι [k]), πράττειν ἀναγκαῖόν τι καὶ προὔργου οἰόμενος, οὐκ εἰδὼς, ὅτι, ἂν ἀποβάλῃ, φασὶ, τοὺς ὤμους πτίττων [k]), ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει. Καί μοι δὸς [l]) ἐνταῦθα ἤδη ἐρέσθαι σε, εἰ ἐθέλοις ἂν ἔξω 80 τῶν λόγων τὰ ἄλλα ἐοικέναι τῷ διδασκάλῳ, οὕτω μὲν ὀργίλος [m]), οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὢν, καὶ p. 824. φιλήδονος νὴ Δί᾽, εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ [n]).

ΕΡΜ. Τισί γε [o]).

i) ἐκχέας] ἐγχέας conj. *Solan.* ad Pisc. c. 24. k) πτίττοι — πτίττων] „ex *Schol.* πλήττοι et πλήττων M. unde vestigia verae lect. tamen adparent.“ *Πλήττοι* et *πλήττων* Cod. 2954. ut vulgo. Quid in 3011. legatur, non tradit *Belin.* l) δὸς] δόξα 2954. m) ὀργίλος] ὀργῖλος vulgo, falso accentu. Cf. ὀργίλοι Pisc. 14. et ὀργιλώτερον Zeux. c. 8. Praeterea et h. l. B. 3. ὀργίλος recte scriptum exhibet. n) δοκεῖ] „δοκῇ W. Nil mutant Edd. antiquae.“ o) Τισί γε] Sic *Reitzius*, qui tamen ita notat: „τίσι γε] Sic M. et Edd. τισί γε Fl. τί σιγᾷς; *Graev.*“ ac si in textu dedisset lectionem, quam in fronte notae posuit. Recentt. Editt. secuti *Reitzium* et *Flor.* Ed. Sed *Wiel.* vertit ad *Graev.* rationem, et *Belinus* ad vulgatam in

invicem vestris in congressibus perfundentes. Aut sunt alia, quae facitis, Hermotime, omnes a prima luce ad vesperam?

Herm. Non, sed haec ipsa.

Lyc. Nonne igitur recte dicat aliquis, relicto vos corpore umbram captare, aut exuvias serpentis, tractu ipso ac volumine corporis neglecto? aut potius simile quid illi facere, si quis aquam in mortarium infusam ferreo pistillo contundat, necessarium quid, et quod ad rem faciat, a se putans peragi, ignorans, aquam manere aquam, si tundendo perdat, quod ajunt, humeros. Et concede mihi, ut hic te jam interrogem, velisne, excepta doctrina, aliis in rebus similis esse magistri tui, aeque iracundus, aeque sordidus, aeque contentiosus uti sis, aeque voluptuarius, per Jovem, licet vulgo talis non videatur.

Herm. Quibusdam certe.

p. 824. *ΛΥΚ.* Ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσομαι ἃ πρώην ἤκουσα
ὑπὲρ φιλοσοφίας τινὸς λέγοντος ἀνδρὸς πάνυ γεγηρακότος, ᾧ
πάμπολλοι τῶν νέων ἐπὶ σοφίᾳ πλησιάζουσιν; ἀπαιτῶν γὰρ
παρά τινος [p]) τῶν μαθητῶν τὸν μισθὸν, ἠγανάκτει, λέγων
ὑπερήμερον εἶναι, καὶ ἐκπρόθεσμον [q]) τοῦ ὀφλήματος [r]), ὃν
ἔδει πρὸ ἑκκαίδεκα ἡμερῶν ἐκτετικέναι τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ, οὕτω
81 γὰρ συνθέσθαι. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα [s]) ἠγανάκτει, παρεστὼς ὁ
θεῖος τοῦ νεανίσκου, ἄγροικος ἄνθρωπος, καὶ [t]) ἰδιώτης ὡς
p. 825. πρὸς τὰ ὑμέτερα [u]), πέπαυσο, εἶπεν, ὦ θαυμάσιε, τὰ μέγιστ'
ἠδικῆσθαι λέγων, εἰ ῥημάτια παρὰ σοῦ πριάμενοι, μηδέπω
ἐκτετίκαμεν διάφορον· καίτοι ἃ μὲν ἡμῖν πέπρακας, ἔτι ἔχεις
καὶ αὐτὸς, καὶ οὐδὲν ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν μαθημάτων· τὰ
δ' ἄλλα, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπιθυμῶν [x]), συνέστησά σοι τὸν νεανί-
σκον, ὅδ' [y]) οὐδὲν ἀμείνων γεγένηται διὰ σὲ, ὃς τοὐμοῦ γεί-

vett. Edd. lectionem. p) *παρά τίνος*] *παρὰ τινὸς* *Reitz.* et recentt. contra veterum Edd. omnium scripturam. q) *ἐκπρόθεσμον*] „*ἐκπρόθετον* W. Sed in marg. notata est vulgata lectio.“ r) *ὀφλήματος*] *ὀφειλήματος* 2954. s) *Καὶ ἐπεὶ ταῦτα*] „*ἐπὶ ταῦτα*] Sic *Ald.* H. S. Par. et M. *ἐπιτ.* Fl. *ἐπεὶ ταῦτα* J. et L.“ Sic et B. 3. unice recte. Vid. Adnot. t) *καὶ*] „omissum in J. habent Fl. H. Par. B. 2. et M. In *Juntina* *ἄνθρωπος* per compendium scriptum sic: *ἄ–νος.*“ u) *ὑμέτερα*] „*ἡμέτερα* Ex. Fl. (et B. 3.) Sed cum vulgata facit P.“ x) *ἐπιθυμῶν*] *ἐπιθυμοῦντα* 3011. male, ut recte judicat *Bel.* y) *ὅδ'*] Sic recte A. 1. 2. *Reitz.* et re-

Lyc. Visne, Hermotime, tibi referam, quae nuper audivi quendam pro philosophia dicere hominem plane senem, cujus domum multi admodum juvenes sapientiae caussa frequentant? Is dum reposcit ab aliquo discipulorum mercedem, indignabatur, dicens, ipsum intra diem praestitutum non solvisse debitum, quod solutum jam ab illo oportuisset, sexdecim diebus ante, nempe pridie Kalendas illius mensis: ita quippe convenisse. De quibus quum indignaretur, adstans avunculus adolescentis, homo rusticus, et ad haec vestra imperitus, Desine, inquit, homo admirabilis, dicere, maxima te adfectum injuria, si pro verbis a te emtis pretium nondum persolvimus. Atqui quae vendidisti nobis, eadem adhuc habes et ipse, neque quidquam decessit tibi doctrinarum. Caeterum quarum rerum desiderio ab initio commendavi tibi adolescentem, in iis rebus ille nihilo melior tua opera factus est,

τονος Ἐχεκράτους τὴν θυγατέρα συναρπάσας [z]), παρθένον οὖ- p. 825.
σαν διέφθειρε, καὶ ὀλίγου δίκην ἔφυγε [a]) βιαίων, εἰ μὴ ἐγὼ ταλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα παρὰ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐχεκράτους· τὴν μητέρα δὲ πρώην ἐῤῥάπισεν, ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος τὸν κάδον [b]), ὡς ἔχοι [c]) συμβολὰς, οἶμαι, καταθεῖναι· τὰ μὲν γὰρ ἐς ὀργὴν, καὶ θυμὸν, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ἐς τόλμαν, καὶ ψεῦδος, μακρῷ τινι ἄμεινον εἶχε πέρυσιν, ἢ νῦν· καίτοι ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν ἐς p. 826.
ταῦτα ὠφελῆσθαι [d]) ὑπὸ σοῦ μᾶλλον, ἤπερ ἐκεῖνα εἰδέναι, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲν δεομένους, ἐπὶ τὸ δεῖπνον διεξέρχεται, ὡς Κροκόδειλος ἥρπασε παιδίον, καὶ ὑπέσχηται [e]) ἀποδώσειν [f]) αὐτὸ, ἂν ἀποκρίνηται [g]) ὁ πατὴρ οὐκ οἶδ' ὅ, τι [h])· ἢ, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμέρας οὔσης, μὴ

centt. ὁ δ' B. 1. 3. z) συναρπάσας] „Nihil hic variationis notat *Solanus*. Sed cum Par. haberet συνάρσάσας, id ex J. correxi.“ a) ἔφυγε] „ἔφυγον habebant Edd. et W. ἔφυγεν sola S. recte.“ Soni gratia *Reitz.* edidit ἔφυγε, et sic recentt. E codd. 2954. et 3011. notavit *Belinus* itidem ἔφυγον, et ὀλίγου δεῖν pro simplici ὀλίγου. Illud supplementum alienum esse videtur genuinae lectionis. b) τὸν κάδον] „τὸν κάδην vitiose omnes, praeter J. et Fl. et W. qui κάδον quoque exhibet.“ c) ἔχοι] „ex S. et Amst. vid. nott.“ d) ὠφελῆσθαι] ὠφελεῖσθαι 2954. e) ὑπέσχηται] ὑπέσχετο 3011. quod *Schmiederus* cupidius arripuit, offensus haud dubie Temporum diversitate, quam tamen et alibi ipse, ut par erat, retinuit, ut Diall. Deor. XIX, 1. ἀφώπλισας καὶ νενίκηκας, ubi vid. Adnot. Tom. II. p. 349. f) ἀποδώσειν] „Sic recte J. Par. etc. et M. ἀποδόσειν male Fl.“ g) ἀποκρίνηται] „Ita bene B. 2. Fl. H. Par. et M. ἀποκρίνεται male J.“ h) ὅ, τι] Sic vett. Edd. omnes. Sed ὅ, τί *Reitz.*

qui Echecratis vicini mei filiam virginem rapuerit, et aegre judicium de vi effugisset, nisi talento redemissem injuriam a pauperculo homine Echecrate. Matri vero alapas nuper dedit, deprehensus ab ea cum sub veste efferret cadum, ut haberet, puto, quas conferret symbolas. Quantum ad iram, excandescentiam, impudentiam, audaciam, mendacia, multo melius superiore anno, quam nunc, habuit. Atqui volui ego in hisce potius illum a te juvari, quam illa scire, quae quotidie ad nos nihil opus habentes in coena disputat, ut crocodilus puerum rapuerit, illumque se reddidturum promiserit, si respondisset pater nescio quid; aut, necesse esse, si dies sit, non esse noctem.

p. 826. νύκτα εἶναι. ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἡμῖν ὁ γενναῖος ἀναφύει, οὐκ οἶδ' ὅπως περιπλέκων τὸν λόγον· ἡμεῖς δὲ γελῶμεν ἐπὶ τούτοις· καὶ μάλιστα ὅταν ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, μελετᾷ πρὸς αὑτὸν [i]) ἕξεις τινὰς, καὶ σχέσεις, καὶ καταλήψεις, καὶ φαντασίας, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ὀνόματα διεξιών. ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ὡς καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων [k]) πεφοίτηκεν, οἷον ξύλων, καὶ λίθων, καὶ ζώων, ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων. καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν, τί ταῦτα ληρεῖ, καταγελάσας αὐτῆς, ἀλλ' ἣν τὸν λῆρον τοῦτον, ἔφη, ἐκμάθω [l]) ἀκριβῶς, οὐδὲν κωλύσει [m]) με μόνον πλούσιον, μόνον βασιλέα εἶναι, τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα καὶ
82 καθάρματα νομίζεσθαι, ὡς πρὸς ἐμέ. Τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς εἰ-
p. 827. πόντος, ὁ φιλόσοφος, ὅρα, οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν. ἔφη γὰρ, ἀλλ' εἴ γε μὴ ἐμοὶ ἐπλησίαζεν οὗτος, οὐκ οἴει μακρῷ χείρω [n]) ἂν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι, ἢ καὶ, νὴ Δία, ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι; ὡς νῦν γε χαλινόν τινα ἐμβέβληκεν αὐτῷ ἡ φιλοσοφία, καὶ ἡ πρὸς

et recentt. praeter *Schm.* quae ὅ,τι. i) αὑτὸν] αὐτὸν *Schm.* e conj. *Reitz.* Vid. Adnot. k) διὰ πάντων] διαπάντων una voce A. 1. 2. sed duabus B. 1. 3. et recentt. rectius. l) ἐκμάθω] ἐκμάθῳ cum jota subscr. A. 1. 2. ἐκ μάθω duabus vocibus B. 1. 3. m) κωλύσει] „κωλύσῃ Ex. Fl. Sed pro vulgata stant J. H. Par. et P." n) χείρω] χεῖρω A. 2.

Interdum et cornua nobis bonus vir, sermone nescio quomodo perplexo, producit. At nos ridemus ista, et maxime quoties obturatis auribus meditatur, *habitus* quosdam, et *relationes*, et *comprehensiones*, et *visa*, et nomina id genus plura persequens. Audimus autem illum dicere, non in coelo esse Deum, sed ire per omnia, ut ligna, et lapides, et animalia, ad res usque contemtissimas. Ac cum mater ipsum interrogaret, quorsum ista nugaretur? deridens illam, verum, inquit, si perdidicero accurate nugas illas, nihil prohibebit, solum me divitem, solum regem esse, reliquos vero mancipia et purgamenta ad me putare. Haec ille cum dixisset, quod responsum ei philosophus dederit, jam vide, Hermotime, quam senile. Dixit enim: Verum nisi se ad me applicuisset, nonne putas, multo illum deteriora perpetraturum fuisse, quin carnifici forte fuisse tradendum? adeo jam frenum illi quoddam

ταύτην αἰδὼς, καὶ διὰ τοῦτο o), μετριώτερός ἐστιν ὑμῖν, καὶ p. 827. φορητὸς ἔτι. φέρει γάρ τινα αἰσχύνην αὐτῷ, εἰ ἀνάξιος φαίνοιτο τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος· ἃ δὴ παρακολουθοῦντα, παιδαγωγεῖ αὐτόν· ὥςτε δίκαιος ἂν εἴην, εἰ καὶ μὴ ὧν p) βελτίω ἀπέφηνα q), μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλ' οὖν ἐκείνων γε, ἃ μὴ δέδρακεν, αἰδούμενος φιλοσοφίαν, ἐπεὶ καὶ αἱ τίτθαι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς r) διδασκάλου. καὶ γὰρ, ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες. ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀποπλῆσαί μοι δοκῶ, καὶ ὅντινα ἂν ἐθέλῃς s) τῶν εἰδότων t) τὰ ἡμέτερα, ἧκέ μοι ἐς αὔριον παραλαβὼν, ὄψει τε ὅπως ἐρωτᾷ, καὶ πῶς ἀποκρίνεται, καὶ ὅσα μεμάθηκε, καὶ ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία, περὶ ἀξιωμάτων, περὶ συλλογισμῶν, περὶ καταλήψεως, περὶ καθηκόντων, καὶ ἄλλα ποικί- p. 828. λα· εἰ δὲ ἢ τὴν μητέρα ἔτυπτεν, ἢ παρθένους συνήρπαζε, τί

o) διὰ τοῦτο] διατοῦτο uno verbo A. 1. 2. Sed duobus B. 1. 2. p) ὧν] „ὂν male W. ὧν Fl. J. H. Par." q) ἀπέφηνα] ἀπέφῃνα cum jota subscr. omnes priores. r) ἐς] ἐκ B. 3. mendose. s) ἐθέλῃς] Ita vett. omnes cum jota subscr. Sed ἐθέλης, eo omisso, *Reitz.* et recentt. praeter *Seyb.* t) εἰδότων] εἰδόντων vitiose A. 2.

philosophia imposuit, et adversus eam reverentia, atque ob id ipsum moderatior vobis est et adhuc tolerabilis. Adfert enim illi pudorem quendam, si indignus isto habitu et nomine isto videatur, quae nimirum sequuntur illum, et paedagogi in morem continent. Itaque dignus sim, si non eorum, in quibus meliorem illum reddidi, mercedem a vobis capere; at certe eorum, quae philosophiae reverentia facere intermisit: quandoquidem nutrices etiam parvos in scholam censent mittendos, cum si nondum bonum quidquam possint discere, certe mali nihil, dum ibi manent, faciant. Equidem reliqua mihi omnia implevisse videor, et quocunque volueris eorum, qui nostra non ignorant, adsumto, cras ad me veni, videbisque, ut interroget, ut respondeat, quot res didicerit, et quot jam legerit libros, de axiomatis, de syllogismis, de comprehensione, de officiis, et alia varia. Si vero aut matrem pulsavit, aut rapuit virginem, quid ea ad me?

828. 83 ταῦτα πρὸς ἐμέ; οὐ γὰρ παιδαγωγόν με ἐπεστήσατε αὐτῷ. Τοιαῦτα γέρων ἄνθρωπος ὑπὲρ φιλοσοφίας ἔλεγε. σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, ὦ Ἑρμότιμε, ἱκανὸν εἶναι, ὡς διὰ τοῦτο φιλοσοφοίημεν, ὡς μηδὲν τῶν φαυλοτέρων πράττοιμεν· ἢ ἐπ᾽ ἄλλαις ἐλπίσιν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφεῖν ἠξιοῦμεν, οὐχ ὡς τῶν ἰδιωτῶν κοσμιώτεροι εἴημεν περινοστοῦντες; τί οὖν οὐκ ἀποκρίνῃ καὶ τοῦτο;

ΕΡΜ. Τί δὲ u) ἄλλο, ἢ ὅτι καὶ δακρῦσαι*) ὀλίγου δέω; ἐς τοσοῦτό μου x) καθίκετο ὁ λόγος ἀληθὴς ὤν, καὶ ὀδύρομαι, ὅσον ἄθλιος χρόνον ἀνάλωκα y), καὶ προσέτι μισθοὺς οὐκ ὀλίγους τελῶν ἀντὶ τῶν πόνων· νυνὶ γάρ, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήφων, ὁρῶ, οἷα μέν ἐστιν, ὧν ἤρων, ὁπόσα δὲ πέπονθα διὰ ταῦτα.

84 *ΛΥΚ.* Καὶ τί δεῖ δακρύων, ὦ χρηστέ; τὸ γὰρ τοῦ μύθου
p. 829. ἐκεῖνο πάνυ συνετόν, οἶμαι, ὃν Αἴσωπος διηγεῖτο. ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον ἐπὶ τὴν κυματωγὴν z),

u) δὲ] „δαὶ W. Nihil mutant vulgatam Fl. J. H. Par. *Ald.* 1.“ Nec A. 2. B. 1. 3. *Belinus* tamen et *Schm.* praetulerunt formam Cod. *Witt.* [*) Scribebatur δακρύσαι. *G. D.*] x) μου] „με W. solus.“ y) ἀνάλωκα] „Sic recte Edd. et M. ἀνήλωκα B. 2.“ et 3. z) κυματωγὴν] „Ita Codd. G. L. M. P. et marg. A. 1. W. κυματώδη male Edd. omnes.“ Omnino verba ἐπὶ τὴν κυματωγὴν pro glossemate habet *Schm.* *Graevius* vero priora ἐπὶ τῇ ἠϊόνι, *Reitzius* denique alterutra, suspecta esse censuerunt. Vid. Adnot.

neque enim paedagogum me illi praefecistis. Talia senex pro philosophia dicebat. Tu vero et ipse forte dixeris, Hermotime, satis esse, si propter hoc philosophemur, ne quid pejus faciamus: aut num alia spe philosophari ab initio postulavimus? non *ideo*, ut idiotis decentiores circumiremus? Cur igitur non respondes hoc quoque?

Herm. Quid vero aliud, quam quod parum abest, quin illacrimer? adeo in animum meum penetravit vera ratio: ac deploro, quantum miser temporis insumserim, mercedes insuper non parvas laborum meorum persolvens. Jam enim velut ab ebrietate resipiscens video, qualia sint, quae amabam, quae autem propter ea perpessus sim.

Lyc. Et quid lacrimis opus est, o bone? valde enim prudens consilium arbitror fabulae, quam narrabat Aesopus. Dicebat enim, hominem sedentem in

ἀριθμεῖν τὰ κύματα· σφαλέντα δὲ, ἄχθεσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι, p. 829.
ἄχρι δὴ τὴν κερδὼ παραστᾶσαν εἰπεῖν αὐτῷ, τί, ὦ γενναῖε, ἀνιᾷ τῶν παρελθόντων ἕνεκα; δέον τὰ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον ἀριθμεῖν, ἀμελήσαντα ἐκείνων. καὶ σὺ τοίνυν, ἐπείπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ἐς τὸ λοιπὸν ἂν ἄμεινον ποιήσαις βίον τε κοινὸν ἅπασι βιοῦν ἀξιῶν, καὶ συμπολιτεύσῃ [a]) τοῖς πολλοῖς, οὐδὲν ἀλλόκοτον, καὶ τετυφωμένον ἐλπίζων. καὶ οὐκ αἰσχύνῃ [b]), ἤνπερ εὖ φρονῇς [c]), εἰ γέρων ἄνθρωπος μεταθήσῃ [d]), καὶ
μεταχωρήσεις πρὸς τὸ βέλτιον. Ταῦτα πάντα, ὦ φιλότης, 85
ὁπόσα εἶπον, μή με νομίσῃς κατὰ τῆς Στοᾶς παρεσκευασμένον, ἢ [e]) ἔχθραν τινὰ ἐξαίρετον πρὸς Στωϊκοὺς ἐπανῃρημένον εἰρηκέναι· ἀλλὰ κοινὸς ἐπὶ πάντας ὁ λόγος· τὰ γὰρ αὐτὰ πρὸς σὲ εἶπον ἂν, εἰ τὰ Πλάτωνος, ἢ [f]) Ἀριστοτέλους ᾕρησο [g]),
τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς. νῦν δὲ ἐπεὶ τὰ Στωϊ- p. 830.

a) συμπολιτεύσῃ] πολιτεύσῃ 2954. b) αἰσχύνῃ] αἰσχύνη in omnibus prioribus. Vid. Adnot. c) φρονῇς] Ita 2954. *Bel. Schm.* Vulgo φρονεῖς. d) μεταθήσῃ] *Reitz.* et recentt. μεταμαθήσῃ. Ille haec notavit: „μεταμαθήσῃ] Sic dedi ex W. et L. Edd. enim male μεταθήσῃ.“ Imo vero bene: vid. Adnot. e) ἢ] in *Reitz.* casu, et in recentt. temere itidem omissum restitui ex Edd. vett., cum quibus etiam facit 3011. probante *Belino*. f) ἢ] „καὶ male P. Nihil in vulg. mutant Edd.“ g) ᾕρησο] „Edd. ἥρησο.“ B. 2. ᾕρησο cum puncto subscripto.

litore ad fluctuosum mare, numerasse fluctus. Cum vero subinde erraret, graviter tulisse et excruciatum esse, donec adstans vulpes ei diceret, quid laboras, mi homo, eorum caussa, qui praeterierunt? cum oporteat eos, qui hinc oriuntur, numerare incipere, neglectis illis. Et tu igitur, quoniam ita tibi videtur, in reliquum melius feceris, si communem omnibus vitam velis vivere, et civem te gerere de vulgo unum, nihil alienum aut inflatum sperans; nec (*est quod*) pudeat te, si recte sapis, senem hominem, mutatis quasi partibus, ad id, quod melius est, transire. Caeterum haec, quaecunque dixi, omnia, amice, noli me putare contra Porticum paratum, aut susceptis eximiis contra Stoicos inimicitiis dixisse. Sed communis ad omnes pertinet ratio. Eadem enim ad te dixissem, si Platonis aut Aristotelis sectam secutus esses, reliquis indicta caussa damnatis. Nunc vero cum Stoi-

p. 830. κῶν προετίμησας, πρὸς τὴν Στοὰν ἀποτετάσθαι ὁ λόγος ἔδοξεν, οὐδὲν ἐξαίρετον πρὸς αὐτὴν ἔχων.

86 ΕΡΜ. Εὖ λέγεις. ἄπειμι γοῦν ἐπ' αὐτὸ [h]) τοῦτο, ὡς μεταβαλοίμην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ σχῆμα. ὄψει γοῦν οὐκ εἰς μακρὰν οὔτε πώγωνα, ὥςπερ [i]) νῦν, λάσιον, καὶ βαθὺν, οὔτε δίαιταν κεκολασμένην, ἀλλ' ἄνετα πάντα, καὶ ἐλεύθερα, τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν· ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν ἅπαντα ἐκεῖνα, ὁπόσα ἤκουσα παρ' αὐτῶν· καὶ εὖ ἴσθι, οὐκ ἂν ὤκνησα καὶ ἐλλέβορον [k]) πιεῖν διὰ τοῦτο ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι ἐννοήσαιμι [l]) ὧν φασι. σοὶ δ' οὖν οὐ μικρὰν χάριν οἶδα, ὦ Λυκῖνε, ὅτι με παραφερόμενον [m]) ὑπὸ θολεροῦ τινος χειμάῤῥου, καὶ τραχέος [n]), ἐπιδιδόντα ἐμαυτὸν, καὶ κατὰ ῥοῦν συῤῥέοντα τῷ ὕ-
p. 831. δατι ἀνέσπασας, ἐπιστὰς, τὸ τῶν τραγῳδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ

h) ἐπ' αὐτὸ] ἐπαυτὸ A. 1. 2. una voce. i) ὥςπερ] ὅςπερ B. 3. k) ἐλλέβορον] ἑλλ. una *Seyb.* Reliquae omnes ἐλλ. ut Vit. Auct. c. 23. bis, et alibi. Sed ἑλλ. Diall. Mortt. XIII, 6. XVII, 2. et saepius. l) ἐννοήσαιμι] „νοήσαιμι W. ἐνοήσ. Fl. Ceterae recte, ut exhibuimus.“ m) παραφερόμενον] „περιφερόμενον Edd. Sed prius habent L. et marg. A. 1. W.“ n) τραχέος] ταχέος 2954.

corum sectam praetulisses, ad Porticum intenta videbatur oratio, quae eximium nihil contra eam habeat.

Herm. Bene dicis. Abeo igitur ad hoc ipsum, ut ipsum etiam mutem habitum. Videbis enim non ita multo post neque barbam, uti nunc, hirsutam et prolixam, neque victum ita castigatum, sed remissa omnia atque libera. Forte autem purpuram etiam induam, uti sciant omnes, nihil mihi jam esse cum illis nugis. Utinam etiam evomere liceat, quaecunque ex illis audivi! Et noris, me non cunctanter helleborum propterea bibiturum, contraria quam Chrysippus ratione, nimirum ne quid amplius eorum, quae dicunt, in mentem mihi veniat. Tibi igitur gratiam, Lycine, non parvam habeo, quod me turbido torrente ablatum, atque aspero, cum jam cessissem fluctibus, et secundo flumine cum aqua ferrer, extraxisti, superveniens tanquam ille in Tragoediis praesens ex machina

μηχανῆς ἐπιφανείς· δοκῶ [o]) δέ μοι οὐκ ἀλόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὥςπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων [p]) ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι, ἅτε καὶ σωτήρια τήμερον ἄξων [q]), τοσαύτην ἀχλὺν ἀποσεισάμενος τῶν ὀμμάτων. φιλοσόφῳ δὲ ἐς τὸ λοιπὸν, κἂν ἄκων ποτὲ ἐν ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω [r]), οὕτως ἐκτραπήσομαι, καὶ [s]) περιστήσομαι, ὥςπερ τοὺς λυττῶντας [t]) τῶν κυνῶν. p. 831.

o) δοκῶ] „δωκῶ J. sola male.“ Sic tamen et A. 2. p) ναυαγίων] ναυαγιῶν *Reitz.* nescio unde, et hinc recentt. Nos veterem lectionem ναυαγίων restituimus. Vid. Adnot. q) ἄξων] „ἄξειν Fl. et M. Ἄξων ceterae et Cod. P.“ Ἀξεῖν 2954. si quidem recte narravit *Belinus.* r) ἐντύχω] ἐντύχῳ jota subscripto male A. 1. 2. s) καὶ] deest in sola B. 3. t) λυττῶντας] μυττῶντας per errorem B. 3.

Deus. Videor autem mihi non praeter rationem caput etiam rasurus, ut qui e naufragiis servantur liberi, quippe qui et ipse salutis recuperatae festum diem hodie acturus sim, tanta ab oculis amota caligine. In philosophum autem de reliquo, si vel invitus aliquando ingrediens per viam incidero, ita aversabor, ita cavebo, ut canes rabiosos *solemus.*

p.831. ΗΡΟΔΟΤΟΣ Η ΑΕΤΙΩΝ [a]).

Argum. *Herodoti* exemplum, si in aliis rebus fieri non possit, in eo certe se imitari dicit auctor, quod, quemadmodum ille Olympiae in universae Graeciae concione, ita ipse nunc in Macedoniae urbe primaria, praesentibus eruditissimis omnis generis viris, scripta sua recitet. Obiter et alii commemorantur, qui post Herodotum idem consilium Olympiae secuti sint; uberius autem de *Aëtione*, Lucianei aevi pictore praestantissimo, exponitur, qui et ipse pulcherrimam tabulam suam, Alexandri et Roxanes nuptias proponentem, palam Olympiae ostenderit, ejusque praemium Proxenidae certaminum judicis filiam in matrimonium acceperit. Sub finem auctor blandam adjicit comparationem auditorum suorum cum Olympicis illis conventibus, modesteque significat, ex suo se qualicunque modulo, non ex magnorum athletarum Olympicorum mensura, judicari velle.

1 *Ἡροδότου εἴθε μὲν καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν. οὐ πάντα φημὶ, ὅσα προςῆν αὐτῷ, (μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε) ἀλλὰ κἂν ἓν ἐκ τῶν ἁπάντων, οἷον, ἢ κάλλος τῶν λόγων, ἢ*
p.832. *ἁρμονίαν αὐτῶν, ἢ τὸ οἰκεῖον τῇ Ἰωνίᾳ* [b]), *καὶ προςφυὲς, ἢ*

a) *ΗΡΟΔΟΤΟΣ Η ΑΕΤΙΩΝ*] *Ἡροδότου ἐγκώμιον* Gorl. inepta inscriptio. b) *Ἰωνίᾳ*] „*Ἰονίᾳ* male H. et B. 2. (et B. 1.) Ceterae recte *Ἰωνίᾳ*."

HERODOTUS SIVE AETION.

Utinam Herodoti reliqua etiam imitari liceret! non omnia dico, quae viro aderant, majus enim voto illud quidem; sed vel unum *quiddam* de omnibus, verbi caussa, venustatem orationis, aut compositionem, aut domesticam illam Ionicae linguae et nativam *sua-*

τῆς γνώμης τὸ περιττὸν, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖνος ἅμα συλλαβὼν ἔχει, πέρα τῆς εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχῶς τοῖς Ἕλλησι γνώριμος [c]) ἐν βραχεῖ κατέστη, καὶ [d]) ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιμησαίμεθα. πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα, καὶ ἀπραγμονέστατα, ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο, καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγραμμάτια [e]). τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα, νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τριβὴν [f]) οὐ μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ [g]) ἔσεσθαι. οὔκουν [h]) ἠξίου διασπᾷν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ᾽ ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων [i]) τὴν γνῶσιν· ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν [k]) τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. ἐνίστα- p. 832.

c) γνώριμος] „deerat in Edd. aderat in L. et J. item in marg. A. 1. W.“ Conjecerat sic feliciter *Guyetus*. d) καὶ] vulgo deficiens inseruimus e Codd. 2954. 2957. 3011. et Gorl., quod jam *Schmiederus*, monente *Belino*, fecerat. e) συγγραμμάτια] συγγράμματα *Solan.* conj. f) τριβὴν] τρηβὴν A. 2. mendose. g) ἐν τῷ τοιούτῳ] ἐν τοιούτῳ 2954. h) οὔκουν] οὐκοῦν B. 1. male. i) ἀγείρων καὶ συλλέγων] „*Graev.* ἀγείρειν καὶ συλλέγειν. At nihil mutant J. *Ald.* (1. et 2.) Fl. Fr. H. B. 2. (et 1.) Par. S. Amst.“ k) που λαβεῖν] προυλαβεῖν vitiose 3011.

vitatem, aut sententiarum divitias, aut quae sexcenta pulchra ille una complexus habet, imitandi omnem spem transgressa. Caeterum quae circa libros suos historicos faciebat, et ut Graecis multis in locis brevi innotesceret, *illud* ego, et tu, et *quivis* alius imitemur. Cum enim domo e Caria versus Graeciam navigaret, dispiciebat apud se, qua tandem ratione quam celerrime, et minimo labore insignis et celebris tum ipse, tum si quid scripsisset, fieret. Jam circumire, et nunc Atheniensibus, nunc Corinthiis recitare, aut Argivis, aut Lacedaemoniis particulatim, laboriosum et longum esse ducebat, moramque in ea re haud parvam esse futuram. Noluit igitur negotium hoc distrahere, neque disperse ita et minutatim conciliare et cogere *sibi* notitiam *hominum*: verum eo intendit animum, ut, si fieri posset, confertos alicubi Graecos univer-

p. 833. ται [l]) οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα, καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο, ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὗ [m]) μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν [n]), ἁπανταχόθεν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον [o]), οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας
2 κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς. καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν, αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ, τῶν ἐκ [p]) τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι, καὶ εἴ πού γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν [q]) τῷ δακτύλῳ· ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέ–

l) ἐνίσταται] ἐνίστανται 2954. 3011. m) ου] οὐ *Reitz.* n) πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν] συντηρήσας τὴν πανήγυριν πλήθουσαν 2954. o) ὀπισθόδομον] „J. dubie an ἐπισθόδομον. Ceterae recte ὀπισθ.“ Nec non A. 2., quae alias cum J. etiam in vitiis conspirare solet. p) ἐκ] „*Gr.* ἀπό. Nihil mutant Edd. sed ἐκ τῶν habent pro τῶν ἐκ.“ Cod. 2954. habet οἱ δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς π. Sed *Bel.* malit οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς π. errore quodam seductus, de quo in Adnot. q) ἐδείκνυτο ἂν] ἐδείκνυον 2954. omisso ἂν, quod inscite probat *Bel.* ignorans usum particulae ἂν cum Indicativo. Cf. Somn. c. 2. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, ἢ βόας — ἀνέπλαττον e. a. l.

sos deprehenderet. Instant igitur magna Olympia: et Herodotus, rem ipsam putans, venire sibi tempus maxime desideratum, observato pleno concilio, collectis undique jam proceribus, ingressus in posticum *templi Jovis Olympii,* non spectatorem, sed certatorem se Olympiorum professus est, canens historias, et eo usque demulcens hos, qui adessent, ut Musae ipsius libri, qui et ipsi novem essent, vocarentur. Jam igitur multo ipsum magis nosse omnes, quam victores ipsos Olympiae; nec esse, cui Herodoti nomen non esset auditum, partim quod ipsi illum Olympiae audissent, partim quod ab his, qui ex concilio venerant, percontando percepissent: et sicubi conspiceretur modo, digito monstrabatur, Hic ille Herodotus est, *dicentium,* qui proelia cum Persis Ionico sermone conscripsit, qui victorias nostras hymno celebravit. Hunc il-

λαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν p. 834.
ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ᾽ ἑνὸς [r]),
μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ᾽ ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν
πανηγυριστῶν. Ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες, ἐπίτομόν τινα 3
ταύτην [s]) ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σο-
φιστὴς, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ
Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, λόγους ἔλεγον ἀεὶ
καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀφ᾽ ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ
ἐγίγνοντο. Καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους λέγω σοφιστὰς, 4
καὶ συγγραφέας, καὶ λογογράφους, ὅπου καὶ τὰ τελευταῖα
ταῦτα, καὶ Ἀετίωνα φασὶ τὸν ζωγράφον, συγγράψαντα [t])
τὸν Ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον, εἰς Ὀλυμπίαν καὶ αὐτὸν
ἀγαγόντα τὴν εἰκόνα [u]) ἐπιδείξασθαι, ὥςτε Προξενίδαν, Ἑλ-
λανοδίκην τότε ὄντα, ἡσθέντα τῇ τέχνῃ, γαμβρὸν ποιήσασθαι
τὸν Ἀετίωνα. Καὶ τί τὸ θαῦμα ἐνῆν τῇ γραφῇ αὐτοῦ, ἤρε- 5
τό [x]) τις, ὡς τὸν Ἑλλανοδίκην δι᾽ αὐτὸ οὐκ ἐπιχωρίῳ τῷ Ἀε-
τίωνι συνάψασθαι τῆς θυγατρὸς τὸν γάμον; ἔστιν ἡ εἰκὼν ἐν

r) ὑφ᾽ ἑνὸς] „ἀφ᾽ ἑνὸς male Fl." s) ταύτην] τοιαύτην 3011. minus bene, ut recte ait *Bel.* t) συγγράψαντα] γράψαντα *Solan.* u) τὴν εἰκόνα] absunt a Gorl. x) ἤρετο] „Sic J. Fl. B. 2. H. S." Sic et B. 1. A. 1. 2. *Solanus* tamen maluit ἤροιτο (ἔροιτο), *Belinus* vero: ἤρετό τις ἄν. At vid. Adnot.

le talem historiarum suarum fructum cepit, in uno conventu publicum quoddam et commune totius Graeciae suffragium qui ferret, ornareturque praeconio non ab uno sane praecone, sed in unaquaque urbe, unde singuli spectatorum essent. Quod quidem postea considerantes, hanc nempe compendiariam quandam ad notitiam hominum viam, Hippias ex ipsa illa *Elidis* regione Sophista, et Ceus Prodicus, et Anaximenes Chius, et Agrigentinus Polus, et frequentes alii, semper verba et ipsi fecerunt ad concilium, unde nobiles brevi *tempore* facti sunt. Et quid tibi antiquos illos Sophistas dico, et historicos, et rhetoras, cum nuper adeo etiam Aëtion pictor dicatur, depictis *a se* Roxanes et Alexandri nuptiis, Olympiam et ipse deportatam eam tabulam ostendisse, *successu eo,* ut Proxenidas, judex certaminis qui tum esset, delectatus arte generum sibi Aëtionem assumeret. Et quid in pictura ipsius mirum inerat, roget aliquis, ut arbiter certaminum propter

p. 835. Ἰταλίᾳ, κἀγὼ εἶδον, ὥςτε καὶ σοὶ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. Θάλαμός ἐστι περικαλλὴς, καὶ κλίνη νυμφική· καὶ ἡ Ῥωξάνη κάθηται πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, ἐς γῆν ὁρῶσα, αἰδουμένη [y]) ἑστῶτα τὸν Ἀλέξανδρον. ἔρωτες δέ τινες μειδιῶντες, ὁ μὲν κατόπιν ἐφεστὼς, ἀπάγει τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν, καὶ δείκνυσι τῷ νυμφίῳ τὴν Ῥωξάνην. ὁ δέ τις, μάλα δουλικῶς ἀφαιρεῖ τὸ σανδάλιον ἐκ τοῦ ποδὸς, ὡς κατακλίνοιτο ἤδη. ἄλλος τῆς χλανίδος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπειλημμένος ἔρως, καὶ οὗτος ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν Ῥωξάνην, πάνυ βιαίως ἐπισπώμενος. ὁ βασιλεὺς δὲ, αὐτὸς μὲν στέφανόν τινα ὀρέγει τῇ παιδί. πάροχος δὲ καὶ νυμφαγωγὸς Ἡφαιστίων συμπαρέστη [z]), δᾷδα καιομένην ἔχων, μειρακίῳ πάνυ ὡραίῳ ἐπερειδόμενος. Ὑμέναιος, οἶμαι, ἐστιν. οὐ γὰρ ἐπεγέγραπτο τοὔνομα. ἑτέρωθι δὲ τῆς εἰκόνος, ἄλλοι ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου· δύο μὲν τὴν λόγχην αὐτοῦ φέροντες, μιμούμενοι τοὺς ἀχθοφόρους, ὁπότε δοκὸν φέροντες βαροῖντο [a]). ἄλλοι δὲ δύο, ἕνα

y) *αἰδουμένη*] ὡς ἂν αἰδουμένη conj. *Jacobs.* bellus ingenii lusus, ob posteriores vocis praecedentis ὁρῶσα literas. Mihi quidem sana videntur, quae vulgata sunt. z) *συμπαρέστη*] συμπάρεστι conj. *Seager.* Class. Journ. Fasc. XIII. p. 73. quorsum, non video. Imo quod *stetit* Hephaestion, Hymenaeo innixus, aptius duco hujus tabulae indoli. a) *βαροῖντο*]

illud Aetioni, non civi, nuptias filiae conciliaret? Est illa (*tabula*) in Italia, et ipse eam vidi, ut etiam narrare tibi possim. Thalamus est pulcherrimus, et lectus nuptialis: et assidet Roxane virgo undique pulcherrima, humi defixos habens oculos, pudore adstantis Alexandri. Cupidines autem quidam renidentes, alter quidem a tergo imminens, reducit a capite flammeum, ostenditque Roxanen sponso. Alius autem aliquis verniliter sane demit pede sandalium, ut jam recumbat. Cupido alius laena prehensum Alexandrum trahit versus Roxanem, connixus validissime. Rex autem ipse quidem coronam offert puellae. Comes autem et deductor sponsi Hephaestion una adstat, facem ardentem gerens, puero innixus formosissimo. Hymenaeus, puto, est; neque enim adscriptum est nomen. In altera autem tabulae parte, Cupidines alii lusus agunt in armis Alexandri, duo quidem hastam illius ferentes, bajulos imitati, cum trabem ferentes onere

τινὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κατακείμενον, βασιλέα δῆθεν καὶ αὐτὸν, p. 836.
σύρουσι, τῶν ὀχάνων τῆς ἀσπίδος ἐπειλημμένοι. εἷς δὲ b)
ἐς τὸν θώρακα ἐσελθὼν ὕπτιον κείμενον, λοχῶντι ἔοικεν, ὡς
φοβήσειεν αὐτοὺς, ὁπότε c) κατ' αὐτὸν γένοιντο σύροντες.
Οὐ παιδιὰ *) δὲ ἄλλως ταῦτά ἐστιν, οὐδὲ περιείργασται ἐν αὐ- 6
τοῖς ὁ Ἀετίων, ἀλλὰ δηλοῖ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τὸν ἐς τὰ πο-
λεμικὰ ἔρωτα, καὶ ὅτι ἅμα καὶ Ῥωξάνης ἤρα, καὶ τῶν ὅπλων
οὐκ ἐπελέληστο. πλὴν ἀλλ' ἥ γε εἰκὼν αὕτη καὶ ἄλλως γαμήλιόν
τι ἐπὶ τῆς ἀληθείας διεφάνη ἔχουσα, προμνηστευσαμένη d),
τῷ Ἀετίωνι τὴν τοῦ Προξενίδου θυγατέρα. καὶ ἀπῆλθε γήμας
καὶ αὐτὸς, πάρεργον τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων, ὑπὸ νυμφαγω-
γῷ τῷ βασιλεῖ, μισθὸν εἰκασμένου γάμου, προςλαβὼν ἀληθῆ
γάμον. Ἡρόδοτος μὲν οὖν (ἐπάνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον) ἱκανὴν 7
τῶν Ὀλυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ συγγραφέα θαυμα-
στὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς [νίκας e)] διεξιόντα,

βαρύνονται *Bel.* mirae audaciae ejusdemque ignorantiae conjectura. Cf. not. c) b) εἷς δὲ] εἷς δὲ δὴ 2954. c) ὁπότε] ὁπότ' ἂν *Bel.* conj. Vid. Adnot. *) παιδιὰ] παιδία *Reitz.* casu, quem emendarunt recentt. et ipse jam *Reitz.* in Addend. d) προμνηστευσαμένη] προμνησαμένη 3011. mendose. e) νίκας] ,,deest in Edd. omnibus. Neque Cod.

pandantur. Alii autem duo, unum in clypeo jacentem, regem nempe ipsum quoque, *tanquam in curru* trahunt, comprehensis clypei ansis. Unus autem in loricam, quae supina jacet, ingressus, insidianti similis est, qui perterreat illos, si forte inter trahendum ad se deferantur. Caeterum non lusus ista sunt, neque temere in illis operam abusus est Aëtion, sed indicant amorem Alexandri etiam adversus res bellicas, eumque, cum Roxanem amaret, armorum non esse oblitum. Caeterum ipsa quoque tabula haec nuptiale quiddam revera habere apparuit, nempe quae conciliaverit Aëtioni Proxenidae filiam: discessitque *pictor*, nuptiis et ipse celebratis, quae parergon essent, *et appendicula quasi* nuptiarum Alexandri; conciliatore atque deductore sponsae ipso rege, mercedis assimilatarum nuptiarum corollarium nactus veras nuptias. Herodotus igitur (ad hunc enim redeo) aptum judicabat Olympiorum concilium, quod etiam historicum admirabilem redderet Graecis, qui quidem ita, ut ab ipso factum est,

p. 837. ὡς ἐκεῖνος διεξῆλθεν. ἐγὼ δὲ, καὶ, πρὸς Φιλίου, μή με κορυβαντιᾷν ὑπολάβητε, μηδὲ τἀμὰ εἰκάζειν τοῖς ἐκείνου· ἵλεως ὁ ἀνήρ· ἀλλὰ τοῦτό γε ὅμοιον παθεῖν φημι αὐτῷ. ὅτε γὰρ τοπρῶτον ἐπεδήμησα τῇ Μακεδονίᾳ, πρὸς ἐμαυτὸν ἐσκόπουν [f]), ὅ,τί [g]) μοι χρηστέον τῷ πράγματι. καὶ ὁ μὲν ἔρως οὗτος ἦν ἅπασι [h]) γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείστοις Μακεδόνων δεῖξαι τἀμά. τὸ δ' αὐτὸν περιϊόντα τηνικαῦτα τοῦ ἔτους ξυγγίγνεσθαι [i]) πόλει ἑκάστῃ, οὐκ εὐμαρὲς ἐφαίνετο. εἰ δὲ τηρήσαιμι τήνδε [k]) ὑμῶν τὴν σύνοδον, εἶτα παρελθὼν ἐς μέσον, δείξαιμι τὸν λόγον, ἐς δέον οὕτως ἀποβήσεσθαί μοι τὰ τῆς εὐχῆς.

8 Αὐτοί τε οὖν ἤδη συνεληλύθατε, ὅ,τί [l]) περ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως, αὐτὸ δὴ τὸ κεφάλαιον Μακεδόνων ἁπάντων·

memoratur, qui habeat." Supplevit *Th. Marc.* e conj. Sed *Guyet.* πράξεις. Vid. Adnot. Ceterum τὰς ἑλληνικὰς διέποντα exhibet 3011. sed καὶ θαυμαστὸν συγγραφέα δείξας τοῖς ἑλληνικὰς διεξιοῦσι 2954. quas lectiones *Belinus* recte judicat valde esse corruptas. f) ἐσκόπουν] Sic edere placuit e Gorl. pro vulg. ἐσκοπούμην. Vid. Adnot. g) ὅ,τι] ὅτι *Reitz.* et vett. Edd. Sed ὅ,τι rectius *Bip.* et *Schm.* dederunt e Cod. 2954. et 3011. Sic postea etiam conjecit *Seager.* Class. Journ. Fasc. XIII. p. 73. Pro χρηστέον in 3011. est πρακτέον, lectio prava, glossema haud ineptum. h) ἅπασι] ἅπασιν ὑμῖν 3011. *Belino* probante. Verum non necessarium hoc est additamentum. i) ξυγγίγνεσθαι] συγγένεσθαι (?) 3011. k) τήνδε] τὴν δὲ *Reitz.* et *Bip.* male. Correxerat *Schm.* praeeuntibus Edd. A. 1. 2. et B. 1. l) ὅ,τι] „ὅτι Edd. Sed correxi ex conjectura." Recte secuti sunt recentt.

[victorias] Graecas enarrasset. Ego vero, et per amicitiarum vos praesidem *Jovem obtestor*, ne insanire me putetis, aut mea illius scriptis comparare, sic vir ille mihi faveat! Ego *igitur* illud certe simile viri illius accidere mihi confirmo, *quod jam declarabo.* Cum enim primum in Macedoniam peregrinatum venissem, apud animum meum considerabam, quomodo me tractarem. Et cupiebam sane innotescere omnibus, et quam plurimis Macedonum, quid essem, ostendere: circuire autem ipsum, id anni, et cum civitate unaquaque agere, non facile videbatur: si vero hunc vestrum conventum observarem, ac tum progressus in medium dicendi facultatem ostenderem, sic *sperabam* votum mihi meum recte eventurum. Jam igitur et ipsi convenistis, quidquid in unaquaque civitate praestantissimum est, caput ipsum *et flos* omnium Macedonum:

καὶ ὑποδέχεται πόλις [m]) ἡ ἀρίστη οὖσα, οὐ κατὰ Πίσαν, μὰ p. 837.
Δί', οὐδὲ τὴν ἐκεῖθι στενοχωρίαν, καὶ σκηνὰς, καὶ καλύβας,
καὶ πνῖγος. οἵ τε αὖ πανηγυρισταὶ, οὐ συρφετώδης ὄχλος,
ἀθλητῶν δὲ [n]) μᾶλλον φιλοθεάμονες, ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ
τὸν Ἡρόδοτον τιθέμενοι, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων
καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατοι· ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη [o]), μὴ τοὐ- p. 838.
μὸν παραπολὺ ἐνδεέστερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων. ἀλλ' ἢν
μὲν ὑμεῖς Πολυδάμαντι, ἢ Γλαύκῳ, ἢ Μίλωνι παραθεωρῆ-
τέ [p]) με, κομιδῇ ὑμῖν δόξω θρασὺς ἄνθρωπος εἶναι. ἢν δὲ
πολὺ ἐκείνων ἀπαγαγόντες τὴν μνήμην, ἐφ' αὐτοῦ [q]) μόνον
ἀποδύσαντες ἴδητε, τάχ' ἂν οὐ πάνυ μαστιγώσιμος ὑμῖν δό-
ξαιμι, ὥς ἔν γε τηλικούτῳ σταδίῳ, ἱκανὸν ἔμοιγ' οὖν καὶ τοῦτο.

m) ὑποδέχεται πόλις] δέχονται αἱ πόλεις 5011. mendose. n) δὲ] „abest a Fl. adest in J. H. Par. etc." o) ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη] „ὡς οὐ μ. ἤδη *Pell.* Sed vulg. servant J. Fl. Par. Vid. Dial. seq. c. 3." Ὅσον οὐ μικρὸν δέος *Bel.* δέος οὖν οὐ μικρὸν ἤδη *Jacobs.* et *Seager.* Vid. Adnot. p) παραθεωρῆτε] „π . . . . εἶτε *Th. M.* παραθεωρῇτε B. 2. (et 1.) cum jota subscripto. Ceterae vulgatum tuentur." q) ἐφ' αὑτοῦ] „ἐπ' ἐμαυτοῦ] Sic L. ἐφ' αὑτοῦ J. Fl. H. ἐφ' αὐτοῦ male Par. H. S. Amst. ἐπ' αὐτοῦ not. *Gronov.* Ἐπ' ἐμοῦ mallet *Reitz.* frustra: veram lectionem etiam A. 1. 2. et B. 1. exhibent. Vid. Adnot.

et suscepit vos urbs praestantissima, non illa Pisae similis, per Jovem, neque angustiis illis, et tabernaculis, et casis, et aestui. Porro qui huc convenere, non faex populi, athletarum spectacula praeferentes plerique, et obiter tantum audiendum putantes Herodotum; sed Rhetorum, et Historicorum, et Sophistarum probatissimi. Ferme parum jam *laboro*, ne mea haec conditio multum inferior videatur Olympiis. Verum si quidem ad Polydamantem *aliquem*, aut Glaucum, aut Milonem me inter spectandum comparaveritis, oppido vobis audax videbor homo esse. Sin vero memoria longe ab illis abducta, per me solum me exutum spectaveritis, forte non omnino flagris dignus vobis videar, in tali quidem stadio: satis mihi quidem et hoc fuerit.

p. 838. ## ΖΕΥΞΙΣ Η ΑΝΤΙΟΧΟΣ.

Argum. In scriptis Luciani quum auditores unice ac praecipue argumentorum novitatem et insolentiam laudibus extulissent, hoc sibi nunc *Zeuxidis* pictoris et *Antiochi* Soteris exemplis ostendit minus placere posse, quum aliae, eaeque majores, et digniores, artis virtutes sic vel minoris aestimari, vel prorsus ipsi abjudicari, videantur. Eandem judicii iniquitatem paullo gravius deprecatur auctor Prometh. in Verbb. capp. 3. et 4. qui locus cum hac προςλαλιᾷ conferri meretur.

1 Ἔναγχος ἐγὼ μὲν ὑμῖν δείξας τὸν λόγον, ἀπήειν οἴκαδε. προςιόντες δέ μοι τῶν ἀκηκοότων πολλοὶ, (κωλύει γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς φίλους ἤδη ὄντας ὑμᾶς λέγειν)
p. 839. προςιόντες οὖν ἐδεξιοῦντο, καὶ θαυμάζουσιν ἐῴκεσαν. ἐπιπολὺ γοῦν παρομαρτοῦντες, ἄλλος ἄλλοθεν ἐβόων, καὶ ἐπῄνουν, ἄχρι τοῦ [a]) καὶ ἐρυθριᾶν με, μὴ ἄρα πάμπολυ τῆς ἀξίας τῶν ἐπαίνων ἀπολειποίμην. τὸ δ' οὖν κεφάλαιον αὐτοῖς τοῦτο ἦν,

a) ἄχρι τοῦ] Sic edidi pro vulg. ἄχρι που, facile cedens monitis *F. Jacobsii* et *Schaeferi* ad *L. Bos* p. 742. Cf. Herodot. s. Aët. c. 1. extr.

ZEUXIS VEL ANTIOCHUS.

Nuper cum dicendi vobis facultatem, *recitata oratione*, ostendissem, domum abibam. Accedentes vero ad me auditorum multi, (nihil enim, puto, prohibet talia quoque apud vos amicos jam meos dicere) accedentes igitur complectebantur me, et admirationem prae se ferebant. Multum enim prosecuti aliunde alius clamare, et laudare, adeo ut erubescerem, *veritus*, ne nimis multum a dignitate laudum illarum abessem. Caput autem, et *summa laudis* haec illis erat, omnesque

καὶ πάντες ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπεσημαίνοντο, τὴν γνώμην τῶν p. 839.
συγγραμμάτων ξένην οὖσαν, καὶ πολὺν ἐν αὐτῇ τὸν νεωτερισμόν. μᾶλλον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἄμεινον, ἅπερ ἐκεῖνοι ἀπεφθέγγοντο· ὢ τῆς καινότητος! Ἡράκλεις [b]), τῆς παραδοξολογίας! εὐμήχανος ἄνθρωπος. οὐδὲν ἄν τις εἴποι τῆς ἐπινοίας νεαρώτερον. οἱ μὲν τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον, ὡς ἐκεκίνηντο δηλαδὴ ὑπὸ τῆς ἀκροάσεως. ἢ τίνα γὰρ ἂν αἰτίαν εἶχον ψεύδεσθαι καὶ κολακεύειν τὰ τοιαῦτα, ξένον ἄνθρωπον, οὐ πάνυ πολλῆς αὐτοῖς φροντίδος ἄξιον τὰ ἄλλα; Πλὴν ἐμέ γε (εἰρήσεται γὰρ) 2
οὐ μετρίως ἠνία ὁ ἔπαινος αὐτῶν. καὶ ἐπειδή ποτε ἀπελθόντων κατ' ἐμαυτὸν ἐγενόμην, ἐκεῖνα [c]) ἐνενόουν· οὐκοῦν τοῦ- p. 840.
το μόνον χαρίεν τοῖς ἐμοῖς ἔνεστιν, ὅτι μὴ συνήθη, μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βαδίζοι [d]) τοῖς ἄλλοις, ὀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν

b) Ἡράκλεις] a *Reitz.* et recentt. cum praecedenti exclamatione jungebatur. Ego consultius duxi, praeeuntibus Edd. A. 1. 2. et B. 1. (dubie B. 3. comma et ante, et post, hanc vocem habet) et consentiente versione Latina, cum sequentibus nectere. Semper enim, quod sciam, apud nostrum quidem scriptorem, exclamationi ipsi hoc nomen praeponi solet. Vid. Somn. c. 17. in. Nigr. c. 1. Necyom. c. 14. De Merc. Cond. c. 8. e. a. l. c) ἐκεῖνα] vulgo deficiens cum *Schm.* inserui e cod. 2954. suadente etiam *Belino.* d) βαδίζοι] „Sic J. Fl. H. Par. βαδίζει B. 2." Sic et B. 3. et Cod. 2954. Sed βαδίζοι tuentur etiam A. 1. 2. et B. 1. idque recte, quamquam *Belinus* hunc Optativum pro Soloecismo habet, et *Schmiederus*, hcc secutus judicium, Indicativum praetulit; nam obliqua est enuntiatio, cui Optativum convenire constat.

unum et idem acclamabant, consilium scriptionum insolitum esse, et multum in illo novatum. Quin praestat ipsa illa *verba* commemorare, quae isti protulere: *Vah novitatem! Admirabilis Hercles oratio! hominem ad inveniendum agilem! Nihil quisquam dixerit cogitatis illis magis novum.* Atque illi quidem talia multa dicere, prout nimirum ab auditione moverentur: quam alioqui mentiendi caussam habuissent, et eo modo adulandi peregrino homini, nec de caetero ad curam illorum magnopere pertinenti? At me (dicetur enim) ista laus eorum non mediocri afficiebat molestia, et cum tandem post illorum discessum solus essem, ita cogitabam: Ergo illud solum jucundum meis scriptis inest, quod usitata non sunt, neque communi *quasi* cum reliquis vestigio incedunt: a nominibus autem

p. 840. ἐν αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκειμένων, ἢ νοῦ ὀξέος, ἢ περινοίας τινὸς, ἢ χάριτος Ἀττικῆς, ἢ ἁρμονίας, ἢ τέχνης τῆς ἐφ' ἅπασι, τούτων δὲ [e]) πόῤῥω ἴσως τοὐμόν· οὐ γὰρ ἂν παρέντες αὐτὰ ἐκεῖνα, ἐπῄνουν μόνον τὸ καινὸν τῆς προαιρέσεως, καὶ ξενίζον· ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος ᾤμην, ὁπότε ἀναπηδῶντες [f]) ἐπαινοῖεν [g]), τάχα μέντοι καὶ αὐτὸ τοῦτο [h]) προσάγεσθαι [i]) αὐτούς· ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ τοῦ Ὁμήρου, (Hom. Od. 1, 351.) καὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν τοῖς ἀκούουσιν· οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, οὔτε ὅλον τῇ καινότητι νέμειν [k]) ἠξίουν, ἀλλὰ τὴν μὲν, ὥσπερ ἐν προσθήκης μοίρᾳ, συνεπικοσμεῖν τι, καὶ πρὸς τὸν ἔπαινον συντελεῖν καὶ αὐτήν. τὰ δὲ τῷ ὄντι ἐπαινούμενα, καὶ ὑπὸ τῶν ἀκουόντων εὐφημούμενα, ἐκεῖνα εἶναι· ὥστε οὐ μετρίως ἐπήρμην, καὶ ἐκινδύνευον πιστεύειν αὐτοῖς,

e) δὲ] Mallem δὴ, in Epanalepsi, ut Diall. Marr. XIV, 2. ἡ Ἀθηνᾶ μὲν — — — ἡ Ἀθηνᾶ δὴ etc. et saepius. Confusas has particulas vid. e. g. De Merc. Cond. c. 36. in. Cf. Hermot. c. 53. f) ἀναπηδῶντες] ἀναπιδῶντες B. 3. Jotacismi culpa. g) ἐπαινοῖεν] ἐπῄνουν conj. *Belin.* non minus temere, quam supra Herodot. c. 5. h) αὐτὸ τοῦτο] „αὐτῷ τούτῳ Fl. Sed vulgatam exhibent J. H. Par. et Cod. P.." Nec non Ald. 1. 2. et B. 1. 3. i) προσάγεσθαι] προάγεσθαι 2954. k) νέμειν] „Sic recte Edd. octo. Sola *Junt.* male νέμην."

in iisdem pulchris, et ad antiquam regulam compositis, aut sensu acuto, aut excogitandi solertia, aut venustate Attica, aut compositione *ac numero*, aut quodam in his omnibus artificio, ab his, inquam, longe forte ratio mea remota. Neque enim, *nisi hoc ita se haberet,* relictis illis ipsis, solam laudarent novitatem rationis nostrae ac peregrinitatem. At vanus ego *spei,* putaram, cum ad laudandum consurgerent, forte quidem hoc ipsum etiam eos allecturum esse, cum verum sit Homericum illud, *novam cantilenam jucundam esse audientibus;* ast non eo usque: neque censebam futurum, omnia novitati ut tribuerent; verum hanc quidem, corollarii cujusdam instar, ornamenti allaturam aliquid, et laudi ipsam quoque *nonnihil* collaturam; ea vero, quae serio ac solide laudarentur, quaeque secunda audientium fama exciperentur, ista esse, *quae modo commemoravi.* Itaque non mediocriter jam elatus fueram, et prope fuerat, ut crederem

ἕνα καὶ μόνον ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἶναι λέγουσι· καὶ τὰ τοιαῦτα· p. 840.
τὸ δὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄνθρακες ἡμῶν ὁ θησαυρὸς ἦσαν,
καὶ ὀλίγου δέω θαυματοποιοῦ τινος ἔπαινον ἐπαινεῖσθαι πρὸς
αὐτῶν. Ἐθέλω γοῦν ὑμῖν καὶ τὸ τοῦ γραφέως διηγήσασθαι. 3
ὁ Ζεῦξις ἐκεῖνος ἄριστος γραφέων γενόμενος, τὰ δημώδη [l])
καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα οὐκ ἔγραφεν, ἢ ὅσα πάνυ ὀλίγα, ἥρωας p. 841.
ἢ θεοὺς, ἢ πολέμους, ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐπειρᾶτο, καί τι ἀλλόκοτον ἂν καὶ ξένον ἐπινοήσας, ἐπ᾽ ἐκείνῳ [m]) τὴν ἀκρίβειαν τῆς τέχνης ἐπεδείκνυτο· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τολμήμασι [n]), καὶ θήλειαν Ἱπποκένταυρον [o]) ὁ Ζεῦξις αὐτὸς [p]) ἐποίησεν, ἀνατρέφουσάν γε προσέτι παιδίω Ἱπποκενταύρω διδύμω, κομιδῆ νηπίω. τῆς εἰκόνος ταύτης ἀντίγραφός [q]) ἐστι νῦν Ἀθήνησι, πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ μετενηνεγμένη [r]). τὸ ἀρχέτυπον δ᾽ αὐτὸ Σύλλας [s]) ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐλέγετο

l) *τὰ δημώδη*] „*τὰ μὲν δημ.* Bodl. Deinceps vero ibidem ante *κοινὰ* omissus articulus; mox etiam desunt verba *ἥρωας — πολέμους*. m) *ἐπ᾽ ἐκείνῳ*] *ἐπεκεῖνο* Bodl. Modo ibid. mutato ordine *καί τι ξένον καὶ ἀλλ.* et mox *τὴν τῆς τέχνης ἀκρ.* n) *ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τολμήμασι*] desunt in Bodl. et quae sequuntur, sic habent: *θηλείαν οὖν*, pro consilio quidem istius scholiastae. o) *Ἱπποκένταυρον*] *ἵππον κένταυρον* Bodl. Mox tamen *ἱπποκενταύρω*. p) *αὐτὸς*] „Sic habere J. H. Fl. notat *Solanus*. Quid tum? Habent sic et aliae.“ Omisit tamen Bodl. cujus auctoritas hic quidem nihil decernit. q) *ἀντίγραφος*] *ἀντίγραφον* Bodl. r) *μετενηνεγμένη*] *μετενηνεγμένῃ* cum jota subscr. B. 1. et 3. omnino deest in Bodl. s) *αὐτὸ Σύλλας*] *ἀσύλας* Bodl.

illis, cum unum et solum me in Graecis esse dicerent, atque id genus alia. Verum enimvero in carbones, quod est in proverbio, thesaurus noster abiit, et parum abest, quin praestigiatoris circumforanei laude ab illis affectus sim. Volo igitur illud etiam de pictore vobis narrare. Zeuxis ille pictorum praestantissimus, popularia ista et communia non pingebat, aut admodum certe pauca, Heroas *puta*, aut Deos, aut pugnas; sed novum quiddam proferre semper tentabat. Et si quid insolens aut peregrinum excogitasset, in eo *demum vim et* accurationem artis summam ostendebat. Inter reliqua ausa, Centaurum etiam feminam Zeuxis idem pinxit, lactantem adhuc pueros Centauros gemellos, admodum infantes. Tabulae hujus exemplum nunc est Athenis, exacta regula inde translatum. Ipsum ve-

p. 841. μετὰ τῶν ἄλλων [t]) εἰς Ἰταλίαν πεπομφέναι· εἶτα περὶ Μαλέαν [u]), οἶμαι, καταδύσης τῆς ὁλκάδος, ἀπολέσθαι ἅπαντα [x]), καὶ τὴν γραφήν. πλὴν ἀλλὰ τήν γε εἰκόνα τῆς εἰκόνος εἶδον, καὶ αὐτὸς ὑμῖν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δείξω τῷ λόγῳ, οὐ, μὰ τὸν Δία, γραφικός τις ὢν, ἀλλὰ πάνυ μέμνημαι, οὐ πρὸ πολλοῦ ἰδὼν ἔν τινος [y]) τῶν γραφέων Ἀθήνῃσι. καὶ τὸ ὑπερθαυμάσαι τότε τὴν τέχνην, τάχ' ἂν μοι καὶ νῦν πρὸς τὸ σα-
4 φέστερον δηλῶσαι συναγωνίσαιτο. Ἐπὶ χλόης εὐθαλοῦς ἡ Κένταυρος αὕτη πεποίηται, ὅλῃ μὲν τῇ ἵππῳ [z]) χαμαὶ κειμένη, καὶ ἀποτέτανται εἰς τοὐπίσω οἱ πόδες· τὸ δὲ γυναικεῖον [a]) ὅσον αὐτῆς, ἠρέμα ἐπήγερται [b]), καὶ ἐπ' ἀγκῶνός ἐστιν· οἱ δὲ πόδες οἱ ἔμπροσθεν, οὐκ ἔτι καὶ οὗτοι [c]) ἀποτάδην, οἷον ἐπὶ πλευρὰν [d]) κειμένης· ἀλλ' ὁ μὲν ὀκλάζοντι ἔοικεν, ὧν [e])

turpissime corruptum: modo ibid. τὸ γὰρ ἀρχέτυπον. t) μετὰ τῶν ἄλλων] σκύλων ex suo addidit Schol. Bodl. ac deinde πεπομφέναι in ἀπέστειλεν mutavit. u) Μαλέαν] μελαίαν Bodl. Deinde, omisso, ut par erat, οἶμαι, scriptum ibi καταδύσει. x) ἅπαντα] πάντα Bodl. Quae sequuntur: πλὴν ἀλλὰ usque ad συναγωνίσαιτο omisit ille, tanquam a persona sua aliena. Sed pro iis scripsit: μόλις δὲ γράφουσι καλλίμαχος καὶ καλαισης τὴν εἰκόνα τῆς εἰκόνος οὕτως. Vid. Adnot. y) ἔν τινος] Ita scripsi e vett. Edd. ἐν τινὸς *Reitz.* et recentt. z) Ἐπὶ χλόης — τῇ ἵππῳ] ἐπὶ χλοῆς εὐθαλοῦς ἢ κενταῦρος· αὕτη πεποίηται ὅλη μὲν τη ἱππιω, admodum vitiose Bodl. a) γυναικεῖον] γυναικιον Bodl. sine accentu. b) ἐπήγερται] ἐπεγείγερται Bodl. et deinde ἐπαγκόνος una voce. c) οὗτοι] αὐτοὶ Bodl. d) ἐπὶ πλευρὰν] ἐπιπλευρον Bodl. e) ὧν] „Sic Edd. plurimae et P. Cod. Sed

ro archetypum Sylla Romanorum imperator dicebatur cum aliis in Italiam misisse, deinde circa Malean, puto, submersa navi perisse omnia, et ipsam adeo picturam. Verum imaginem certe imaginis vidi, et ipse eam vobis, quantum ejus potero, ostendam; non profecto, ut qui picturae peritus sim, verum *quod* plane memini, qui haud ita pridem in pictoris cujusdam *pergula* Athenis *eam* viderim: et vehemens tum artis admiratio forte me nunc etiam in ea evidentius declaranda juverit. In viridi molliter gramine Centaurus haec facta est, qua quidem equa est, humi tota cubans extentis retrorsum pedibus; quantum autem illius muliebre est, sensim attollitur nixum cubito: anteriores vero pedes non jam ipsi quoque porrecti, tanquam jacentis in latus *Centauri*, sed alter quidem geniculan-

καμπύλος [f]) ὑπεσταλμένῃ τῇ ὁπλῇ, ὁ δὲ ἔμπαλιν ἐπανίστα- p. 841.
ται [g]), καὶ τοῦ ἐδάφους [h]) ἀντιλαμβάνεται, οἷοί εἰσιν [i]) ἵπ- p. 842.
ποι, πειρώμενοι ἀναπηδᾶν. τοῖν νεογνοῖν δὲ, τὸ μὲν ἄνω [k])
ἔχει αὐτὴ ἐν ταῖς ἀγκάλαις, καὶ τρέφει ἀνθρωπικῶς, ἐπέχουσα
τὸν γυναικεῖον μαστόν· τὸ δ' [l]) ἕτερον, ἐκ τῆς ἵππου θηλά-
ζει, ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον· ἄνω δὲ τῆς εἰκόνος, οἷον ἀπό
τινος σκοπῆς [m]) Ἱπποκένταυρός τις [n]), ἀνὴρ ἐκείνης δηλαδὴ
τῆς τὰ βρέφη ἀμφοτέρωθεν τιθηνουμένης, ἐπικύπτει γελῶν,
οὐχ ὅλος [o]) φαινόμενος, ἀλλ' ἐς μέσον τὸν ἵππον [p]), λέοντος
σκύμνον ἀνέχων [q]) τῇ δεξιᾷ, καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν αἰωρῶν [r]), ὡς
δεδίξαιτο [s]) σὺν παιδιᾷ [t]) τὰ βρέφη. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῆς

ὁ Fl. sola." Abest omnino a Bodl. f) *καμπύλος*] „καμπόλος credo fuisse in J. Sed ex aliis Edd. correxerat *Solanus*." g) *ἐπανίσταται*] „ἐμπανίστ. Par. male." *Πάλιν* Bodl. pro *ἔμπαλιν*. h) *τοῦ ἐδάφους*] *τουδάφους* Bodl. recte, opinor. i) *οἷοί εἰσιν*] „οἷ — όν εἰσιν J. Fl. Sed saepe hae ejusmodi voces sic dividunt, quod ubique annotare non est opus; nam mox iterum sic occurrit." *Οἷον* Edd. omnes, tum vett. tum recentt. Sed *οἷοι* recepimus e Bodl., qui deinceps et *οἱ ἵπποι*, immisso articulo. k) *ἄνω*] abest a Bodl. nec non *αὐτή*. l) *δ'*] *δὲ* Bodl. et mox *εἰς* pro *ἐς*. m) *σκοπῆς*] „Nihil variare Edd. optimas hic notat *Solanus*." *Ἀπό τινος* Edd. vett. et Bodl. Cod. Sed *ἀπὸ τινὸς* *R...z.* et recentt. Ceterum in Bodl. est *οἷον ὡς*. n) *τις*] deest in Bodl. o) *ὅλος*] „Sic Edd. octo. Sola J. *ὅλως*." *Οὐχόλος* una voce Bodl. p) *τὸν ἵππον*] desunt in Bodl. q) *ἀνέχων*] „*ἀνέχον* J." *ἔχων* Bodl. qui propterea etiam *ἐν τῇ δεξιᾷ*. r) *καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν αἰωρῶν*] Desunt haec in Bodl. s) *δεδίξαιτο*] „*δειδίξαιτο* *Forst*. Nihil mutant Edd." Praeter B. 1. quae *δεδίξατο*, mendose. Nec minus mendose Bodl. *δὲ δείξαιτο*. t) *σὺν παιδιᾷ*] desunt in Bodl.

ti similis, incurvatus subducta ungula; sed alter contra insurgit, humique nititur, quales sunt equi, exsilire dum conantur. Parvorum vero alterum quidem supra ipsa tenet ulnis, et humano more lactat, muliebrem illi mammam praebens: at alterum ex equina parte subrumat, more pulli. In suprema vero tabulae parte, quasi e specula quadam Centaurus aliquis, illius scilicet parvos suos utrinque nutrientis maritus, despicit ridens, non totus conspicuus, sed ad medium usque equum, leonis catulum dextra ostentans et supra se extollens, quasi per lusum terrere velit parvulos. Reliquas igitur picturae dotes, in quantum nobis, ejus artis rudibus, non satis apparent, cum tamen

p. 842. γραφῆς, ἐφ' u) ὅσα τοῖς ἰδιώταις ἡμῖν οὐ πάντη ἐμφανῆ ὄν-
τα, τὴν x) ὅλην ὅμως ἔχει δύναμιν τῆς τέχνης, οἷον τὸ ἀπο-
τεῖναι τὰς γραμμὰς ἐς τὸ εὐθύτατον, καὶ τῶν χρωμάτων ἀκρι-
βῆ τὴν κρᾶσιν y), καὶ εὔκαιρον τὴν ἐπιβολὴν ποιήσασθαι, καὶ
σκιάσαι ἐς δέον, καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ τὴν τῶν με-
ρῶν z) πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα, καὶ ἁρμονίαν, γραφέων παῖδες
p. 843. ἐπαινούντων, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δὲ τοῦ Ζεύξι-
δος ἐκεῖνο μάλιστα ἐπήνεσα, ὅτι a) ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑπο-
θέσει ποικίλως τὸ περιττὸν ἐπεδείξατο τῆς τέχνης b), τὸν μὲν
ἄνδρα ποιήσας πάντη φοβερὸν, καὶ κομιδῇ ἄγριον, σοβαρὸν
τῇ χαίτῃ, λάσιον τὰ πολλὰ, οὐ κατὰ τὸν ἵππον αὐτοῦ μόνον,
ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ἐξάρας αὐτοῦ c)
τοὺς ὤμους ἐπὶ πλεῖστον, τὸ βλέμμα, καίτοι γελῶντος, θη-
ριῶδες ὅλον, καὶ ὀρειόν τι, καὶ ἀνήμερον. Τοιοῦτον μὲν ἐκεῖ-
6 νον· τὴν d) θήλειαν δὲ, ἵππου γε τῆς καλλίστης, οἷαι μάλι-

u) ἐφ'] deleri voluit *Solanus* sine idonea caussa. x) τὴν] εἰ τὴν conj. *Bel.* temere. Vid. Adnot. y) κρᾶσιν] κράσιν falso accentu omnes priores Edd. Recte eaedem in Bis Accus. c. 33. z) μερῶν] „μέρων sola J. Ceterae μέτρων male. Μέρων Ms. Gr. P. et L.“ a) ἐγὼ δὲ — ὅτι] Pro his Schol. Bodl. scripsit: τὸ δὲ θαυμαστὸν τοῦ ζεύξιδος ὅτι etc. b) ὅτι ἐν μιᾷ — τῆς τέχνης] ὅτι τὸ ποικίλον τῆς τέχνης ἐν μια ὑποθέσει ἐπεδείξατο Schol. Bodl. qui et deinceps sequentia admodum libere tradit, ut videre licet ex infra in Adnott. adjecto apographo. c) αὐτοῦ] „Sic Edd. J. Fl. Par. H. etc. αὐτῷ P. L. et marg. A. 1. W.“ d) τὴν] „ab-

totam artis vim contineant, velut illam linearum exquisitam directionem, et accuratam pigmentorum temperationem, et inductionem tempestivam, et umbrarum rationem, et proportionem magnitudinis, et mensuras (*partes*) integro aequabiliter respondentes, pictorum filii laudaverint, quorum opus est intelligere talia. Ego vero illud maxime Zeuxidis laudare soleo, quod in uno eodemque argumento varie divitias artis ostendit: qui virum quidem fecerit undique terribilem, et omnino ferum, crines superbe jactantem, hirsutum majori ex parte, non qua equus est modo, sed etiam altera parte humana, et *sub* humeris ejus quantum potest elatis; vultum, ridentis licet, ferinum totum et montanum atque minime mansuetum. Ita quidem illum: feminam vero, equae pulcherrimae, quales praeser-

στα αἱ Θετταλαί [e]) εἰσιν, ἀδμῆτες ἔτι, καὶ ἄβατοι [f])· τὸ δ' p. 843.
ἄνω [g]) ἡμίτομον γυναικὸς, πάγκαλον, ἔξω τῶν ὤτων [h])· ἐκεῖνα δὲ μόνα σατυρώδη ἐστὶν αὐτῇ· καὶ ἡ μίξις δὲ, καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθὸ [i]) συνάπτεται, καὶ συνδεῖται τῷ γυναικείῳ τὸ ἱππικὸν, ἠρέμα, καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα, p. 844.
καὶ ἐκ προσαγωγῆς τρεπομένη, λανθάνει τὴν ὄψιν ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ὑπαγομένη· τὸ νεογνὸν [k]) δὲ τὸ ἐν τῶν νηπίων [l]), ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερὸν, καὶ τοῦτο θαυμαστὸν, οἷον ἔδοξέ μοι, καὶ ὅτι παιδικῶς μάλα πρὸς τὸν σκύμνον τοῦ λέοντος ἀναβλέπουσι, μεταξὺ τῆς θηλῆς ἑκάτερος ἐπειλημμένοι ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενοι. Ταῦτα δ' οὖν ἐπι- 7
δειξάμενος ὁ Ζεῦξις, αὐτὸς μὲν ᾤετο ἐκπλήξειν τοὺς ὁρῶντας ἐπὶ τῇ τέχνῃ· οἱ δὲ αὐτίκα μὲν ἐβόων· ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίουν, καλλίστῳ θεάματι ἐντυγχάνοντες; ἐπῄνουν δὲ μάλιστα πάντες,

est a Fl. adest in J. H. Par." e) Θετταλαὶ] „Nil mutare Fl. notat *Solanus*. Quare? quia a θ. minuscula inchoabatur. Sed hoc sexcenties fieri in Edd. priscis, sciebat, in nonnullis semper." f) ἄβατοι] ἀνεπίβατοι Bodl. g) τὸ δ' ἄνω] τὸ δὲ ἄλλο 2954. h) τῶν ὤτων] τῶν νώτων ridicula aberratione Bodl. Omnino haec illic valde sunt depravata. i) καθὸ] καθ' ὃ 2954. k) τὸ νεογνὸν] „τῶν νεογνῶν.] Sic Codd. P. et L. Τὸ νεογνὸν Edd." l) ἓν τῶν νηπίων] „ἐν τῷ νηπίῳ *Gron*. Sed nihil mutant Edd." Vid. Adnot.

tim sunt Thessalae, nondum domitae, et sessorem nondum passae. Superior autem pars dimidia mulieris undique et ipsa pulcherrima, praeter aures: illae enim solae satyrorum instar illi sunt. Commistio vero et commissura corporum, ubi coagmentatur ac divincitur muliebri corpori equinum, sensim, non subito transiens, et accessu, *qui vix sentiatur*, conversa, visum fallit, ubi ex altero in alterum subit. Quod autem recens *uterque* partus in prima infantia tamen ferus, et in tenero jam est terribilis, id ipsum quoque mirabile, ut mihi videbatur; et quod pueriliter admodum ad leonis catulum respiciunt, mammae interea quisque suae arcte inhaerentes, et quam proxime matrem adsistentes. Haec itaque cum ostenderet Zeuxis, ipse quidem putabat futurum, ut artis admiratione percelleret spectatores. At illi statim quidem exclamarunt. Quid enim facerent aliud, ad pulcherrimum spectaculum admissi? Laudabant vero maxime omnes eadem,

p. 845. ἅπερ κἀμὲ πρώην ἐκεῖνοι, τῆς ἐπινοίας τὸ ξένον, καὶ τὴν γνώμην
τῆς γραφῆς ὡς νέαν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἠγνοημένην m) οὖ-
σαν· ὥστε ὁ Ζεῦξις συνεὶς, ὅτι αὐτοὺς ἀσχολεῖ ἡ ὑπόθεσις
καινὴ οὖσα, καὶ ἀπάγει τῆς τέχνης, ὡς ἐν παρέργῳ τίθεσθαι
τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων, ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ Μικκίων,
πρὸς τὸν μαθητὴν, περίβαλε ἤδη τὴν εἰκόνα, καὶ ἀράμενοι
ἀποκομίζετε οἴκαδε· οὗτοι γὰρ ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης
ἐπαινοῦσι, τῶν δ' n), ἐφ' ὅτῳ, εἰ o) καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ
τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖ τὴν
8 ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεως καινοτομία. Ὁ μὲν
οὖν Ζεῦξις οὕτως, ὀργιλώτερον ἴσως. Ἀντίοχος δὲ, ὁ Σωτὴρ
p. 846. ἐπικληθεὶς, καὶ οὗτος ὅμοιόν τι παθεῖν λέγεται ἐν τῇ πρὸς Γα-
λάτας μάχῃ. εἰ βούλεσθε, διηγήσομαι καὶ τοῦτο, ὁποῖον ἐγέ-
νετο. εἰδὼς γὰρ τούτους p) ἀλκίμους ὄντας, καὶ πλήθει παμ–

m) *ἠγνοημένην*] „Sic habere J. H. Fl. B. 2. notat *Solanus*. Sed et habent ita aliae." Cod. 2954. pro hac genuina voce exhibet *ἧττω ἔτι*. n) *τῶν δ'*] „*ἴσως τοῦ* L." Vid. Adnot. o) *ἐφ' ὅτῳ, εἰ*] „*ἐφ' ὅτῳ δεῖ, εἰ καλῶς* *Graev.* Sed nihil mutant Edd." Vid. Adnot. p) *εἰδὼς γὰρ τούτους*] Sic plane B. 3. Sed *εἰδὼς τούτους γὰρ* A. 1. 2. B. 1. colo tamen, ut in B. 3., ante *εἰδὼς* posito. Sic etiam Cod. 2954. praeterquam quod *τούτους*, narrante *Belino*, omissum; et sic, probante eodem *Belino*, edidit *Schm.* *Reitzius* vero, nescio, quo auctore, et quamobrem, post *εἰδὼς* demum graviter interpunxerat, *εἰδὼς* ad praecedentia referens; quem temere secuti *Bipp.* et *Belinus* quoque in versione. *Gesnerus*, ut par erat,

propter quae me nuper isti: inventionis novitatem, argumentum picturae recens, et superioribus ignotum. Itaque intelligens Zeuxis, occupari illos ab argumento novo, et ab arte *contemplanda* abduci, ut obiter modo exquisitam rerum curam considerent, *Age*, inquit ad suum discipulum, *Miccio, involve jam tabulam: vos sublatam domum referte. Isti enim lutum* artis nostrae *laudant: ejus autem, propter quod* debebat laudari, *si bene et ex arte se habet, non multam habent rationem; sed exquisitae circa opus ipsum artis laudem intercipit argumenti novitas.* Zeuxis igitur ita, justo ille forte iracundius. Antiocho autem, Soteri cognominato, simile quiddam usu venisse dicitur in pugna adversus Gallograecos. Si vultis, hoc quoque, ut factum sit, enarrabo. Cum sciret enim, hos viros fortes esse, et numero plurimos esse videret, et phalan–

πόλλους ὁρῶν, καὶ τὴν φάλαγγα καρτερῶς συναραρυῖαν, καὶ p. 846.
ἐπὶ μετώπου μὲν προασπίζοντας τοὺς χαλκοθώρακας αὐτῶν, ἐς
βάθος δὲ ἐπὶ τεττάρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους q) ὁπλίτας, ἐπὶ
κέρως δ' ἑκατέρωθεν τὴν ἵππον διςμυρίαν r) οὖσαν, ἐκ δὲ τοῦ
μέσου τὰ ἅρματα ἐκπηδήσεσθαι s) μέλλοντα δρεπανηφόρα ὀγ-
δοήκοντα, καὶ συνωρίδας ἐπ' αὐτοῖς δὶς τοςαύτας· ταῦτα ὁρῶν,
πάνυ πονηρὰς εἶχε τὰς ἐλπίδας, ὡς ἀμάχων ὄντων ἐκείνων
αὐτῷ t). ἐκεῖνος γὰρ δι' ὀλίγου u) τῆς στρατείας ἐκείνης πα-
ρασκευασθείσης, οὐ μεγαλωστὶ, οὐδὲ κατ' ἀξίαν τοῦ πολέμου
ἀφίκετο, κομιδῇ ὀλίγους ἄγων, καὶ τούτων πελταστικὸν τὸ
πολὺ, καὶ ψιλικόν. οἱ γυμνῆτες x) δὲ, ὑπὲρ ἥμισυ τῆς στρα-
τιᾶς ἦσαν· ὥςτε ἐδόκει αὐτῷ ἤδη σπένδεσθαι, καί τινα εὐπρε-
πῆ διάλυσιν εὑρίσκεσθαι τοῦ πολέμου. Ἀλλὰ Θεοδότας ὁ Ῥό- 9
διος, ἀνὴρ γενναῖος, καὶ τακτικῶν ἔμπειρος, οὐκ εἴα παρὼν
ἀθυμεῖν. καὶ ἦσαν γὰρ ἑκκαίδεκα ἐλέφαντες τῷ Ἀντιόχῳ· τού- p. 847.

secundum vett. Edd. vertit, *Wielandius* vero εἰδὼς prorsus omisit. q) τεταγμένους] τεταμένους minus bene 2954. r) διςμυρίαν] ,,δυςμυρίαν male J. H. B. 2. Fl. Par. Sed correxit S. Alioqui vel nulla Ed. praeeunte corrigendum fuisset.“ s) ἐκπηδήσεσθαι] ,,ἐπιβήσεσθαι P. et A. Codd. At vulgatam servat Cod. Fl. et ms. B. item Ed. Fl. J. H. Par. etc.“ t) αὐτῷ] ,,Sic P. Cod. αὐτῶν Edd. J. H. B. 2. Fl. Par. etc.“ u) δι' ὀλίγου] ,,Ita recte P. et marg. A. 1. W. δι' ὀλίγον Edd.“ x) γυμνῆτες] ,,Nihil variare Edd. adnotat *Solanus*.“

gem valide densam, et in fronte quidem tegentes primam aciem loricatos aere, introrsus vero et in versum stantes in acie vicenos quaternos armatos, cornua firmare utrinque viginti millium equitatum; e media acie prorupturos currus falcatos octoginta, et bigarum praeter hos alterum tantum: haec, inquam, videns, male sane de rebus suis speravit, qui invicta ista sibi putaret. Ipse enim, brevi tempore comparato illo exercitu, non magnifice, neque pro dignitate belli, veniebat, paucos oppido ducens, et in his peltastas plerosque et levis armaturae homines: velites autem ultra dimidiam exercitus partem erant. Itaque jam videbatur illi pacisci, et honestam belli dissolvendi rationem reperire. Verum Rhodius Theodotas, vir fortis et ordinandae aciei peritus, cum adesset, non passus est animum abjicere. Erant enim etiam sexdecim

p. 847. τους ἐκέλευσεν ὁ Θεοδότας τέως μὲν ἔχειν, ὡς οἷόν τε, κατακρύψαντας[y]), ὡς μὴ κατάδηλοι εἶεν ὑπερφαινόμενοι τοῦ στρατοῦ· ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ ὁ σαλπιγκτὴς, καὶ δέῃ συμπλέκεσθαι, καὶ εἰς χεῖρας ἰέναι, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν πολεμίων ἐπελαύνηται, καὶ τὰ ἅρματα οἱ Γαλάται, ἀνοίξαντες τὴν φάλαγγα, καὶ διαστήσαντες, ἐπαφῶσι, τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων, ἀπαντᾷν ἐφ' ἑκάτερα[z]) τοῖς ἱππεῦσι, τοὺς ὀκτὼ δὲ ἀντεπαφεῖναι τοῖς ἁρματηλάταις, καὶ συνωριασταῖς· εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, φοβηθήσονται αὐτῶν, ἔφη, οἱ ἵπποι, καὶ ἐς τοὺς Γαλάτας αὖθις ἐμπεσοῦνται φεύγοντες· καὶ οὕτως ἐγένετο. Οὐ γὰρ πρότερον ἰδόντες ἐλέφαντα οὔτε αὐτοὶ Γαλάται, οὔτε οἱ ἵπποι αὐτῶν, οὕτω πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἐταράχθησαν, ὥστε πόῤῥω ἔτι τῶν θηρίων ὄντων, ἐπεὶ μόνον τετριγότων[a]) ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀδόντας εἶδον ἀποστίλβοντας ἐπισημότερον, ὡς ἂν ἐκ μέλανος τοῦ παντὸς σώματος, καὶ τὰς προνομαίας ὡς ἐς ἁρπαγὴν ὑπεραιωρουμένας, πρὶν ἢ[b]) τὸ τόξευμα ἐξικνεῖ-
p. 848. σθαι, ἐκκλίναντες, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον· οἱ μὲν πεζοὶ,

y) κατακρύψαντας] „κατακρύψαντα P." z) ἑκάτερα] „ἑκατέροις P." Sic et 2954. a) τετριγότων] „*Delrio* τραχυτήτων. Sed nihil mutant J. Fl. H. Par. etc. b) πρὶν ἢ] „Sic habere J. Fl. H. et B. 2. notat *Solanus*."

Antiocho elephanti. Hos jussit Theodotas tum quidem, quantum ejus fieri posset, occultos habere, ne manifesti essent, ultra exercitum eminentes: ubi vero classicum cecinisset, et jam concurrendum esset, atque veniendum ad manus, invehereturque jam hostium equitatus, currusque suos Gallograeci aperta phalange et discedentes emitterent; tum quaternos elephantes singulis utrinque equitum alis occurrere, octo autem alios contra immitti curruum et bigarum agitatoribus. Hoc enim si fieret, terrebuntur, dicebat, illorum equi, et retro in ipsos Gallograecos fuga irruent. Idque ita factum. Cum enim nunquam elephantem neque ipsi Gallograeci, neque equi illorum vidissent: adeo ad inopinatum spectaculum perturbati sunt, ut cum longe adhuc abessent belluae, audito solo illorum barritu, et dentibus conspectis, tanto insignitius, ut e nigro usquequaque corpore, fulgentibus, et rostris tanquam ad rapinam sublatis; ante teli jactum, inclinati sine more modoque fugerent: ubi pedites qui-

περιπειρόμενοι ὑπ᾽ ἀλλήλων τοῖς δορατίοις, καὶ συμπατούμε- p. 848.
νοι ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὡς εἶχον, ἐμπεσόντων ἐπ᾽ αὐτοὺς, τὰ
ἅρματα δὲ, ἀναστρέψαντα καὶ ταῦτα ἔμπαλιν εἰς τοὺς οἰκείους
οὐκ ἀναιμωτὶ διεφέρετο ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ τοῦ Ὁμήρου,

— — δίφροι δ᾽ ἀνεκυμβαλίαζον. Hom. Il. XVI, 379.

οἱ ἵπποι δ᾽ ἐπείπερ ἅπαξ τῆς ἐς [c]) τὸ εὐθὺ ὁδοῦ ἀπετρέποντο,
οὐκ ἀνασχόμενοι τῶν ἐλεφάντων, τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόν-
τες [d])

Κείν᾽ ὄχεα κροτάλιζον, — — Ib. XI, 160.

τέμνοντες, νὴ Δία, καὶ διαιροῦντες τοῖς δρεπάνοις, εἴ τινας
τῶν φίλων καταβάλοιεν [e]). πολλοὶ δ᾽ ὡς ἐν ταράχῳ τοσούτῳ
κατεβάλλοντο [f])· εἵποντο δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες συμπατοῦντες,
καὶ συναναῤῥιπτοῦντες ἐς ὕψος ταῖς προνομαίαις, καὶ συναρ-
πάζοντες, καὶ τοῖς ὀδοῦσι περιπείροντες, καὶ τέλος, οὗτοι κα-
τὰ κράτος παραδιδόασι τῷ Ἀντιόχῳ τὴν νίκην. Οἱ Γαλάται 11
δὲ, οἱ μὲν, ἐτεθνήκεσαν, πολλοῦ τοῦ φόνου γενομένου, οἱ
δὲ, ζῶντες ἐλαμβάνοντο, πλὴν πάνυ ὀλίγοι [g]), ὁπόσοι ἔφθα- p. 849.

c) ἐς] „Sola S. omisit ἐς.“ d) ἀποβαλόντες] „Sic dedi ex Fl. B. 2. (nec non B. 1. et 3.) ἀποβάλλοντες Par. ἀποβαλλόντες male J. H. *Ald.* (1. et 2.) Fr. S.“ Ceterum voluerat *Reitz.* τούς τε ἐπιβάτας, perperam. e) καταβάλοιεν] καταλάβοιεν 2954. *Bel. Schm.* f) κατεβάλλοντο] „κατελαμβάνοντο Ms. B. Nihil mutant Edd.“ Recepit, *Belino* suffragante, *Schmiederus.* g) ὀλίγοι] „ὀλίγον sola margo A. 1. W.“

dem confixi mutuo suorum jaculis, et ab equitibus conculcati, qui toto impetu in illos ruerent; currus autem, relati et ipsi retro in suos, non sine sanguine inter ipsos differebantur, sed ut est apud Homerum,

— — *dederunt sonitumque ruinamque.*

Equi vero semel recta regione viarum excussi, cum ferre elephantos non possent, dejectis aurigis,

Currus cum strepitu vacuos raptant, — —

secantes, per Jovem, et lacerantes falcibus, si quos amicorum dejecissent; multi vero, ut in tanto tumultu, dejiciebantur. Insequebantur vero elephanti etiam, qui conculcarent, et rostris in altum jactarent *corpora*, et corriperent, et confoderent dentibus: et tandem hi suis viribus tradunt Antiocho victoriam. Gallograeci autem partim in praelio ceciderunt, magna caede facta, partim vivi capti sunt, praeter paucos oppi-

p. 849. σαν ἐς τὰ ὄρη ἀναφυγόντες· οἱ Μακεδόνες δὲ, ὅσοι σὺν Ἀν-
τιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνιζον [h])· καὶ προσιόντες ἄλλος ἀλλαχόθεν,
ἀνέδουν τὸν βασιλέα, καλλίνικον ἀναβοῶντες. ο δὲ, καὶ δα-
κρύσας, ὥς φασιν, Αἰσχυνώμεθα, ἔφη, ὦ στρατιῶται, οἷς
γε ἡ σωτηρία ἐν ἑκκαίδεκα τούτοις θηρίοις ἐγένετο [i]), ὡς εἰ
μὴ τὸ καινὸν τοῦ θεάματος ἐξέπληξε τοὺς πολεμίους, τί ἂν
ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς; ἐπί τε [k]) τῷ τροπαίῳ κελεύει ἄλλο
12 μηδὲν, ἐλέφαντα δὲ μόνον ἐγκολάψαι. Ὥρα τοίνυν με σκο-
πεῖν, μὴ καὶ τοὐμὸν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ, τὰ μὲν ἄλλα,
οὐκ ἄξια μάχης, ἐλέφαντες δέ τινες, καὶ ξένα μορμολύκεια
πρὸς τοὺς ὁρῶντας, καὶ θαυματοποιΐα ἄλλως [l])· ἐκεῖνα γοῦν
ἐπαινοῦσι πάντες· οἷς δ' ἐγὼ ἐπεποίθειν [m]), οὐ πάνυ ταῦτα
ἐν λόγῳ παρ' αὐτοῖς ἐστιν· ἀλλ' ὅτι μὲν θήλεια Ἱπποκένταυ-

h) ἐπαιώνιζον] „Sic J. Par. S. H. Fl. ἐπαιάνιζον *Schol.* et P.“ i) ἐγένετο] „*Ald.* (1.) ἐγένεσο. Sed margo ejus ἐγένετο, quod jam habebant recte cett. Edd.“ k) ἐπί τε] ἔπειτα 2954. *Bel. Schm.* Sed cf. Adnot. l) ἄλλως] „Nihil hic abire a vulgata J. Fl. H. S. notat *Solanus.*“ Nihilominus, praeeunte *Schmiedero* et monente *Seagero*, ἄλλως interpungendo cum antecedentibus nectere placuit, quum olim ad sequentia relatum esset. Vid. Adnot. m) ἐπεποίθειν] „ἐπεπόνθειν L. male.“ Eadem variatio est Prom. in Verbb. c. 3. ubi vidd. Adnott. Tom. I. p. 221. sq.

do, qui fuga montes petiere. Paeanem autem cecinere, qui cum Antiocho fuerant Macedones, et alius aliunde accedentes coronarunt regem cum clamore, egregium victorem illum praedicantes. At ille, nec sine lacrumis, *pudeat nos*, inquit, *milites, quorum salus in sexdecim his belluis posita fuerit. Itaque nisi perculisset hostes spectaculi novitas, quid nos ad illos futuri eramus?* In tropaeo autem jussit aliud nihil, quam solum elephantem, insculpi. Jam mihi videndum est, ne, quod mihi contigit, Antiochi *praelio* sit simile. Reliqua quidem praelii, indigna *visa sunt attentione:* elephanti autem quidam *sunt*, et peregrina spectantibus terriculamenta, et praestigiae merae: illa quidem laudant omnes. Ast quibus ego confisus fueram, horum nulla apud illos habetur ratio: verum ad id solum obstupescunt, pictam hic esse Centaurum feminam, idque,

ρος γεγραμμένη, τοῦτο μόνον ἐκπλήττονται, καὶ ὥςπερ ἐστὶ, καινὸν, καὶ τεράστιον δοκεῖ αὐτοῖς. τὰ δ᾽ ἄλλα, μάτην ἄρα τῷ Ζεύξιδι πεποίηται; ἀλλ᾽ οὐ μάτην· γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς, καὶ μετὰ τέχνης ἕκαστα ὁρᾶτε, εἴη μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δεικνύειν. p. 850.

ut est, novum ac portentosum illis videtur. Reliqua igitur frustra elaborata Zeuxidi? Minime vero frustra: vos enim pictoriae rationis periti, et cum arte inspicitis omnia. Utinam modo digna sint, theatro quae ostendantur!

p. 850.

ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ.

Argum. Epistola haec est commendatitia ad amicum quendam potentia et eruditionis fama maxime conspicuum, praefectum, ni fallor, Syriae adjacentibusque terris. Quemadmodum enim *Harmonidae* tibicini gloriae cupidissimo, qui quam celerrime quam plurimis innotescere cuperet, Timotheus ejus magister hoc dederit consilium, ut paucis tantum viris, iisque peritis et auctoritate gratiaque pollentibus, artem suam probaret; quo facto mox nomen ejus omnium ore celebratum iri: ita nunc se quoque, laudis et ipsum studiosissimum, auctor scribit opera quaedam sua ad amicum, magnae auctoritatis virum, mittere eodem consilio, eademque cum spe, si huic modo probata fuerint, certissime fore, ut fama doctrinae et artis suae, quam alibi jam consecutus sit maximam, etiam per istas regiones brevi divulgetur.

1 Ἁρμονίδης ὁ αὐλητὴς, ἤρετο ποτὲ Τιμόθεον διδάσκαλον αὐτοῦ ὄντα, εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἔνδοξος γενοίμην ἐπὶ τῇ τέχνῃ; καὶ τί ποιοῦντα εἴσονταί με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα εὖ ποιῶν ἐδιδάξω με ἤδη [a]), ἁρμόσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐμπνεῖν ἐς τὴν γλωσσίδα
p. 851. λεπτόν τι, καὶ ἐμμελὲς, καὶ ὑποβάλλειν [b]) τοὺς δακτύλους

a) ἤδη] Comma post hanc vocem in Edd. A. 1. 2. *Reitz.* et recentt. omissum restitui, praeeuntibus B. 1. et 3. b) ὑποβάλλειν] „Sic M. J. S. H. Fl. Par. etc.“

HARMONIDES.

Harmonides tibicen interrogavit olim magistrum suum Timotheum: *Dic mihi,* inquit, *Timothee, quomodo celebris in arte fieri possum? et quo facto meo me Graeci omnes cognoscent? Reliqua enim, agnosco beneficium tuum! docuisti me jam, accurate tibiam temperare, et inflare in ligulam tenue quiddam ac modulatum, et admovere*

εὐαφῶς ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει, καὶ θέσει, καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, p. 851. καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν, καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ Βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμάθηκα c) παρὰ σοῦ· τὰ μέγιστα δὲ καὶ ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς, οὐχ ὁρῶ πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι προσγένοιτο, ἡ δόξα, ἡ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐν πλήθεσι, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ· καὶ ἤν που φανῶ, εὐθὺς ἐπιστρέφεσθαι πάντας εἰς ἐμὲ, καὶ λέγειν τοὔνομα, ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ Ἁρμονίδης d) ἐστὶν, ὁ ἄριστος αὐλητής· ὥσπερ ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τοπρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ὑπηύλησας τῇ Πανδιονίδι, καὶ ἐνίκησας e) ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τοῦ ὁμωνύμου σοι f) ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν ὃς ἠγνόει τοὔνομα, p. 852. Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν· ἀλλ' ἔνθα ἂν καὶ νῦν φανῇς, συνθέουσιν ἐπὶ σὲ πάντες, ὥσπερ ἐπὶ τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνεα· ταῦτ' ἐστι δι' ἅπερ ηὐξάμην αὐλητὴς γενέσθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν πεπόνηκα g)

c) ἐκμεμάθηκα] „καὶ μεμάθηκα W." Sic et 2954. d) ἐκεῖνος Ἁρμονίδης] Ἁρμονίδης ἐκεῖνος 2954. e) ἐνίκησας] „νικήσας Edd. et M." Emendatio debetur *Jensio*. f) ὁμωνύμου σοι] „ὁμώνυμόν σοι Edd. omnes et M. ὁμωνύμου σου *Marcil.* ὁμωνύμου σοι *Pell.*" g) τὰ ὄρνεα — πε-

commode digitos sublatione crebra ac positione, et incedere ad numeros, et ut cantus consentiat choro, et modi uniuscujusque proprietatem servare, Phrygii illum quasi divinum afflatum, Lydii Bacchicum furorem, honestam gravitatem Dorii, et Ionii denique venustatem. Haec igitur didici a te omnia. Maxima vero, et propter quae concupivi artem canendi tibiis, nondum video quomodo ab illa mihi contingant, gloria apud populum, et ut conspicuus sim in multitudine hominum, et monstrer digito, et ut, sicubi appaream, statim convertantur ad me omnes, et nomen meum dicant, Hic est ille Harmonides, tibicen optimus! *quemadmodum cum tu etiam, Timothee, primum domo e Boeotia adveniens succinuisti Pandionidi, vicistique in Ajace furioso, modulos faciente tuo illo cognomine; nemo erat, qui ignoraret nomen, Timotheum Thebanum. Sed ubicunque nunc etiam conspiciendum te praebes, concurrunt ad te omnes, ut ad noctuam aves. Haec sunt, propter quae tibicen fieri optavi, et pro quibus laborem il-*

p. 852. τὸν πόνον τὸν πολύν· ἐπεὶ τό γε αὐλεῖν αὐτὸ, ἄνευ τοῦ ἔνδοξον εἶναι δι' αὐτὸ, οὐκ ἂν δεξαίμην [h]), ἀγνώστῳ μοι προςγενόμενον, οὐδ' εἰ Μαρσύας, ἢ Ὄλυμπος γενήσεσθαι μέλλοιμι λανθάνων. οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀποῤῥήτου, φασὶ, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. ἀλλὰ σὺ, ἔφη, καὶ ταῦτα παίδευσόν με, ὅπως μοι χρηστέον κἀμαυτῷ, καὶ τῇ τέχνῃ· καί σοι διττὴν εἴσομαι τὴν χάριν, καὶ ἐπὶ τῇ αὐλήσει, καὶ, τὸ μέγιστον, καὶ
2 ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτῆς. Ἀποκρίνεται οὖν αὐτῷ ὁ Τιμόθεος, ἀλλ', ὦ Ἁρμονίδη, ἐρᾷς μὲν, ἔφη, εὖ ἴσθι, οὐ μικροῦ πράγματος, ἐπαίνου, καὶ δόξης, καὶ ἐπίσημος εἶναι, καὶ γιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν· τοῦτο δὲ, εἰ μὲν οὑτωσί πως ἐς τὰ πλήθη παριὼν, ἐπιδεικνύμενος ἐθέλοις πορίζεσθαι, μακρὸν ἂν γένοιτο, καὶ οὐδὲ οὕτως ἅπαντες εἴσονταί σε· ποῦ γὰρ ἂν εὑρεθείη ἢ θέατρον, ἢ στάδιον οὕτω μέγα, ἐν ᾧ πᾶσιν αὐλήσεις τοῖς
p. 853. Ἕλλησιν; ὡς δὲ ποιήσας γνωσθήσῃ αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸ πέρας ἀφίξῃ τῆς εὐχῆς, ἐγὼ καὶ τοῦθ' [i]) ὑποθήσομαί σοι· σὺ γὰρ αὔλει μὲν καὶ πρὸς τὰ θέατρα ἐνίοτε· ἀτὰρ ὀλίγον μελέτω σοι

πόνηκα] „Tredecim illa verba desunt in J. adsunt in ceteris ad unam omnibus; adsunt etiam in W. nisi quod hic Cod. pro τὰ ὄρνεα habeat τὸ ὄρνεον.“ h) δεξαίμην] εὐξαίμην 2954. minus bene. i) τοῦθ'] „Sic Edd. τοῦτο W.“

lum multum suscepi. Ipsam quandoquidem canendi facultatem, a celebritate nominis separatam, non receperim, si inglorio et ignoto contingat, neque si Marsyas aut Olympus in illa obscuritate futurus sim. Occultae *enim, ajunt,* nullus est respectus Musicae. *Verum tu,* inquit, *et haec doce me, quomodo et me ipso et arte utendum sit: et duplicem tibi habebo gratiam, et de canendi facultate, et, quod maximum, gloriae etiam, quae inde continget, ipsius nomine.* Respondet igitur illi Timotheus: *Tu vero,* inquit, *Harmonide, amare te noris rem non parvam, laudem, et gloriam, et ut insignis fias, et cognoscaris a plurimis. Hoc vero si sic in publicum prodiens, tuique audiendi copiam faciens, praestare tibi velis; longum fuerit, et ne sic quidem omnes te noverint. Ubi enim aut theatrum inveniatur, aut circus ita magnus, in quo tibia canas Graecis omnibus? Quo vero facto innotescas illis, et ad finem voti tui pervenias, id ipsum quoque ego tibi subjiciam. Cane tu quidem etiam theatris nonnunquam; sed parum cura vul-*

τῶνπολλῶν. ἡ δ' ἐπίτομος καὶ ῥᾷστα ἐπὶ τὴν δόξαν ἄγουσα, ἥδε ἐστίν. εἰ γὰρ ἐπιλεξάμενος τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀρίστους καὶ ὀλίγους αὐτῶν, ὅσοι κορυφαῖοι, καὶ ἀναμφιλόγως θαυμαστοὶ, καὶ[k]) ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ, εἰ τούτοις (φημὶ) ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί[l]) σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν οὕτω βραχεῖ· καὶ τὸ πρᾶγμα ὅρα πῶς συντίθημι. εἰ γὰρ οὓς ἅπαντες ἴσασι, καὶ οὓς θαυμάζουσιν[m]), οὗτοι δὲ εἴσονταί σε αὐλητὴν εὐδόκιμον ὄντα, τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν, οἵ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἄμεινον κρῖναι δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεὼς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν. ὅντινα δ' ἂν οἱ προὔχοντες ἐπαινέσωσι, πιστεύουσι μὴ ἂν ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον· ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐτοί. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲν πολλοὶ θεαταὶ ἴσασι *) κροτῆσαί ποτε, καὶ συρίσαι, κρίνουσι δὲ ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ

p. 853. p. 854.

k) καὶ] „deest in Edd. adest in W.“ l) ἐπαινέσονται] „Sic M. recte et Edd. excepta B. 2. (nec non 1. et 3.) quae vitiose ἐπαιναίσονται, quod *Vorst.* tamen mutaverat in ἐπαινήσονται. Sed —έσομαι in prosa usitatius.“ *Jens.* placuit ἐπαινέσωνται. At vid. Adnot. m) οὓς ἅπαντες ἴσασι, καὶ οὓς θαυμάζουσιν] „Quatuor verba ab οὓς ad οὓς omisit Fl. quae adsunt in cett.“ *) ἴσασιν] „Sic dedi ex L. εἶσι Edd. Quid M. habeat nescio, abscissa enim haec sunt. *Solan.*“

gus. Compendiaria vero, et facillime ducens ad gloriam via ista est: si nempe elegeris Graecorum optimos, et paucos illorum, qui capita sunt, et extra controversiam admirabiles, et quibus fides in utramque partem habeatur: [sive vituperent sive laudent] *his, inquam, si ostenderis cantus tuos, atque hi te laudaverint; Graecis omnibus brevi adeo tempore innotuisse te putato. Vide, quomodo hoc demonstrem. Si enim quos omnes norunt, et quos admirantur, hi norint, te probatum tibicinem esse; quid vulgo tibi opus est, qui omnino sequetur hos, qui melius judicare possunt? Ista enim multitudo, ipsi quidem ignorant meliora, sellularii majorem partem opifices: quem vero principes laudaverint, illum non sine ratione laudari arbitrantur, itaque laudabunt ipsi quoque. Etenim in certaminibus quoque, multitudo quidem spectatores sunt eatenus, ut plaudant aliquando vel sibilent: judicant vero aut septem, aut quinque, aut quotcunque tandem.* Illa quidem

p. 854. ὅσοι δή [n]). ταῦτα ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι. μεταξὺ γὰρ αὐλῶν, φασιν, ὅτε τοπρῶτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν, ἐναπέπνευσε τῷ αὐλῷ, καὶ ἀστεφάνωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν
3 Διονυσίοις. Ὁ μέντοι τοῦ Τιμοθέου λόγος οὐκ [o]) αὐληταῖς, οὐδ' Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. ἔγωγ' οὖν ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια περὶ τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος, ἐσκοπούμην ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι,
p. 855. καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. οὗτος [p]) δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ (εἴη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι [q])) καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος,

n) δή] „δεῖ L. δὴ Fl. J. Par. etc.“ o) οὐκ] „Deest haec particula in Ed. Fl. adest in cett. et in P.“ p) οὗτος] „οὕτω Edd. quas vidi, omnes. Sed οὗτος recte L.“ q) φανήσεσθαι] φαντάζεσθαι conj. *Seager.* merum φάντασμα. Vid. Adnott.

Harmonides perficere non potuit. Inter canendum enim, narrant, cum primum in certamen descenderet, contentius prae honoris cupiditate dum inflat, in ipsam quasi tibiam exspiravit, et sine coronae honore in tabernaculo (*scena*) mortuus est, *eodem tempore et prima et ultima vice canendi arte usus in Dionysiis.* Verum Timothei illa oratio, non tibicinibus neque Harmonidi solum dicta mihi videtur, sed qui gloriam adamarunt omnibus, cum publicum quiddam profitentur, cum populari laude opus habent. Ego igitur, cum et ipse cogitarem de mea ratione similiter, et quomodo celerrime possem innotescere omnibus, quaererem: Timothei sermonem secutus, dispiciebam, quis in hac urbe esset praestantissimus, cui fidem reliqui habeant, quique unus sit instar omnium. Ille igitur tu nobis videri vir debebas jure meritoque, virtutis omnis, quod quidem caput est, norma, ajunt, et recta talium regula. Si vero tibi mea ostendissem, tuque ea laudasses, (atque utinam ita tibi videatur!) scilicet ad

ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ ἂν πρὸ σοῦ ἑλό- p. 855.
μενος, οὐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥςτε λόγῳ μὲν
ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς, ὥς-
περ ἂν εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπεδεικνύμην r) τοὺς
λόγους. δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε, καὶ σύναμα s) πάντων
συνειλεγμένων, μόνος αὐτὸς ἀμείνων ἂν ἦσθα. οἱ μέν γε τῶν
Λακεδαιμονίων t) βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον
φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν, δύο ἔφερον u). σὺ
δὲ, καὶ τὰς τῶν Ἐφόρων, καὶ τὰς τῶν γερόντων προςέτι, καὶ p. 856.
ὅλως ἁπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ. σύ γε καὶ μάλι-
στα ὅσῳ τὴν λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις, ὃ καὶ θαῤῥεῖν
με τῷ παρόντι ποιεῖ, διά γε τὸ μέγεθος τοῦ τολμήματος καὶ
πάνυ δικαίως ἂν φοβηθέντα. κἀκεῖνο δὲ, νὴ Δία, προςέτι
καὶ αὐτὸ x) θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια y)

r) ἐπεδεικνύμην] Sic B. 3. Vulgo autem ἐπιδεικνύμην. Pluribus verbis Cod. 2954. ὥςπερ ἂν εἰ τοὺς ἁπανταχόθεν ἀνθρώπους συγκαλέσας (debebat esse συγκαλέσαντες, quod etiam *Schmiederus* vidit) ἐς κοινὸν θέατρον ἐπιδεικνύοιμεν τ. λ. quae *Belinus* probat et censor editionis Schmied. Jenensis. At vid. Adnot. s) σύναμα] Vulg. σὺν ἅμα. Sed correximus ad normam locorum Timon. c. 23. et Pro Merc. Cond. extr. quemadmodum id etiam De Merc. Cond. c. 1. fecimus. t) Λακεδαιμονίων] *Μακεδόνων* 2954. ineptissime. u) δύο ἔφερον] δύ' ἔφερε 2954. x) αὐτὸ] „Sic recte L. αὐτῷ male Edd. *αὐτὸν P. ll.* y) ἀλλότρια] „ἀλλότριον] Ita Edd. J. Fl. H. Par. etc. nisi quod ἀλλότριαν B. 2. male. Ἀλλότρια

finem me spei venire *putabam*, in uno qui suffragio ferrem universa. Aut quis est, quem tibi si praeferam, non merito insanire videar? Igitur verbo quidem in uno homine jaciemus aleam; re autem vera idem est, quasi omnibus undecunque hominibus vim dicendi ostenderem. Apertum enim est, te et singulis, et collectis in universum omnibus, esse praestantiorem. Lacedaemoniorum reges, calculos reliquis singulos habentibus, soli habebant binos. Tu vero et ephororum, et senum insuper, *calculos*; et omnino omnium in doctrina amplissimum suffragandi jus habes, ea maxima de caussa, quod candidum semper et salutarem fers calculum: quae res etiam mihi in praesenti facit fiduciam, qui propter rei, quam conor, magnitudinem merito perterrear (*timuissem*). Adhaec illud etiam profecto animum mihi addit, quod non plane aliena tibi sunt

p. 856. τἀμὰ εἶναί σοι· ὃς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ἣν πολλάκις εὖ
ἐποίησας, τὸ μὲν πρῶτον ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον κοινῇ [z]) μετὰ
παντὸς τοῦ ἔθνους· ὥςτε ἤν που καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον
ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους,
p. 857. σὺ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς προςτιθεὶς, ἀναπλήρου τὸ ἐνδέον παρὰ
4 σεαυτοῦ, καὶ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκείτω. Καὶ γὰρ
οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἱκανὸν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον, εἰ
ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῦνται πρὸς τῶν ἀκουσάντων οἱ λό-
γοι. πάντα ἐκεῖνα ὑπηνέμια ὀνείρατά, φασι, καὶ ἐπῶν [a])
σκιαί. τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τῷ παρόντι δειχθήσεται. οὗτος ἀκριβὴς
ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιά-
σειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε
δόξαν, ἢ πάντων. . . . . εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς οὕτω μέγαν
p. 858. ἀγῶνα χωροῦντα. δόξαιμεν γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι, καὶ

Jens. et *Pell.* quod cur non admiserim, vid. nott. Et quia ex aliis Codd. hic nihil variationis notatum, non dubito quin ii omnes vulgatum ἀλλότριον servent." At *Jensii* et *Pell.* emendationem non solum B. 3. plane exhibet, verum etiam Codex 2954. confirmat: quapropter, probante *Belino*, *Schmiederus* recte ἀλλότρια edidit; nec nos dubitabamus sequi. z) κοινῇ] κοίνη B. 1. et 3. a) ἐπῶν] „Sic Edd. omnes. Ἐπαίνων *Angl.* P. et L. item marg. A. 1. W." Sic et 2954. et hinc *Schm.* At vid. Adnot.

mea, qui tum ex ea urbe sim, quam saepe tu ornasti, primo quidem privatim ipsam, iterum vero publice cum gente universa. Itaque si forte nunc etiam in sequiorem partem inclinent, dum loquor, calculi, paucioresque sint meliores, tu adjecto illo Minervae, de te, quae deficiunt, exple: ac domesticum tibi et familiare videatur prava *hic etiam* corrigere. Etenim neque illud mihi satis est, si multi ante me admirati sunt, si nobilis jam ego, si laudantur ab his, qui audierunt, orationes: omnia illa *somnia*, quod ajunt, *vento concepta*, et irrita, *umbrae verborum*: verum autem jam apparebit. Hic accuratus meorum finis. Nihil in utramque partem amplius accipietur, aut ita ut dubitare quis possit; sed oportebit aut optimum circa doctrinam me putari, si quidem tibi ita videatur, aut omnium — Sed bene ominari fas est ad tantum certamen euntem. Videamur enim, o Dii, digni hodie, quo–

βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον; ὡς τὸ λοιπὸν p. 858.
θαῤῥοῦντας ἐς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι. πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

rum ratio habeatur! et firmate nobis laudem *tributam* ab aliis, ut reliquo tempore cum fiducia in multitudinem procedere possimus. Stadium enim omne minus formidabile ei, magna qui Olympia vicerit.

p. 859. ## ΣΚΥΘΗΣ [a]) Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

Argum. Simili hic libellus est consilio et argumento cum praecedente *Harmonide*. Commendare enim scripta et famam suam Lucianus vult duobus quibusdam spectatissimis viris, Thessalonicae civibus, patri et filio, per quorum favorem ac patrocinium jam et reliquis civibus, ab illorum judicio et auctoritate suspensis, se probatum iri sperat. Illustratur res Anacharsidis *Scythae* exemplo, qui Athenas profectus ad leges ac mores Graecorum cognoscendos, quum, quo duce ipse in urbe illa hospes singularum rerum notitiam sibi compararet, dubius haereret, felici casu in Toxaridem popularem inciderit, eoque intercedente in Solonis, viri sapientissimi et summae apud cives auctoritatis, familiaritatem venerit. Cf. Adnot. prima ad hunc libellum.

1 Οὐ πρῶτος [b]) Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε, παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ, σοφὸς μὲν, καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων· οἴκοι δὲ, οὐ τοῦ βασιλείου γένους ὢν [c]), οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ [d]) Σκυθῶν τῶν πολλῶν καὶ δη-

a) ΣΚΥΘΗΣ] „ΣΚΥΘΙΟΣ W. Sed recte Edd. Σκύθης. Conf. c. 7. pr.“ b) πρῶτος] „Sic B. 2. Par. S. Amst. πρῶτον *Ald.* (1. et 2.) Fl. Fr. H. Obliterata est vox in M. vitio temporis.“ Etiam B. 1. habet πρῶτον, sed B. 3. recte πρῶτος. c) ὢν] „Sic recte Edd. vett. ὂν male recentiores.“ d) ἀλλὰ] ἀλλ᾽ οὐ 2954. perperam.

SCYTHA SEU CONCILIATOR HOSPITII.

Non primus e Scythia Athenas venit Anacharsis Graecae disciplinae caussa; sed Toxaris etiam ante ipsum, sapiens vir et pulchrarum rerum amans, optimorumque institutorum studiosus. Domi vero non regii generis erat, neque pileatorum, sed Scytharum

μοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι· τοῦ- p. 859.
το δέ ἐστι, δύο βοῶν δεσπότην εἶναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. οὗτος
ὁ Τόξαρις οὐδ' ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν
ἀπέθανε [e])· καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἔδοξε, καὶ ἐντέμνου-
σιν αὐτῷ Ξένῳ Ἰατρῷ [f]) οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τοὔνομα [g]), p. 860.
ἥρως γενόμενος, ἐπεκτήσατο. τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας,
καὶ ἀνθ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας κατελέγη [h]), καὶ τῶν Ἀσκληπια-
δῶν εἷς ἔδοξεν, οὐ χεῖρον ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε οὐ
Σκύθαις μόνον ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζειν, καὶ πέμπειν πα-
ρὰ [i]) τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς
Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. Κατὰ [k]) τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, 2
ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ἐπιστάντα οἱ
τὸν Σκύθην κελεῦσαι [l]) εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσονται τῷ
λοιμῷ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. τοῦτο
συχνάκις γενόμενον, (οὐ γὰρ ἠμέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ἀκού-

e) ἀπέθανε] „ἀπέθανεν W. Prius vero servant Edd." f) Ἰατρῷ] „ἰατροῦ male W." g) τοῦτο γὰρ τοὔνομα] τοιοῦτο γὰρ ὄνομα 2954. minus bene. h) κατελέγη] κατελέγῃ jota subscr. B. 1. i) παρὰ] „Sic recte Fl. S. Amst. item Codd. M. et L. περὶ male J. H. etc." Illud et *Aldinae* habent compendio scriptum. k) κατὰ] ἐπὶ 2954. errore ex proxime praecedentibus orto. l) κελεῦσαι] κελεύσαι B. 1. 3. vitiose.

de multis unus et plebejorum, quales apud illos sunt, qui Octipedes vocantur: hoc autem significat boum duorum dominum esse, et unius plaustri. Hic Toxaris neque rursus ad Scythas rediit, sed Athenis mortuus est. Neque ita multo post pro Heroë est habitus, sacrificantque illi, ut *HOSPITI MEDICO* Athenienses: hoc enim nomen, cum Heros esse juberetur, accepit. Caussam vero cognominis, et cur in Heroas relatus sit, et pro Aesculapii posterorum uno habitus, enarrare haud abs re forte fuerit, ut discatis, non Scythis modo patrium esse immortalitatem credere, et ablegare nuntios ad Zamolxin; sed Atheniensibus etiam licere Deos facere in ipsa Graecia Scythas. In magna illa pestilentia visa sibi (per quietem) est videre Architelis Areopagitae uxor, adstantem sibi Scytham, qui juberet dicere Atheniensibus, *a pestilentia ipsos vexari desituros, si vicos urbis vino multo conspergant.* Hoc saepius factum (neque enim neglexerunt, qui au-

p.861. σαντες *),) ἔπαυσε m) μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς· εἴτε ἀτμούς τινας n) πονηροὺς ὁ οἶνος σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. ὁ δ' οὖν μισθὸς τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ λευκὸς ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι· ὅθεν ἔδειξεν o) ἡ Δειμαινέτη προσελθόντα αὐτὸν, ἐντείλασθαι ἐκεῖνα τὰ περὶ p) τοῦ οἴνου. καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθεὶς, εἰ q) καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι r), καὶ μάλιστα, ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο *), τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἔχων ἐντεταμένον· τῇ δεξιᾷ δὲ βιβλίον, ὡς ἐδόκει· ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον. τὰ δ' ἄλλα s) τῆς στήλης, καὶ τὸ πρόσωπον, ὁ

*) οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες] Vulg. Ἀθηναῖοι οἱ ἀκούσαντες, minus recte. Genuinum ordinem servavit Cod. 2954. probante *Belino*, cujus judicium etiam *Schmiederus* secutus est. m) ἔπαυσε] „ἡ ἐποίησε L." Probavit hoc glossema *Solanus*. Vid. Adnot. n) ἀτμούς τινας] Ita vett. Edd. Sed *Reitz.* et recentt. ἀτμοὺς τινὰς ex arbitrio posuerunt. o) ἔδειξεν] „*Pell.* an ἔδοξεν ut ante?" Ante ἔδοξεν, nunc ἔδειξεν. p) περὶ] „Sic Edd. et M. Sola J. male παρά." Idque ex A. 1. et 2. ubi παρὰ compendio notatum. q) εἰ] „Erasa priore scriptura haec superinducta est in M. quam etiam adgnoscunt Edd." r) ἔτι] „Punctum post ἔτι est in W. Idem aderat in Par. quare id servavi, etsi abesset a J. et Fl. quae male comma ante ἔτι collocarant." Cum W. facit etiam B. 3. Sed pro puncto pristinum comma reposui, quia καὶ cum praecedente τε arctius cohaeret. *) ἐγκεκόλαπτο] „ἐκεκόλαπτο W. male." s) τὰ δ' ἄλλα] τὰ δὲ ἄνω 2954. quae, *Belino* probata, recepit *Schm.* Vertit etiam *Wiel. aber*

dierant, Athenienses) finem pestilentiae apud illos imposuit, seu vapores quosdam malos odore delente vino, seu aliud quid amplius videns Toxaris Heros, quippe Medicinae peritus, consuluit. Merces igitur curationis hodieque illi persolvitur equus albus, in ipsius monumento immolatus, *illo ipso loco*, unde ostendit Dimaenete progressum ipsum, illa de vino praecepisse: et inventus ibi fuerat sepultus Toxaris, tum inscriptione agnitus, etsi ea non omnibus (*omnis*) jam apparebat, et (*tum*) maxime, quod in columella insculptus erat Scytha, sinistra quidem arcum intentum habens, dextra vero, ut videbatur, librum. Videas jam adhuc ultra dimidiam ejus partem, arcum autem integrum atque librum: reliqua vero colu-

χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό που. ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, p. 861.
ἐν ἀριστερᾷ εἰς [t]) Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα,
καὶ ἡ στήλη χαμαὶ, πλὴν ἀλλ' ἔστεπταί γε ἀεὶ, καὶ φασὶ, πυ- p. 862.
ρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ, μὰ τὸν
Δί', οὐδὲν ἄπιστον, ὃς ὅλην ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν. Ἀλλὰ 3
γὰρ οὗπερ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις. ὁ
Ἀνάχαρσις δὲ, ἄρτι καταπεπλευκὼς, ἀνήει ἐκ Πειραιῶς, οἷα
δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλὰ, οὐκ ἔχων ὅ,τι χρήσαιτο [u]) ἑαυτῷ. καὶ γὰρ συνίει καταγελώμενος παρὰ [x]) τῶν ὁρώντων ἐπὶ τῇ σκευῇ [y]), καὶ ὁμόγλωσσον οὐδένα εὕρισκε, καὶ ὅλως, μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδέδοκτο, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν, καὶ πλοίου [z]) ἐπιβάντα, πλεῖν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου, ὅθεν οὐ
πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ [a]) ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. οὕτως p. 863.

der obere Theil. Verum ἄνω nihil est nisi glossema. t) εἰς] ἐς 2954. *Belin. Schm.* u) ὅ,τι χρήσαιτο] ὅ,τι ἂν χρήσαιτο conj. *Bel.* sexcenties rejecta. x) παρὰ] „Sic J. H. Fl. Par. S. ὑπὸ L. ἐπὶ W.“ Ὑπὸ etiam 2954. sed frustra. y) σκευῇ] στολῇ 2954. e sequentibus, ni fallor, huc delatum. z) πλοίου] „Sic Edd. J. H. Fl. Par. πλοίῳ W.“ Sic et 2954. Sed πλοίου A. 1. 2. B. 1. 3. a) ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ] „Inverso ordine W. ἔμ. αὐτ. ὁδ.“

mellae, et ipsam faciem, tempus olim jam abolevit. Est autem non multum a Dipylo, *sive Jano*, ad sinistram in Academiam euntium, tumulus non magnus, et humi jacens columella. Veruntamen coronata semper est, et ajunt, febri laborantes quosdam illius ope esse liberatos: neque profecto incredibile, qui totam olim urbem sanaverit. Verum enimvero, cujus rei caussa mentionem illius injeci, superstes erat Toxaris, cum Anacharsis navigatione modo finita, a Piraeeo adscendit, tanquam peregrinus et barbarus non mediocriter adhuc turbatus animo, ignarus omnium, strepitum saepe quemvis exhorrescens, de se quid faceret, nescius: sentiebat enim, derideri se ob habitum et arma; et linguae suae peritum inveniebat neminem: et in universum viae ipsum jam poenitentia subibat, decretumque ipsi erat, visis modo Athenis, retro legere vestigia, conscensoque navigio navigare rursus in Bosporum, unde via sibi non longa domum

p. 863. ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι [b]), ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς
ἀληθῶς, ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον,
ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο, πατριῶτις οὖσα· εἶτα μέντοι οὐ
χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν, ἅτε γέ-
νους τοῦ δοκιμωτάτου [c]) ὄντα, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν.
ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλλη-
νιστὶ ἐσταλμένον, ὑπεξυρημένον [d]) τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσί-
δηρον, ἤδη στωμύλον, αὐτῶν τῶν Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθό-
4 νων; οὕτω μετεπεποίητο ὑπὸ τοῦ χρόνου. Ἀλλὰ Τόξαρις Σκυ-
θιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, Οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ὢν τυγχά-
νεις, ὁ Δαυκέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι
καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εἰδότα [e]) ὅςτις ἦν ἐν
p. 864. Σκύθαις, καὶ ἤρετο, σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ
αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ
τῶν ἐπιφανῶν, ὥςτε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι κατ' αὐτό. μῶν,

b) τῷ Ἀναχάρσιδι] τῷ ἐπὶ Ἀναχάρσιδι A. 2. lapsus typothetae, qui, quod in superiore versu collocaverat, jam alieno loco repetiit. c) τοῦ δοκιμωτάτου] „τῶν δοκιμωτάτων *Angl.* P. et L. At vulgatum tuentur Edd. omnes et M." Εὐδοκιμωτάτου 2954. d) ὑπεξυρημένον] „Sic Edd. vett. et recentt. ἐν χρῷ κεκαρμένον W." Lectio *Reitz.* in textu aeque atque in Varr. Lectt. ὑποξυρ. nonnisi pro errore typographico habenda est, quem emendarunt Editt. recentt. e) εἰδότα] „ἰδόντα W. Nihil mutant Edd."

ad Scythas suos futura esset. Ita affecto Anacharsidi, obviam in ipso Ceramico fit bonus aliquis, revera, genius, Toxaris. Ac primo quidem habitus illum invitabat, patrius qui esset: deinde non difficulter debebat ipsum quoque nosse Anacharsin, generis nobilissimi virum, et Scytharum e principibus. Anacharsis autem unde illum agnosceret popularem suum esse, Graece vestitum, rasum genas, non cinctum, sine ferro, jam affabilem, indigenarum jam unum Atticorum? adeo ab ipso jam tempore immutatus fuerat. Sed Scythice ipsum allocutus Toxaris, *Non tu*, inquit, *Anacharsis es, Dauceti filius?* Lacrumari prae gaudio Anacharsis, quod et linguae suae peritum invenisset aliquem, eumque gnarum, quis ipse esset inter Scythas; atque rogare, *Tu vero, hospes, unde nosti nos? Et ipse*, inquit, *inde sum, e vobis: Toxaris mihi nomen, non e nobilibus, ut eo tibi notus sim. Numquid*, inquit, *ille tu To-*

ἔφη, σὺ [f]) ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὥς τις Τόξαρις p. 864. ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνὰ, οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβοι [g]) κεῖθι, τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις κἀμοῦ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν. οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα· καὶ κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι [h]). καὶ εἴ γε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωστο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι [i]), ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατιέναι· οὕτως ἐτεταράγμην, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν· ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου, καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, παραλαβὼν ξενάγησον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους, καὶ ἤθη, καὶ πανηγύρεις [k]), καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἅπερ σύ τε, κἀγὼ μετὰ σὲ, τοσαύτην ὁδὸν ἥκομεν, καὶ μὴ περιΐδῃς ἀθέατον αὐτῶν ἀναστρέ- p. 865.

f) σὺ] olim omissum interposuerunt *Bipp.* et *Schm.* e Cod. 2954. monente *Belino.* g) διατρίβοι] „Sic W. διατρίβει Edd.“ h) ἔθνεσι] „Sic Edd. ἔθνεσιν W.“ i) δύναι] Ita correxi, quod vulgatam erat, δῦναι. Vid. ad Hermot. c. 63. [Ubi vid. quae adscripsi. *G. D.*] k) πανηγύρεις] πανηγύρης A. 2.

xaris es, de quo audivi ego, Toxarin quendam Graeciae amore, uxore relicta in Scythia et parvis pueris, Athenas abiisse, et nunc ibi vivere, et in honore esse apud optimos quosque? Ille ipse, inquit, *ego sum, si quis de me adhuc sermo apud vos est.* Tum, *Noris ergo,* inquit Anacharsis, *discipulum me tuum factum esse, et aemulum amoris, quo flagrabas, videndae Graeciae. Hujus negotii studio profectus venio tibi, sexcenta perpessus mala ab interjectis gentibus. Ac nisi in te incidissem, decretum jam erat, ante solis occasum retro rursus descendere ad navim, adeo perturbatus sum, cum peregrina et ignota mihi viderem omnia. Sed per* ego te *Acinacem, et Zamolxin, patria numina,* obsecro, *tu me, Toxari, adsumtum tanquam peregrinum circumducito, et ea, quae Athenis pulcherrima sunt, ostendito, tum et reliqua in Graecia, leges optimas, viros praestantissimos, mores, celebritates, vivendi rationem et administrandae reipublicae, propter quae et tu, et post te ego, tantum itineris fecimus; neque patere, me*

p.865.5 ψοντα l). Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πλὴν ἀλλὰ θάῤῥει· οὐ γὰρ ἂν, ὡς φῂς, ἀπέλθοις m), οὐδ' ἂν ἀφείη σε ῥᾳδίως ἡ πόλις· οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιλήψεταί n) σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι· ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ, ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὄψει γέροντα οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον· πλὴν διά γε τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῶνται πρὸς τὴν

l) ἀναστρέψοντα] „Ita dedi ex W. et L. ἀναστρέφοντα enim Edd. omnes.“ m) ἀπέλθοις] „ἀπέλθῃς] ἀπέλθοις W. Nihil vulgatum mutant J. Fl. H. Par.“ Sed ἀπέλθοις praebet etiam 2954. idque probante *Belino*, quem secutus est *Schm.* Sed sic etiam alter hujus loci naevus ἀφίῃ tollendus erat. Correximus eum, ut conjecerat *Schm.* neque vero ipse edere ausus fuerat. Similes Modorum permutationes jam saepius nos in hisce libris purgandis exercuerunt. Caussam in promtu est quaerendam esse in vocalium η, οι, ι et υ simili, quae librariorum istorum aetate obtinebat, pronuntiatione. n) ἐπιλήψεται] ἐπιλύψεται B. 3.

his non visis domum redire. Illud quidem, inquit Toxaris, *minime pro amatore dicebas, te, ad ipsas (solas) cum januas venisses, abitum parasse. Verum bono es animo: neque enim, ut ajebas, abieris, neque te ita facile urbs haec dimiserit, neque pauca adeo habet pro hospitibus delinimenta: sed valide te complectetur, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, si qui tibi jam sint, memoriam servaturus sis. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Graeciam potius totam, et bona Graecorum ac pulchra, ego tibi subjiciam. Est hic vir sapiens, indigena ille quidem, sed multum per Asiam et Aegyptum peregrinatus, et versatus cum hominibus praestantissimis, caeterum non divitum unus, sed oppido pauper; videbis senem ita,* ut me, *plebejum in morem vestitum. verum propter sapientiam virtutemque aliam (reliquam), maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo*

πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιοῦν. εἰ p. 865.
τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνήρ ἐστι, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν, καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῶν τῇδε ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν p. 866.
χαρίσασθαι δυναίμην, ἢ συστήσας ἐκείνῳ. Μὴ τοίνυν μέλ- 6
λωμεν [o]), ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε παρ' αὐτόν· ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ δυςπρόςοδος [p]) καὶ ἐν παρέργῳ θῆταί σου τὴν ἔντευξιν ὑπὲρ ἡμῶν [q]). εὐφήμει, ἦδ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαι [r]) μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς ἐς ξένον ἄνδρα εὐποιΐας· ἕπου μόνον, εἴσῃ γὰρ ὅση περὶ τοὺς ξένους [s]) ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ κατὰ δαίμονα οὗτος αὐτὸς ἡμῖν πρόςεισιν, ὁ ἐπὶ συννοίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ· καὶ ἅμα προςειπὼν τὸν Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον
ἄνδρα, φιλίας δεόμενον. Σκύθης δέ ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν εὐ- 7

o) *μέλλωμεν*] μέλλομεν B. 1. p) *δυςπρόςοδος*] „Nihil variare Edd. notat *Solanus* recte, nisi quod nonnullae δυς πρόςοδος sejungunt.“ *Δυςπρόςοδον*, monente *Belino*, ediderunt *Bipp.* et *Schm.* e 2954. At vid. Adnot. q) *ἡμῶν*] „Sola Fl. hic male ὑμῶν. Sed ἡμῶν cum ceteris Edd. M.“ r) *χαριεῖσθαι*] χαρίσασθαι 2954. minus bene, ait *Bel.* Sed de Futuro exacto non incommode intelligi possit. s) *περὶ τοὺς ξένους*] „πρὸς τὸν ξένιον W. et L. Sed nil mutant Edd.“ Et Cod. 2954. exhibet πρὸς τὸν ξένιον.

ad constituendam civitatem utantur, et secundum illius praecepta vivere velint. Hunc si amicum tibi conciliaveris, et quantus vir sit didiceris, totam te in illo Graeciam habere putato, et summam jam nosse bonorum, quae hic sunt. Itaque non est, quod majus tibi donare bonum possim, quam illi si te commendem. Ne igitur cunctemur, Toxari, inquit Anacharsis, *sed prehensum me ad ipsum deduc. Verum illud timeo, ne difficiles accessus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba!* inquit, *quin maxime illum affecturus videor, subministranda illi beneficentiae in hospitem occasione. Sequere modo: scies enim, quantus sit illius circa peregrinos pudor, et reliqua aequitas, et benignitas. Quin divinitus ille ipse ad nos accedit, cogitabundus ille, ille secum ipse loquens:* et simul Solonem allocutus, *Huc tibi,* inquit, *donum maximum adduco, peregrinum hominem, indigentem amicitiae. Scytha autem est, generosus apud nos, et*

p. 866. πατρίδων, καὶ ὅμως τἀκεῖ t) πάντα ἀφεὶς, ἥκει συνεσόμενος
ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀψόμενος τῆς Ἑλλάδος· κἀγὼ ἐπίτομόν
τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάν-
τα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δ' ἦν σοι προσ-
αγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις,
καὶ προξενήσεις αὐτοῦ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς
p. 867. Ἑλλάδος. καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι,
πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών· τοῦτο αἱ Ἀθῆναι· τοῦτο ἡ
Ἑλλάς· οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦ-
σι· τηλικοῦτόν ἐστι τὸ κατὰ τὸν πρεσβύτην τοῦτον· ἁπάντων
ἐπιλήσῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ, συνὼν αὐτῷ. ἔχεις τῆς ἀποδημίας τὰ
ἆθλα, τοῦ ἔρωτος τὸ τέλος, οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανὼν,
τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνω-
σκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὢν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ
8 χρήσῃ αὐτῷ. Μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἥσθη u)
ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆσαν,
ὁ μὲν, παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φι-

t) καὶ ὅμως τἀκεῖ] καὶ ὅλως τἀκεῖθι 2954. u) ἥσθη] ἥ-σθη jota subscr. B. 1. 3.

tamen relictis, quae ibi sunt, omnibus, huc venit, ut vobiscum versetur, ut ea, quae pulcherrima sunt in Graecia, videat: ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facile et ipse discat omnia, et innotescat praestantissimis; haec vero in eo inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, et tanquam publico illum hospitio accipies, et germanum Graeciae civem efficies. Et, *Quod tibi paullo ante dicebam, Anacharsi, omnia vidisti, viso Solone. Hic Athenae. Hic Graecia. Non jam hospes es. Norunt te omnes, omnes te amant. Tantum est in hoc sene. Omnium, quae sunt in Scythia, oblivionem capies, cum hoc si fueris. Habes praemia peregrinationis tuae, finem tui amoris. Haec tibi norma Graecanica, hoc Atticae philosophiae specimen. Ita igitur judica, te esse felicissimum, qui cum Solone futurus sis, et amico illo sis usurus.* Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus sit munere Solon, et quae dixerit, et quomodo ab eo inde tempore una vixerint, cum alter quidem, Solon, institueret et doceret pulcherrima quaeque, et

λον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἑλλήνων p. 867.
καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ [x]) ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι [y]) ἀπολειπόμενος. ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις [z]) ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος, ἅπαντα ἔγνω ἐν ὀλίγῳ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος, καὶ ἐτιμᾶτο p. 868.
δι' ἐκεῖνον. οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο [a]), ὡς νομοθέτῃ, ἐπείθοντο, καὶ ἐφίλουν [b]) οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι [c]), καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι [d]). τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστοροῦντι περὶ αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ [e]) ἀνέστρεψεν, οἶ-

x) *διατρίψῃ*] „Sic L. item *Vorst.* ac Gr. In W. videtur fuisse διατρέψῃ. Sed alia manus διαπρέψῃ fecit. διαπρέψῃ corrupte etiam Edd. omnes." *Διαπρέψεις* 297, 4. unde conjicias, *Lucianum* scripsisse διατρίψεις. y) *εἶναι*] ἐκείνου conj. *Gesn.* z) *Τόξαρις*] Comma, quod *Aldina* utraque praeeunte, *Reitz.* et recentt. post Σόλωνος posuerant, ego ad nomen Τόξαρις reduxi, praeeuntibus B. 1. et 3. commodioris explicationis juvandae caussa. a) *καὶ τοῦτο*] „Τούτῳ solum sine καὶ B. 2. (et 3.) Sed vulgatam tuentur J. Fl. H. Par. et M. καὶ τούτῳ L." b) *καὶ ἐφίλουν*] „ἐφίλουν] καὶ ἐφίλουν B. 2. Sed abest καὶ a reliquis et M." Revocavi copulam, quam etiam B. 3. servavit, quaeque non bene abesse poterat. c) *δοκιμάζοι*] ἐδοκίμαζε conj. *Belin.* imperite. d) *εἶναι*] „Punctum post εἶναι est in W. quod abest ab Edd. Comma est in Fl." e) *οὐδὲ*] „οὐδὲν J. male." Sic et A. 2.

amicum omnibus conciliaret Anacharsin, et bonis eum Graecorum admoveret, omni ratione curans, uti quam suavissime in Graecia aetatem ageret: alter vero, Anacharsis, sapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo sua voluntate discederet. Ut enim promiserat illi Toxaris, ex uno viro Solone, brevissimo tempore cognoscebat omnia, et innotescebat omnibus, et in honore apud omnes erat. Neque enim parvum quiddam erat laudans Solon; sed homines hac etiam in re illi, tanquam legislatori, obsequebantur, amabantque quos ille probaret, et viros optimos esse credebant. Denique ad mysteria etiam admissus est Anacharsis, solus barbarorum, civitatis ante jure donatus, si fides habenda est Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus erat, puto, in Scythiam, nisi So-

p. 868. 9 μαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. Βούλεσθε οὖν ἤδη
ἐπαγάγω [f]) τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος περινοστοίη;
ὥρα γοῦν εἰδέναι οὗ τινός μοι εἵνεκα ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας,
καὶ Τόξαρις τανῦν [g]) ἐς Μακεδονίαν ἥκετον, ἔτι καὶ Σόλωνα
γέροντα ἄνδρα ἐπαγομένω [h]) Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι
καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ, πρὸς Χαρίτων, μὴ
νεμεσήσητέ [i]) μοι τῆς εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴ-
κασα. βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος, καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς
Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, οὐδὲ κα-
p. 869. τὰ τὸ βασιλικὸν εἰσποιῶ τἀμὰ ἐς τὴν ὁμοιότητα, κατ᾽ ἐκεῖνα
δέ· ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν
εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἐμπολιτευο-
μένων τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα
πᾶσαν· ὥστε ἐπιπολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξήρκουν
τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόν-
θει πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθῆ-

f) ἐπαγάγω] „Sic Edd. J. Fl. H. Par. etc. ἀπάγω W.“ g) τανῦν] τὰ νῦν B. 1. 3. sejunctim. h) ἐπαγομένω] „Sic recte J. H. Fl. ἐπαγομένῳ male *Ald.* (utraque) et Par.“ Nec non B. 1. 3. i) νεμεσήσητε] Duce B. 3. jota sub altero η vulgo subscriptum delevi.

lon esset mortuus. Vultin' igitur jam inducam etiam finem *et coronidem* fabulae, ne sine capite oberret? Jam enim sciendum est, cujus mihi rei caussa Anacharsis e Scythia inde Toxarisque nunc in Macedoniam venerint, adducentes insuper Solonem, senem virum, Athenis. Ajo nimirum, simile mihi quiddam Anacharsidi usu venisse. Et, per *ego vos* Gratiarum *numen rogo,* nolite irasci mihi ob istam imaginem, si regii generis viro me assimilavi. Barbarus enim et ille; neque Syros nos Scythis ulla in re deteriores *temere* dixeris. Ego vero, non quantum ad regiam nobilitatem, similitudinem illam affecto, sed quantum ad illa *priora.* Cum enim primum peregrinus vestram in urbem veni, statim quidem perculsus sum conspecta magnitudine, et pulchritudine, et civium numero, et reliqua omni facultate ac splendore. Itaque diu ad ista stupebam, nec par eram admirationi; quale quid illi de insula adolescenti accidit ad Menelai domum. Et debebam

σεσθαι τὴν γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ, p. 869.
καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον,

'Ανθεῦσαν [k]) ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει [l]) πόλις.

Οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων. καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων [m]) ὑμῖν [n]), πάλαι ἐδέδοκτο. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ, (οὐδ' ἀποκρύψομαι τἀληθὲς) οἵτινες οἱ προὔχοντες εἶεν, καὶ οἷς [o]) ἄν τις προςελθὼν, καὶ ἐπιγραψάμενος [p]) p. 870.
προστάτας, συναγωνισταῖς χρῷτο πρὸς τὰ ὅλα [q]). ἐνταῦθά μοι οὐχ εἷς, ὥςπερ τῷ 'Αναχάρσιδι, καὶ οὗτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοὶ, μᾶλλον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι τοςούτους [r]) εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς· δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε ἀρίστω, γένει μὲν, καὶ ἀξιώματι, πολὺ προὔχοντες ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει, τῇ 'Αττικῇ δεκά-

k) *'Ανθεῦσαν*] ἀνθοῦσαν 2954. l) *θάλλει*] θάλλοι conj. *Wakefield.* ad *Lucret.* I, 256. m) *τῶν λόγων*] „Ita recte Edd. τὸν λόγον male L. ait *Solanus.*“ Τὸν λόγον et in B. 3. exstat, et sic maluit *Gesn.* At vid. Adnot. n) *ὑμῖν*] „Et sic recte Edd. plurimae cum Cod. M. ἡμῖν male Fl.“ o) *οἷς*] οἷςτισιν 2954. p) *ἐπιγραψάμενος*] „συγγραψάμενος] Sic Edd. et M. ἐπιγραψάμενος L.“ Nos cur cum *Solano* recepimus ἐπιγρ. vid. Adnot. q) *πρὸς τὰ ὅλα*] ἐς τὰ ἄλλα 2954. r) *τοςούτους*] „Sic W. recte. τοιούτους Edd.“

ita animo affici, qui viderem urbem in eo culmine constitutam, et, secundum poëtam, bonis omnibus florentem, queis vigere urbes solent. Ita nempe habens, quid agendum esset, jam considerabam. Et facultatis quidem dicendi specimen vobis praebere, decretum olim fuerat. Quibus enim praeberem aliis, si silentio talem urbem praeterirem? Quaerebam enim, (neque verum celabo) qui essent principes, et quibus quis applicans se, et patronis sibi adscitis, deinde auxiliatoribus uti ad universa posset? Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharsidi, isque barbarus, Toxaris, sed multi, quin omnes eadem, tantum non iisdem syllabis, dixere: *Multi quidem, hospes, et alii boni dextrique in urbe viri, nec alias tot bonos viros invenias. Duo autem maxime sunt nobis viri optimi, genere quidem et dignitate multum superiores omnibus, doctrina autem et eloquentia At-*

p. 870. δι[s]) παραβάλλοις ἄν. ἡ δὲ παρὰ τοῦ δήμου εὔνοια, πάνυ
ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τουτὶ γίγνεται, ὅ,τι ἂν οὗτοι ἐθέ-
λωσιν, ἐθέλουσι γὰρ ὅ,τι ἂν[t]) ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. τὴν μὲν
γὰρ χρηστότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ
τὸ ἐν μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰ-
δέσιμον, καὶ τὸ πρᾷον[u]), καὶ τὸ εὐπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις
871. 11 διηγήσαιο, πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον. Καὶ ὡς μᾶλλον θαυ-
μάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς καὶ πατὴρ, ὁ
μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς· ὁ
δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα ἀπάξεταί[x]) σε, οὕτω μέγας
ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀῤῥενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν[y]). εἰ δὲ καὶ
φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί[z]) σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμε-
νος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἥ
γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες αὐτοῦ ἀκούουσιν[a]), ὁπότ' ἂν

s) δεκάδι] „Sic Edd. δεκάδι α W." t) οὗτοι — ὅ,τι ἂν] „Haec septem verba in Edd. omissa, ex Cod. W. restituta." u) πρᾷον] πρᾶον sine iota subscr. A. 1. et 2. x) ἀπάξεται] „Sic. Edd. vett. et M. ἀπάξηται male S. et Amst." y) εὐμορφίαν] φέρων addit 2954. probante *Belino*. z) οἰχήσεται] „Sic Edd. et W. nisi quod in eo abest σε." Ἑλκύσεται conj. *Palm.* ὀχήσεται *Jens.* De mutatione ne cogitandum quidem. a) ἀκούουσιν] „αὐτοῦ ἀκούουσιν W. Sed verius abest pronomen ab Edd. Fl. J. H. Par. etc." Adest etiam in 2954. unde nos, probante *Belino*, et praeeunte *Schmiedero*, interjecimus.

ticae illos decadi comparaveris. Tantum autem populari gratia florent, ut plane amentur: idque ipsum magna cum utilitate reipublicae accidit. Fitque, quidquid hi volunt: volunt enim, quidquid optimum est. Benignitatem enim, et in hospites humanitatem, et quod in tanta magnitudine nullum invidiae locum relinquunt, et quod in illa se benevolentia venerabiles tamen praestant, et quam sint placidi, quam faciles accessus habeant, tute aliis enarrare poteris, periculo paullo post facto. Utque magis mireris, ex una eademque domo sunt, filius et pater. Hic quidem, si Solonem aliquem aut Periclem, aut Aristidem cogitas: filius vero, ubi primum videris, statim te amicum sibi abducet, ita procerus est, et virili quadam formositate pulcher; si vero locutus solum fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, tantam in lingua Venerem habet juvenis. Urbs quidem universa hiantes audiunt, quoties in concionem

δημηγορήσων παρέλθοι[b])· ὁποῖόν φασι τοὺς τότε Ἀθηναίους, p. 871.
πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι, παρ' ὅσον τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου· τοῦτον δὲ, ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖσθαι ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως, ἓν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέξαιντό σε, καὶ φίλον ποιήσαιντο[c]), πᾶσαν p. 872.
ἔχεις τὴν πόλιν, καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα[d]), τοῦτο[e]) μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. ταῦτα, νὴ τὸν Δί'[f]), ἅπαντες ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ. καί μοι ἤδη[g]) πειρωμένῳ, τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν[h])· οὐχ ἕδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος *Bacchyl*
φησὶν[i]), ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν κάλων κινεῖν, πάντα δὲ πράτ- *ap. Ath. et Dion. Hal.*

b) παρέλθοι] „παρέλθῃ W. Nihil vulgatam mutant J. Fl. H. Par.“ Mutat etiam Cod. 2954. sed male, ait *Bel.* Est scilicet ὁπότ' ἂν, *quoties*, ut recte vertit *Gesn.* et sic recte sequitur Optativus. Vid. *Viger.* de Idiott. p. 434. ibique *Hermann.* c) φίλον ποιήσαιντο] „φιλοποιήσαιντο W.“ Non mala id, nec inusitata, compositione. Sed cf. Pisc. c. 38. extr. d) ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα] „ἐπισεῖσαι χρηστὴν χεῖρα W.“ e) τοῦτο] τούτῳ 2954. f) Δί'] „Δία Fl. et M. Ceterae Edd. sic, ut dedimus.“ g) ἤδη] „ἦδε S. et Amst. male. ἤδη recte Edd. vett. et W.“ h) ἔδοξαν] „ἔδοξα Edd. et M.“ Quam lectionem recepit *Reitz.* et recentt. debetur ea conjecturae *Graevii.* Mendose in 2954. εἰ εὑρηκέναι ἔδοξα. i) φησὶν] „φασιν male Fl. recte cett.“

prodierit, id quod ajunt Atheniensibus, qui tum erant, in Cliniae filio accidisse: nisi quod illos quidem non ita multo post amoris illius, quo prosecuti Alcibiadem fuerant, poenituit; hunc vero non amat modo civitas, sed reverentia jam dignatur. Denique unum hoc publicum nostrum bonum est, et maxima omnibus utilitas, hic vir. Si igitur et ipse et ipsius pater recipiant te, et amicum sibi faciant, civitatem habes universam: et hoc solum opus est, ut manu significationem voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Haec, ita me Jupiter, (si jusjurandum adjicere orationi fas est) dixerunt universi: et mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quae insunt, dixisse videntur. Non igitur desidendi, aut differendi, ut Ceus poëta ait, jam tempus est, sed funem omnem movere oportet, facereque et dicere om-

p. 872. τειν, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοιντο· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὔδια πάντα, καὶ πλοῦς οὔριος, καὶ λειοκύμων ἡ θάλασσα [k]), καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

k) θάλασσα] „θάλαττα W." quod *Schm.* tacite admisit.

nia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim si contigerit, serena omnia, et secunda navigatio, et molli fluctu leniter motum mare, et portus in proximo.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ. Tom.II. p. 1.

Argum. Docet auctor, tum quae vitia historico sint vitanda, prolatis simul et acerbe perstrictis suae aetatis historicorum pravorum exemplis, tum quae sint boni historici virtutes: quo referuntur ingenii dotes institutione et exercitatione cultae, animi candor et veracitas ingenua, orationis simplicitas et perspicuitas, justus rerum dispositarum ordo, singularumque partium recta proportio. Denique praecipit, ut omnino historiarum scriptor in conficiendo opere suo ad posterorum potius, quam aequalium, judicia respiciat, et hanc semper sibi proponat scribendi normam. Utilissimus hodienum, multisque modis, libellus!

rant,) impositam traducere, si possemus, in mare alterum. Idque fecimus. Revinctam enim magno fune, arboribus conscensis, magno labore eo pertraximus, ramisque eam superimposuimus, ubi velis passis velut in mari navigavimus, a vento impellente promoti. Hic mihi Antimachi poëtae versus in mentem venit, qui ait alicubi:

Per silvestre illis navi venientibus aequor.

Eluctati tamen silvam, ad aquam pervenimus, ubi similiter demissa navi per puram pellucidamque aquam navigavimus, donec ad hiatum consisteremus magnum ex aqua discedente ortum, ut in terra saepe videramus a motu illius factas discessiones. Navis quidem nostra vela nobis contrahenti-

p. 156. παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι. ὑπερκύψαντες δὲ ἡμεῖς, ἑωρῶμεν βάθος ὅσον σταδίων χιλίων, μάλα φοβερὸν καὶ παράδοξον· εἱστήκει γὰρ τὸ ὕδωρ ὥςπερ μεμερισμένον· περιβλέποντες δὲ, ὁρῶμεν κατὰ δεξιὰ οὐ πάνυ πόῤῥωθεν [h]) γέφυραν ἐπεζευγμένην [i]) ὕδατος συνάπτοντος τὰ πελάγη κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, κᾀκ [k]) τῆς ἑτέρας θαλάττης ἐς τὴν ἑτέραν διαῤῥέοντος. προσελάσαντες οὖν ταῖς κώπαις, κατ' ἐκεῖνο [l]) παρεδράμομεν, καὶ μετὰ πολλῆς ἀγωνίας ἐπεράσαμεν, οὔποτε προς-
44 δοκήσαντες. Τοὐντεῦθεν [*]) ἡμᾶς ὑπεδέχετο πέλαγός τε προσηνὲς, καὶ νῆσος οὐ μεγάλη, εὐπρόσιτος [m]), συνοικουμένη [n])· ἐνέμοντο δὲ αὐτὴν ἄνθρωποι ἄγριοι, Βουκέφαλοι, κέρατα

quuntur, ex Aug. restituere placuit, assentiente *Schaefero* Melett. p. 96. qui ab α praecedente elisam esse negationem suspicatur. h) περιβλέποντες δὲ, ὁρῶμεν κατὰ δεξιὰ οὐ πάνυ πόῤῥωθεν] Vulgo sic: περιβλ. δὲ κατὰ δεξιὰ, ὁρῶμεν πόῤῥωθεν. *Οὐ πάνυ* interserunt Codd. 2954. Aug. et Gorl. probata *Belino* et *Schaefero* p. 97. et recepta a *Schm.* Iidem illi Codd. mutatum verborum ordinem dederunt, probantibus iisdem. Sed κατὰ δεξίαν in 2954. quod *Schm.* in δεξιὰν mutatum admisit, referens in Tom. II. p. XLV. sic etiam in Aug. et Gorl. legi, quum Augustano certe Codici *Schaeferus* l. l. κατὰ δεξιὰ adscribat. Uter rectius tradat, non definiam. Quidquid autem sit, a vulgata lectione in hac quidem voce non putabam recedendum esse. Ceterum *Schaeferus* maluit δ' ἑωρῶμεν, quamobrem, non plane perspicio. i) ἐπεζευγμένην] ὑπεζ. Aug. k) κᾀκ] ἐκ idem reprobante *Schaefero*. l) κατ' ἐκεῖνο] „Nihil hic variare Edd. notat *Solanus*.“ *) τοὐντεῦθεν] ἐντεῦθεν 2954. et 3011. m) εὐπρόσιτος] „εὐπροσίτως] Ita esse in J. *Fl.* B. 2. H. *Par.* et S. notat Solanus. Etiam Ald. 1. (et 2.) sic habet, et *Fr.*“ Sed conjecturam *Solani* et *Gesneri* confirmant Aug. et Gorl. Cf. Adnot. n) συνοικουμένη] ἐνοικ. conj. *Reitz.*

bus *non* facile stetit, cum parum abfuisset, quin deferretur. Nos vero capitibus porrectis despicientes, profundum videbamus vel mille stadiorum, terribile admodum atque admirandum. Stabat enim velut divisa aqua. Circumspicientes *videmus ad dextram haud admodum procul* pontem injunctum ex aqua, quae jungeret utriusque pelagi summas oras, et ex uno mari in alterum transflueret. Huc igitur agitantes *navim* remis cursum fleximus, multoque labore trajecimus, quod nunquam speraveramus. Hinc excepit nos mare placidum et insula non magna, accessu facilis, habitata. Habebant illam homines feri, Bucephali [*Tauricipites*],

ἔχοντες, οἷον παρ᾽ ἡμῖν τὸν Μινώταυρον ἀναπλάττουσιν. p. 157.
ἀποβάντες δὲ, προήειμεν o) ὑδρευσόμενοι, καίτοι καὶ σιτίου p) ληψόμενοι, εἴποθεν q) δυνηθείημεν· οὐκ ἔτι γὰρ εἴχομεν· καὶ ὕδωρ μὲν αὐτοῦ πλησίον εὕρομεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐνεφαίνετο, πλὴν μυκηθμὸς πολὺς οὐ πόῤῥωθεν ἠκούετο· δόξαντες οὖν ἀγέλην εἶναι βοῶν, κατ᾽ ὀλίγον προχωροῦντες, ἐπέστημεν τοῖς ἀνθρώποις. οἱ δὲ ἰδόντες ἡμᾶς, ἐδίωκον, καὶ τρεῖς μὲν τῶν ἑταίρων λαμβάνουσιν· οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὴν θάλατταν κατεφεύγομεν. εἶτα μέντοι πάντες ὁπλισάμενοι (οὐ γὰρ ἐδόκει ἡμῖν ἀτιμωρήτους περιϊδεῖν τοὺς φίλους) ἐμπίπτομεν τοῖς Βουκεφάλοις, τὰ κρέα τῶν ἀνῃρημένων διαιρουμένοις· φοβήσαντες δὲ, πάντας r) ἐδιώκομεν, καὶ κτείνομέν γε ὅσον πεντήκοντα, καὶ ζῶντας αὐτῶν δύο λαμβάνομεν, καὶ αὖθις ὀπίσω ἀνεστρέφομεν s), τοὺς αἰχμαλώτους ἔχοντες· σιτίον μέντοι οὐδὲν εὕ-

Sed vid. Adnot. o) προήειμεν] Ita *Gesn.* conj. et *Schm.* edidit, edere certe volebat, assentientibus Codd. 2954. 3011. Gorl. et Aug. pro vulg. προςήειμεν. p) καίτοι καὶ σιτίου] καὶ σιτία, omisso καίτοι, 2954. 3011. Gorl. *Bel. Schm.* At vid. Adnot. q) εἴποθεν] εἴποτε 2954. et 3011. r) φοβήσαντες δὲ, πάντας] βοήσαντες δὲ πάντες 2954. 3011. *Bel. Schm.* Et Gorl. habet βοήσαντες. Mihi quidem displicebat πάντες ob praecedentia εἶτα μέντοι πάντες ὁπλ., βοήσαντες autem non possum non pro glossemate genuinae lectionis habere. s) ἀνεστρέφομεν] ἀνεστρέψαμεν 2954. Gorl. Aug. inepte: origo vitii in seq. εὕρομεν quaerenda.

cornua habentes, qualem apud nos fingunt Minotaurum. Cum exscendissemus, aquatum perreximus, *quamquam* etiam ciborum aliquid, si possemus, ablaturi: nihil enim amplius habebamus. Et aquam quidem ibi in proximo inveniebamus, aliud vero nihil apparebat, praeterquam quod mugitus multus non ex longinquo audiebatur. Cum igitur boum gregem esse putaremus, paullum progressi, stamus apud homines. At illi conspectos nos persequuntur; ac tres quidem sociorum nostrorum comprehendunt: reliqui vero ad mare confugimus. Deinde universi armis captis, neque enim placebat inultos negligere amicos, irruimus in Bucephalos, carnes interfectorum dividentes; atque in terrorem conjectos universos persequimur, eorumque circiter quinquaginta interficimus, duosque capimus vivos. Sic revertimur cum captivis: cibi vero nihil in-

p. 137. ρομεν· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι παρῄνουν ἀποσφάττειν τοὺς παρειλημμένους [t]). ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδοκίμαζον, ἀλλὰ δήσας, ἐφύλαττον αὐτοὺς, ἄχρι δὴ ἀφίκοντο παρὰ τῶν Βουκεφάλων πρέσβεις [u]), ἀπαιτοῦντες [x]) ἐπὶ λύτροις τοὺς συνειλημμένους· συνίεμεν γὰρ αὐτῶν διανευόντων, καὶ γοερόν τι μυκωμένων, ὥσπερ
p. 138. ἱκετευόντων· τὰ λύτρα [y]) δ' ἦν τυροὶ πολλοὶ, καὶ ἰχθῦς ξηροὶ, καὶ ἔλαφοι τέτταρες, τρεῖς ἑκάστη πόδας ἔχουσα, δύο μὲν τοὺς ὄπισθεν [z]), οἱ δὲ πρόσω ἐς ἕνα συμπεφύκεσαν [a]). ἐπὶ τούτοις ἀποδόντες τοὺς συνειλημμένους, καὶ μίαν ἡμέραν ἐπιμείναντες, ἀνήχθημεν. Ἤδη δὲ ἰχθύες [b]) τε ἡμῖν ἐφαίνοντο, καὶ ὄρνεα παρεπέτετο, καὶ ἄλλα ὁπόσα γῆς πλησίον οὔσης ση-

t) παρειλημμένους] *qui hosti se dediderant*, ut οἱ παραληφθέντες ἄνδρες ap. *Polyb.* III, 69, 2. Iujuria itaque negat *Belinus* verbum παραλαμβάνειν de *bello captis* dici; majori etiam injuria *Schmiederus* τοὺς εἰλημμένους edidit e 2954. et 3011. De urbibus in deditionem acceptis etiam frequentissimus est verbi a librariis h. l. neglecti usus. u) πρέσβεις] πρεσβεῖς *Reitz.* et recentt. πρέσβεις Edd. vett. recte, ut πρέσβεων Phalar. II, 1. Πρεσβεὺς, quam formam *Conr. Reitz.* in Indice posuit, nihili esse nunc constat. x) ἀπαιτοῦντες] temere *Belinus* damnat in gratiam lectionis 2954. et 3011. αἰτοῦντες, quod illud in *victos* cadere negat. Cadit autem non minus certe, quam quod mox sequitur ἀποδόντες de *victoribus* dici poterat. y) λύτρα] λῦτρα falso *Reitz.* et recentt. Rectam formam praebent Edd. vett. ut Diall. Deor. IV, 2. et Prom. s. Cauc. c. 21. z) δύο μὲν τοὺς ὄπισθεν] δύο μὲν τοὺς ὀπίσω 3011. δύο μέντοι ὀπίσω 2954. prave. a) συμπεφύκεσαν] συνεπεφύκεσαν 3011. Aug. et Gorl. *Belino* probante. At cf. supra c. 1. extr. e. a. b) ἰχθύες] ἰχθῦες omnes priores, nec hoc sine ratione. Sed ἰχθύες constanter in libris omnibus scriptum exstat Diall. Marr. VIII, 1. supra I, 31. et De Dea Syr. c. 47.

veneramus. Reliqui igitur hortabantur, ut captos interficeremus: ego vero hoc non probavi, sed vinctos asservavi, dum venirent a Bucephalis legati, qui pretio comprehensos repeterent. Intelligebamus quippe illos innuere, ac lugubre quiddam, suppliciter rogantium instar, mugire. Pretium vero redemtionis erant casei multi, et sicci pisces, et cepae, et cervi quatuor, trium singuli pedum, cum binos quidem posteriores haberent, priores autem in unum coalitos. Pro his cum reddidissemus captivos, et diem unum morati essemus, solvimus. Jamque pisces in conspectum venire, et circumvolare aves, aliaque, quotquot sunt

μεῖα προὐφαίνετο [c]). μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ἄνδρας εἴδομεν και- p. 133.
νῷ τρόπῳ ναυτιλίας χρωμένους· αὐτοὶ γὰρ καὶ ναῦται καὶ νῆες
ἦσαν. λέξω δὲ τοῦ πλοῦ τὸν τρόπον· ὕπτιοι κείμενοι ἐπὶ τοῦ
ὕδατος, ὀρθώσαντες τὰ αἰδοῖα, (μεγάλα δὲ φέρουσιν,) ἐξ
αὐτῶν ὀθόνην πετάσαντες, καὶ ταῖς χερσὶ τοὺς ποδεῶνας κα-
τέχοντες, ἐμπίπτοντος τοῦ ἀνέμου, ἔπλεον. ἄλλοι δὲ μετὰ τού-
τους, ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι, ζεύξαντες δύο δελφῖνας ἤλαυ-
νόν τε, καὶ ἡνιόχευον [d])· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεσύροντο [e]) τοὺς
φελλούς. οὗτοι ἡμᾶς οὔτε ἠδίκουν, οὔτε ἔφευγον, ἀλλ' ἤλαυ-
νον ἀδεῶς τε, καὶ εἰρηνικῶς, τὸ εἶδος τοῦ ἡμετέρου πλοίου
θαυμάζοντες, καὶ πάντοθεν περισκοποῦντες. Ἑσπέρας δὲ ἤδη 139. 46
προσήχθημεν νήσῳ οὐ μεγάλῃ· κατῳκεῖτο δὲ αὕτη ὑπὸ γυναι-
κῶν, ὡς ἐνομίζομεν, Ἑλλάδα φωνὴν προϊεμένων· προσῄεσαν
γὰρ, καὶ ἐδεξιοῦντο, καὶ ἠσπάζοντο, πάνυ ἑταιρικῶς κεκοσ-
μημέναι, καλαὶ πᾶσαι, καὶ νεανίδες, ποδήρεις τοὺς χιτῶνας
ἐπισυρόμεναι. ἡ μὲν οὖν νῆσος ἐκαλεῖτο Καβαλοῦσα [f])· ἡ δὲ

c) προὐφαίνετο] προφαίνεται 3011. et 2954. quod temere praefert *Belinus*, sic distinguens verba: καὶ ἄλλα, ὁπόσα — προφαίνεται, quum sic sint distinguenda: καὶ ἄλλα προὐφαίνετο, ὁπόσα γῆς etc. int. ἐστί. Quam quidem rectam esse rationem vel illud docet, quod auctor non ὁπόσα ἄλλα scripsit, sed ἄλλα ὁπόσα. d) ἡνιόχευον] ἡνιόχουν 2954. et 3011. probante *Belino*, nescio, qua de caussa. e) ἐπεσύροντο] ἐπεφέροντο iid. quod *Belino* glossema esse videtur. f) Κα-

terrae propinquae signa, apparere. Paullo post videmus viros novo navigandi genere utentes. Iidem enim et nautae erant et naves. Dicam vero navigationis rationem. Supini in aqua jacentes pudenda erigunt: habent autem luculenta. Ex his porro velum pandentes, manibusque tenentes funes veli inferiores, vento implente navigabant. Alii post hos insidentes in suberibus, duos delphinos junctos agebant regebantque habenis, qui progressi traherent post se subera. Hi neque injuria nos afficiebant, neque fugiebant, sed sine metu et pacate juxta nos inequitabant, speciem navigii nostri admirati, et perspicientes undique. Vespera jam ingruebat, cum appulimus ad insulam non magnam. Habitatur ea a mulieribus, ut putabamus, Graece loquentibus. Accedentes enim nos prensabant et complectebantur, ornatae more meretricio, formosae omnes et juvenculae, talaria vestimenta trahentes. Insula

p. 139. πόλις αὕτη, Ὑδαμαρδία [g]). λαβοῦσαι [h]) δ' οὖν ἡμᾶς αἱ γυναῖκες, ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε, καὶ ξένον ἐποιεῖτο. ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς, (οὐ γὰρ χρηστὰ ἐμαντευόμην,) ἀκριβέστερόν τε [i]) περιβλέπων, ὁρῶ πολλῶν ἀνθρώπων ὀστᾶ καὶ κρανία κείμενα· καὶ τὸ μὲν βοὴν ἱστάναι, καὶ τοὺς ἑταίρους συγκαλεῖν, καὶ ἐς τὰ ὅπλα χωρεῖν, οὐκ ἐδοκίμαζον. προχειρισάμενος δὲ τὴν μαλάχην, πολλὰ ηὐχόμην αὐτῇ [k]) διαφυγεῖν ἐκ τῶν παρόντων κακῶν. μετ' ὀλίγον δὲ, τῆς ξένης διακονουμένης, εἶδον τὰ σκέλη οὐ γυναικὸς, ἀλλ' ὄνου ὁπλάς· καὶ δὴ
p. 140. σπασάμενος [l]) τὸ ξίφος, συλλαμβάνω τε αυτὴν [m]), καὶ δήσας, περὶ τῶν ὅλων ἀνέκρινον· ἡ δὲ, ἄκουσα μὲν, εἶπε δὲ ὅμως, αὐτὰς μὲν εἶναι θαλασσίους γυναῖκας, Ὀνοσκελέας προσαγορευομένας, τροφὴν δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους. ἐπειδὰν γὰρ, ἔφη, μεθύσωμεν αὐτοὺς, συνευνηθεῖσαι, κοιμωμένοις ἐπιχειροῦμεν. ἀκούσας δὲ ταῦτα, ἐκείνην μὲν

βαλοῦσα] „Alii ἐκβαλοῦσα *Coll.*" Κοβαλοῦσα *Guyet.* Καββαλοῦσα *Solan.* Κασαλβαδοῦσα *Belin.* g) Ὑδαμαρδία] „Alii Ὑδαμὴ *Coll.* Nihil mutant Edd." Ὑδαμαυρία (volebat forte Ὑδραμαυρία) *Gesn.* Ὑδραμαδία Aug. et Gorl. in quo posteriore etiam deest αὕτη. h) λαβοῦσαι] „Sic Edd. omnes. διαλαχοῦσαι marg. A. 1. W. et P. διαλακοῦσι *Angl.*" i) τε] abest ab Aug. k) αὐτῇ] αὐτὸς 2954. l) καὶ δὴ σπασάμενος] καὶ διασπασάμενος idem. m) συλλαμβάνω τε αὐτὴν] συλλαμβάνωι ταύτην idem.

vocabatur Cabalusa [*Dejiciens*], urbs autem Hydamardia [*Aquescentia*]. Assumtos igitur nos mulieres suam quaeque domum deducere, suumque sibi facere hospitem. Ego autem cunctatus paullum, cui nihil boni praesagiret animus, et circumspiciens accuratius, video multorum hominum ossa jacere et crania. Et clamorem quidem tollere, et convocare socios, atque ad arma ire, non placuit. Malvam autem depromtam multis verbis obsecravi, ut effugere liceret ex malis praesentibus. Non ita multo post autem ministrante hospita, video illius non mulieris crura, sed ungulas asini. Hic stricto ense illam comprehendo, vinctamque de rebus omnibus interrogavi. Illa invita quidem, sed dicit tamen, se marinas esse mulieres, Onosceleas [*Asinicruras*] vocari: cibum sibi parare ex advenientibus hospitibus: *inebriatos enim*, inquit, *sopitosque in lectum adscitae invadimus.* His auditis, il-

κατέλιπον αὐτοῦ δεδεμένην, αὐτὸς δὲ ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ στέγος, p. 140.
ἐβόων τε, καὶ τοὺς ἑταίρους συνεκάλουν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, τὰ
πάντα ἐμήνυον αὐτοῖς, καὶ τά τε ὀστᾶ ἐδείκνυον, καὶ ἦγον
εἴσω [n]) πρὸς τὴν δεδεμένην· ἡ δὲ αὐτίκα ὕδωρ ἐγένετο, καὶ
ἀφανὴς ἦν. ὅμως δὲ τὸ ξίφος εἰς τὸ ὕδωρ καθῆκα πειρώμενος·
τὸ δὲ αἷμα ἐγένετο. Ταχέως οὖν ἐπὶ ναῦν κατελθόντες, ἀπε- 47
πλεύσαμεν· καὶ ἐπεὶ ἡμέρα ὑπηύγαζε, τήν τε ἤπειρον ἀπο-
βλεπόμενοι, εἰκάζομεν εἶναι τὴν ἀντιπέραν τῇ ὑφ' ἡμῶν οἰκου-
μένῃ κειμένην. προςκυνήσαντες δὲ [o]) καὶ προςευξάμενοι, περὶ
τῶν μελλόντων ἐσκοποῦμεν, καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει ἐπιβᾶσι μό-
νον, αὖθις ὀπίσω ἀναστρέφειν· τοῖς δὲ, τὸ μὲν πλοῖον αὐτοῦ
καταλιπεῖν, ἀνελθόντας δὲ εἰς [p]) τὴν Μεσόγαιαν πειραθῆναι
τῶν ἐνοικούντων. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλογιζόμεθα, χειμὼν σφο-
δρὸς ἐπιπεσὼν, καὶ προςαράξας [q]) τὸ σκάφος τῷ αἰγιαλῷ,
διέλυσεν· ἡμεῖς δὲ μόλις ἐξενηξάμεθα, τὰ ὅπλα ἕκαστος, καὶ
εἴ τι ἄλλο οἷός τε ἦν ἁρπασάμενοι. Ταῦτα μὲν οὖν [r]) τὰ μέχρι

n) εἴσω] ἔσω Aug. o) δὲ] δ' οὖν idem. p) εἰς] ἐς idem. q) προςαράξας] „προςαῤῥάξας Edd. Sed conf. 1. Ver. Hist. c. 30. fin." Unde patebit, quam parum sibi *Reitzius* constiterit. r) οὖν] vulgo omissum cum *Schm.* restitui e 2954. *Schol.* et Aug.

lam quidem vinctam ibi relinquo: conscenso autem tecto, clamore convoco socios: congregatis indico omnia, ossa ostendo, intra eos deduco ad vinctam. At illa statim in aquam diffluens, conspectum nostrum effugit. Tamen experimenti caussa in ipsam aquam demitto gladium: hic aqua in sanguinem abiit. Celeriter itaque ad navem digressi solvimus. Cum illucesceret, continentem conspicimus, quam conjicimus eam esse, quae ex adversum nostro orbi trans *Oceanum* jacet. Adoratione hic votisque peractis, quid deinde facto opus esset, deliberamus. Atque aliis videbatur, post brevem descensum, iterum nos retro redire; aliis autem, relicta ibi nave pergere versus mediterranea, atque tentare inhabitantes. Dum ista disputamus, tempestas valida ingruens, et litori allidens navigium, illud dissolvit. Nos vix, arma quisque sua, et si quid forte aliud quis posset, eripientes, enatamus. Haec sunt, quae usque ad *adventum in* alteram illam tellurem contigere mihi in mari, et per naviga-

p. 140. τῆς ἑτέρας γῆς συνενεχθέντα μοι ἐν τῇ θαλάττῃ, καὶ παρὰ τὸν πλοῦν ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ἐν τῷ ἀέρι, καὶ μετὰ ταῦτα [s]) ἐν τῷ κήτει, καὶ ἐπεὶ ἐξήλθομεν, παρά τε τοῖς ἥρωσι, καὶ τοῖς
p. 141. ὀνείροις, καὶ τὰ τελευταῖα, παρὰ τοῖς Βουκεφάλοις, καὶ ταῖς Ὀνοσκελέαις· τὰ δ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις διηγήσομαι.

s) μετὰ ταῦτα] μετ᾽ αὐτὰ 2954.

tionem, in insulis, et in aëre, et post haec in ceto, et cum inde exiissemus, tum apud Heroas, tum inter Somnia, itemque extrema illa apud Bucephalos et Onosceleas: quae vero in *illa altera* tellure *gesta sint*, ea proximis libris persequar.

ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ. p. 141.

ARGUMENTUM.

Ἀνῆλθέ τις εἰς τὴν ἀκρόπολιν a), ὡς b) ἀποκτενῶν τὸν τύραννον· καὶ c) αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρε. τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποκτείνας, κατέλιπε τὸ ξίφος ἐν τῷ σώματι. ἐλθὼν ὁ τύραννος, καὶ τὸν υἱὸν ἰδὼν d) ἤδη νεκρὸν, τῷ αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. αἰτεῖ ὁ ἀνελθὼν, καὶ τὸν τοῦ τυράννου υἱὸν ἀνελὼν, γέρας, ὡς τυραννοκτόνος.

Ascendit aliquis in arcem, tyrannum interfecturus. Et ipsum quidem non invenit. Sed in filii ipsius a se occisi corpore reliquit gladium. Superveniens tyrannus, conspecto filio jam mortuo, eodem se gladio ipse interemit. Petit ille, qui ascenderat et filium tyranni interfecerat, praemium, ut tyrannicida.

Δύο τυράννους ἀποκτείνας, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μιᾶς ἡμέρας, 1
τὸν μὲν ἤδη παρηβηκότα, τὸν δὲ ἀκμάζοντα, καὶ πρὸς διαδοχὴν τῶν ἀδικημάτων ἑτοιμότερον, ἥκω μίαν ὅμως ἐπ᾽ ἀμφοτέροις αἰτήσων δωρεὰν, μόνος τῶν πώποτε τυραννοκτόνων πλη-

a) *εἰς τὴν ἀκρόπολιν*] ἐς ἀκρόπολιν 2955. b) *ὡς*] „deest in *Fl.*" Et in 2954. et 3011. neque adeo posuit *Schm.* monente *Belino.* Deinceps ἀποκτενῶν recte B. 3, *Reitz.* et *Schm.* sed ἀποκτενὼν vett. Edd. item *Bip.* c) *καὶ*] „deest in C." d) *ἰδὼν*] „εὑρὼν C. Nihil mutant J. *Fl.* H. *Par.*" Nec ceterae.

TYRANNICIDA.

Qui duos eodem die tyrannos interfeci, judices, alterum vigoris annos jam egressum, florentem alterum aetate, et ad injuriarum successionem paratiorem, venio, unum tamen duorum caussa petiturus praemium: unus *ego* omnium, qui unquam fuere, tyrannicida-

p. 141. γῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσκευασάμενος, καὶ φονεύσας τὸν μὲν
παῖδα τῷ ξίφει, τὸν πατέρα δὲ, τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστορ-
γίᾳ. ὁ μὲν οὖν τύραννος, ἀνθ' ὧν ἐποίησεν, ἱκανὴν [e]) ἡμῖν
δέδωκε τιμωρίαν, ζῶν μὲν, τὸν υἱὸν ἐπιδὼν προανῃρημένον
παρὰ τὴν τελευτὴν, τελευταῖον δὲ ἠναγκασμένος, τὸ παραδο-
ξότατον, αὐτὸς αὑτοῦ γενέσθαι τυραννοκτόνος. ὁ παῖς δὲ ὁ
ἐκείνου τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθα-
p. 142. νὼν πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶν ἔτι [f]) μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ,
2 μετὰ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο. Τὴν μὲν οὖν
τυραννίδα ὁ παύσας εἰμὶ ἐγὼ, καὶ τὸ ξίφος, ὃ πάντα εἴργα-
σται, ἐμόν· τὴν δὲ τάξιν ἐνήλλαξα τῶν φόνων, καὶ τὸν τρό-
πον ἐκαινοτόμησα τῆς τῶν πονηρῶν τελευτῆς· τὸν μὲν ἰσχυρό-
τερον [g]), καὶ ἀμύνασθαι δυνάμενον, αὐτὸς ἀνελών· τὸν γέ-
3 ροντα δὲ μόνῳ παραχωρήσας τῷ ξίφει. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ πε-
ριττότερόν τι ἐπὶ τούτοις ᾤμην γενήσεσθαί μοι παρ' ὑμῶν,
καὶ δωρεὰς λήψεσθαι ἰσαρίθμους τοῖς ἀνῃρημένοις, ὡς ἂν οὐ
τῶν παρόντων ἀπαλλάξας ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν μελ-

e) ἱκανὴν] καὶ ἱκανὴν 3011. f) ζῶν ἔτι] „ζῶντι Edd. omnes. nec ex Codd. quidquam variationis notatum invenio. *Vorst.* ζῶν conjecerat.“ Sic etiam *Jens.* et *Gesn.* Codd. tres Pariss. cum Edd. vett. faciunt, *Bip.* autem et *Schm.* secuti sunt Editionem *Reitz.* g) ἰσχυρότερον] ἰσχυρὸν 2955.

rum, ictu uno malos amolitus duo, qui interfecerim gladio filium, patrem naturali erga filium pietate. Ac tyrannus quidem dignas factis suis poenas nobis dedit, qui vivus adhuc, circa *suae vitae* finem, filium suum ante se interemtum viderit, tandemque, quod maxime admirabile est, suus ipse fieri tyrannicida coactus sit: filius autem illius mea quidem manu periit, sed mortuus tamen alterius mihi caedis fuit minister; qui vivus quidem injuriarum patris socius, post mortem autem suam parentis interfector, quatenus licuit, fuerit. Tyrannidi ergo finem imposui ego, gladius perfector omnium meus est. Ordinem vero caedium immutavi, rationem interitus impiorum excogitavi novam: robustiorem, qui propugnare poterat, ipse confeci; senem soli delegavi gladio. Ergo pro hisce *factis* etiam cumulatius quiddam a vobis mihi datum iri putabam, ac totidem me praemia accepturum, quot interfecti essent, quippe qui non praesentibus modo vos

λόντων h) κακῶν ἐλπίδος, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον παρα- p. 142.
σχὼν, οὐδενὸς παραλελειμμένου i) κληρονόμου τῶν ἀδικημά-
των· μεταξὺ δὲ κινδυνεύω, τοσαῦτα κατορθώσας, ἀγέραστος
ἀπελθεῖν παρ' ὑμῶν, καὶ μόνος στέρεσθαι τῆς παρὰ τῶν νόμων
ἀμοιβῆς, οὓς διεφύλαξα. ὁ μὲν οὖν ἀντιλέγων οὑτοσὶ, δοκεῖ
μοι οὐ κηδόμενος k), ὥς φησι, τῶν κοινῶν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ'
ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι λελυπημένος, καὶ ἀμυνόμενος τὸν ἐκεί-
νοις τοῦ θανάτου αἴτιον γεγενημένον. Ὑμεῖς δὲ ἀνάσχεσθέ 4
μου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς ὀλίγον τὰ ἐν τῇ τυραννίδι,
καίπερ εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς διηγουμένου· καὶ γὰρ τὸ μέγεθος p. 143.
οὕτω μάθοιτ' ἂν τῆς εὐεργεσίας τῆς ἐμῆς, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον
εὐφρανεῖσθε, λογιζόμενοι ὧν ἀπηλλάγητε. οὐ γὰρ ὥςπερ ἄλ-
λοις τισὶν ἤδη συνέβη πολλάκις, ἁπλῆν καὶ ἡμεῖς τυραννίδα,
καὶ μίαν δουλείαν ὑπεμείναμεν, οὐδ' ἑνὸς ὑπηνέγκαμεν ἐπιθυ-
μίαν l) δεσπότου, ἀλλὰ μόνοι τῶν πώποτε τὰ ὅμοια δυςτυχη-

h) *μελλόντων*] *μελόντων Reitz.* operarum culpa. i) *παραλελειμμένου*] *παραλελειμένου Reitz.* qui error e B. 3. profectus et in recentt. Editt. transiit. Ceterae Edd. vett. duplex *μ* exhibent. k) *κηδόμενος*] *φειδόμενος* 2954. l) *ἐπιθυμίαν*] *ἐπιτιμίαν* conj. *Bel.* vertens: *les violences.* Nihil ineptius. Optime habere vulgatam, vel sequentia docere poterant, *καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας βραδύτερος.* Nec fugere quemquam potest, quid in tyranno sit *ἡ ἐπιθυμία.* Ipse *Erasmus* vertit *violentiam*, unde *Belinus* fortassis importunam conjectu-

liberaverim, sed imminentium etiam spe malorum, libertatemque firmam praestiterim, nullo relicto injuriarum herede. Interim in periculum venio, ne post rem praeclare adeo gestam discedam a vobis sine praemio, solusque legum, quas *ab oppressione* servavi, compensatione caream. Ac videtur meus iste adversarius non publicae rei cura, ut videri vult, hoc facere, sed quod dolet interfectis, et ulcisci cupit eum, qui caussa illis mortis fuit. Vos autem, judices, ferte me quaeso paullulum, dum vobis, accurate licet scientibus, ea, quae sunt in tyrannide, enarro: sic enim et magnitudinem beneficii mei cognoscetis, et ipsi magis gaudebitis, cogitantes, quibus *malis* liberati sitis. Neque enim, ut aliis saepe contigit, simplicem nos quoque tyrannidem, et servitutem unam sustinuimus. nec unius cupiditatem domini toleravimus, sed soli omnium, qui unquam in simili calamitate vixere, duos pro u–

p. 143. σάντων, δύο ἀνθ᾿ ἑνὸς τυράννους εἴχομεν, καὶ πρὸς διττὰ οἱ δυστυχεῖς ἀδικήματα διῃρούμεθα. μετριώτερος δὲ ὁ πρεσβύτης ἦν παραπολὺ, καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ἠπιώτερος, καὶ πρὸς τὰς κολάσεις ἀμβλύτερος, καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας βραδύτερος [m]), ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡλικίας τὸ μὲν σφοδρότερον τῆς ὁρμῆς ἐπεχούσης, τὰς δὲ τῶν ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγούσης· καὶ πρός γε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀδικημάτων ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἄκων προῆχθαι [n]) ἐλέγετο, οὐ πάνυ τυραννικὸς αὐτὸς ὢν, ἀλλ᾿ εἴκων ἐκείνῳ· φιλότεκνος γὰρ ἐς ὑπερβολὴν ἐγένετο, ὡς ἔδειξε, καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο, καὶ ἠδίκει ὅσα κελεύοι [o]), καὶ ἐκόλαζεν οὓς προστάττοι, καὶ πάντα ὑπηρέτει, καὶ ὅλως, ἐτυραννεῖτο ὑπ᾿ αὐτοῦ, καὶ δορυφόρος τῶν τοῦ παιδὸς ἐπιθυ-
p. 144. μιῶν ἦν. Ὁ νεανίας δὲ, τῆς μὲν τιμῆς παρεχώρει καθ᾿ ἡλικίαν ἐκείνῳ, καὶ μόνου ἐξίστατο τοῦ τῆς ἀρχῆς ὀνόματος· τὸ δ᾿ ἔργον τῆς τυραννίδος καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ἦν. καὶ τὸ

ram suam desumsit. m) ἀμβλύτερος — βραδύτερος] Unum in alterius locum transponendum censet *Jacobs.* in Specim. Emendd. p. 29. satis quidem ingeniose. Verum non opus est emendatione. Conferatur Jupiter *ἀμβλυώττων πρὸς τὰ γιγνόμενα* Timon. c. 2. n) προῆχθαι] Ita facile mutabam vulgatum *προσῆχθαι*, monente *Dorvillio* ad *Charit.* p. 813. ed. Lips. qui videndus. Flagitabat hanc emendationem etiam Lucianeus usus. o) κελεύοι] „Sic recte B. 2. (et 3.) et S. *κελεύει* male J. *Fl. Ald.* H. et *Par.*“ Soloecismum in Optativis *κελεύοι* et *προστάττοι* inesse somnians corrigi admodum imperite jubet *Belinus* *ἐκέλευε* et *προσέταττε.*

no habuimus tyrannos, inter duplices miseri injurias distracti fuimus. Moderatior autem multo erat senex, placidiorque ad iras, et ad supplicia hebetior, tardiorque ad cupiditates, cum vehementiores impetus cohiberet aetas, et voluptatum appetitiones frenaret. Quin ad initia injuriarum a filio praeter voluntatem diceba-tur impulsus, qui non tyrannico ipse ingenio esset, sed illi concederet, vir supra modum amans liberorum, quod *suo exitu* comprobavit. Omnia ipsi filius, illi obsequi: quidquid ille imperaret, injuste agere: quos juberet ille, supplicio afficere: omnia illi ministrare. Tandem sub illius erat tyrannide, satelles erat cupiditatum filii. At juvenis aetatis respectu honore isti cessit, soloque imperii nomine abstinuit: res quidem ipsa tyrannidis et caput ipse fuit: ut fida esset

μὲν πιστὸν καὶ ἀσφαλὲς, ἀπ' αὐτοῦ παρεῖχε τῇ δυναστείᾳ· τὴν p. 144.
δ' ἀπόλαυσιν μόνος ἐκαρποῦτο τῶν ἀδικημάτων. ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς δορυφόρους συνέχων, ὁ τὴν φρουρὰν κρατύνων, ὁ τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων [p]), ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν ἐκεῖνος, ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν [q]), ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις [r])· ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο, καὶ εἴ τινες σφαγαὶ [s]), καὶ εἴ τινες φυγαὶ, καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις, καὶ βάσανοι, καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα τολμήματα ἦν νεανικά. ὁ γέρων δ' ἐκεῖνος ἠκολούθει, καὶ συνηδίκει, καὶ ἐπῄνει μόνον τὰ τοῦ παιδὸς ἀδικήματα, καὶ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἀφόρητον καθειστήκει· ὅταν γὰρ αἱ τῆς γνώμης ἐπιθυμίαι τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν προςλάβωσιν, οὐδένα ὅρον ποιοῦνται τῶν ἀδικημάτων. Μάλιστα δὲ ἐκεῖνο 6
ἐλύπει, τὸ εἰδέναι μακρὰν, μᾶλλον δὲ ἀΐδιον, τὴν δουλείαν ἐσομένην, καὶ ἐκ διαδοχῆς παραδοθησομένην τὴν πόλιν, ἄλλοτε [t]) ἄλλῳ δεσπότῃ, καὶ πονηρῷ [u]), κληρονόμημα γενησόμενον τὸν δῆμον· ὡς τοῖς γε ἄλλοις οὐ μικρά τις ἐλπὶς αὕτη,

p) ἐκκόπτων] ἐγκόπτων conj. *Reitz.* At vid. Adnot. q) ἀνασπῶν] ἀποσπῶν conj. *Gesn.* haud dubie vera lectio. Vid. Adnot. r) τοῖς γάμοις] τοὺς γάμους 3011. male. s) καὶ εἴ τινες σφαγαὶ] desunt in Gorl. t) ἄλλοτε] καὶ ἄλλοτε conj. *J. Seager.* Class. Journ. Fasc. XV. p. 151. non male. u) πονηρῷ] πονηρὸν cum κληρονόμημα conjunctum 3011. pessime.

et secura potentia, a se praestitit. Fructum autem injuriarum solus ille percepit. Ille erat, qui satellites contineret, qui firmaret praesidia, qui subjectos tyrannidi excideret, qui insidiantes terreret, qui spadones faceret adolescentulos, qui contumelia nuptias afficeret: ad hunc deducebantur virgines: et si quae caedes, si qua exsilia, et bonorum ereptiones, et tormenta, et contumeliae, omnia haec ausa erant juvenilia. Senex autem ille obsequi, injuriae socius esse, laudare solum filii sui injusta facinora. Intolerabilem nobis hanc rem esse, *inter omnes* constabat. Cum enim cupiditates animi ab imperio nanciscuntur insuper potentiam, modum nullum injuriarum faciunt. Maxime vero illud nos angebat, quod sciremus, longam, potius vero aeternam, futuram servitutem, et successione quadam traditum iri urbem; alii post alium domino, eique malefico, obventurum hereditate populum. Itaque

p. 144 τὸ λογίζεσθαι, καὶ πρὸς αὑτοὺς λέγειν, ἀλλ' ἤδη παύσεται, ἀλλ' ἤδη τεθνήξεται, καὶ μετ' ὀλίγον ἐλεύθεροι γενησόμεθα. ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο, ἀλλ' ἑωρῶμεν ἤδη ἕτοιμον τὸν τῆς ἀρχῆς διάδοχον. τοιγαροῦν οὐδ' ἐπιχειρεῖν τις
p. 145 ἐτόλμα τῶν γεννικῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐμοὶ προαιρουμένων, ἀλλ' ἀπέγνωστο παντάπασιν ἡ ἐλευθερία, καὶ ἄμαχος ἡ τυραννὶς
7 ἐδόκει, πρὸς τοσούτους ἐσομένης τῆς ἐπιχειρήσεως. Ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ταῦτ' ἐφόβησεν, οὐδὲ τὸ δυςχερὲς τῆς πράξεως λογισάμενος ἀπώκνησα, οὐδὲ πρὸς τὸν κίνδυνον ἀπεδειλίασα. μόνος δὲ, μόνος πρὸς οὕτως ἰσχυρὰν καὶ πολλὴν τὴν τυραννίδα, μᾶλλον δὲ οὐ [x]) μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ξίφους ἀνῄειν τοῦ συμμεμαχημένου, καὶ τὸ μέρος συντετυραννοκτονηκότος [y]), πρὸ ὀφθαλμῶν μὲν τὴν τελευτὴν ἔχων, ἀλλαξόμενος δὲ ὅμως τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς [z]). ἐντυχὼν δὲ τῇ πρώτῃ φρουρᾷ, καὶ τρεψάμενος οὐ ῥᾳδίως τοὺς δορυφόρους, καὶ τὸν ἐντυγχάνοντα κτείνων, καὶ τὸ ἀνθιστάμενον πᾶν δια-

x) οὐ] Olim οὐδὲ legebatur. Quod nos recepimus, desumtum est e Codd. 2954. 3011. et Gorl. Praeiverant autem *Bip.* et *Schm.* y) συντετυραννοκτονηκότος] συντετυραννηκότος 3011. vitiata h. l. vox. z) σφαγῆς τῆς ἐμῆς] „Sic J. *Fl.* H. *Par.* etc. σφαγαῖς ταῖς ἐμαῖς *Marcil.*"

(*nam*) caeteris quidem non parva illa spes, cum sic ducunt rationem, et apud animum suum dicunt: *Verumtamen jam desinet, verumtamen jam mortuus erit, et paullo post liberi nos erimus.* In illis vero tale nihil quidquam sperabatur, sed paratum jam videbamus imperii successorem. Igitur nec manum admovere operi quisquam ausus est generosorum *alioquin hominum*, qui eadem, quae ego, cogitabant: sed spes omnis libertatis abjecta, invicta videbatur tyrannis, cum adversus ita multos conandum esset. Me vero ista non terruerunt, neque difficultate operis perpensa conatum abjeci neque ad periculi conspectum metu resilii: sed solus, solus, *inquam*, ad validam adeo et multiplicem tyrannidem, quin non solus, sed gladio meo comitatus escendi, qui auxilio mihi fuit, et pro sua parte tyrannum una interfecit, mortem prae oculis cum haberem, caede tamen mea communem libertatem redemturus. Cum autem in primum praesidium incidissem, nec sine difficultate in fugam vertissem satellites, interfecto si quis occurreret, et quidquid ob-

φθείρων, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἔργων ἱέμην [a]), ἐπὶ τὴν p. 145.
μόνην τῆς τυραννίδος ἰσχὺν, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἡμετέρων
συμφορῶν. καὶ ἐπιστὰς τῷ τῆς ἀκροπόλεως φρουρίῳ, καὶ ἰδὼν
γεννικῶς ἀμυνόμενον καὶ ἀνθιστάμενον, πολλοῖς τραύμασιν,
ὅμως ἀπέκτεινα. Καὶ ἡ μὲν τυραννὶς ἤδη καθῄρητο, καὶ πέ- 8
ρας εἶχέ μοι τὸ τόλμημα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, πάντες ἦμεν [b])
ἐλεύθεροι, ἐλείπετο δ' ὁ γέρων ἔτι μόνος, ἄνοπλος, ἀποβε-
βληκὼς τοὺς φύλακας, ἀπολωλεκὼς τὸν μέγαν ἐκεῖνον αὐτοῦ
δορυφόρον, ἔρημος, οὐδὲ γενναίας ἔτι χειρὸς ἄξιος. ἐνταῦθα
τοίνυν πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὰ τοιαῦτα ἐλογιζό-
μην [c]), πάντ' ἔχει μοι καλῶς, πάντα πέπρακται, πάντα κα-
τώρθωται [d]), τίνα ἂν ὁ περίλοιπος κολασθείη τρόπον; ἐμοῦ p. 146.
μὲν γὰρ ἀνάξιός ἐστι, καὶ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπ'
ἔργῳ λαμπρῷ, καὶ νεανικῷ, καὶ γενναίῳ ἀνῃρημένος, καται-
σχύνων κἀκείνην [e]) τὴν σφαγήν. ἄξιον δέ τινα δεῖ ζητῆσαι
δήμιον, ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαί—

a) ἱέμην] Sic recte *Reitz.* et recentt. pro eo, quod vett. Edd. habent, ἵέμην. Vid. Diall. Deor. XII, 1. ibique adnot. nostram Tom. II. p. 321. sq. b) ἦμεν] Ita *Bip.* et *Schm.*, jubente *Belino*, e 3011. et Gorl. rescripsi pro vulg. μέν. c) ἐλογιζόμην] Ita 2955. et 3011. vulg. ἐλογισάμην. d) κατώρθωται] κατόρθωται B. 1. 3. *Reitz.* et recentt. vitiose. Rectam formam tuitae sunt A. 1. et 2. Et infra c. 75. recte in omnibus legitur κατώρθωσε. e) κἀκείνην] ἐκείνων 2955.

staret trucidato, ad ipsum caput operum ivi, ad solum robur tyrannidis, ad calamitatum nostrarum argumentum. Imminens igitur huic arcis ipsius praesidio, videns illum fortiter pro se propugnantem et resistentem, multis vulneribus, interfeci tamen. Atque ipsa quidem tyrannis jam destructa erat, finem *suum* habuit meus mihi conatus. Ab eo inde tempore omnes eramus liberi: supererat senex solus, inermis, amissis custodibus, amisso magno illo suo satellite, desertus, forti manu jam non amplius dignus. Hic igitur talia, judices, apud me agitabam. Bene jam habent mihi omnia: perfecta sunt omnia: feliciter, ut oportebat, omnia acta sunt. Quemadmodum vindicabitur ille relictus? Me quidem, et hac dextra indignus est, maxime si post facinus ita clarum, et juvenile, et generosum interficiatur, et illam quoque caedem dehonestet. Quaerendus autem est dignus illo

p. 146. νειν [f])· ἰδέτω, κολασθήτω, παρακείμενον ἐχέτω τὸ ξίφος· τούτῳ τὰ λοιπὰ ἐντέλλομαι. ταῦτα βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἐκποδὼν ἀπηλλαττόμην· τὸ δὲ [g]), ὅπερ ἐγὼ προὐμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι.

9 Πάρειμι οὖν κομίζων ὑμῖν τὴν δημοκρατίαν, καὶ θαῤῥεῖν ἤδη προκηρύττων ἅπασι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν εὐαγγελιζόμενος. ἤδη οὖν ἀπολαύετε τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. κενὴ μὲν, ὡς ὁρᾶτε, πονηρῶν ἡ ἀκρόπολις, ἐπιτάττει δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ τιμᾷν ἔξεστι, καὶ δικάζειν, καὶ ἀντιλέγειν κατὰ τοὺς νόμους, καὶ πάντα ταῦτα γεγένηται δι᾽ ἐμὲ ὑμῖν, καὶ διὰ τὴν τόλμαν τὴν ἐμήν· κἀκ τοῦ ἑνὸς ἐκείνου φόνου, μεθ᾽ ὃν οὐκ ἔτι ζῆν πατὴρ ἐδύνατο. ἀξιῶ δ᾽ οὖν ἐπὶ τούτοις, τὴν ὀφειλομένην δοθῆναί μοι παρ᾽ ὑμῶν δωρεὰν, οὐ φιλοκερδὴς, οὐδὲ μικρολόγος τὶς ὢν, οὐδ᾽ ἐπὶ μισθῷ τὴν πατρίδα εὐεργετεῖν προῃρημένος, ἀλλὰ βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ, καὶ μὴ διαβληθῆναι, μηδ᾽ ἄδοξον γενέσθαι τὴν ἐπιχείρησιν τὴν ἐμὴν, ὡς ἀτελῆ καὶ γέρως ἀναξίαν κεκριμένην.

10 Οὑτοσὶ

f) *μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν*] *μηδ᾽ ἐὰν ταύτην κερδαίνειν* emendari vult *Seager*. Sed vid. Adnot. g) *τὸ δὲ*] Ita *Jens.* conjecerat; vere sic habet Gorl. Vulgo autem legunt ὁ δέ. Modo *ἐκ ποδῶν* B. 1. et 3. *ἐκποδὼν* rectius cett.

carnifex: neque post calamitatem aequum est, eam istum lucrifacere. Videat: puniatur: adjacentem habeat gladium: huic mando reliqua. Hoc capto consilio, ipse e vestigio discessi. At ille, quod divinaveram, perfecit, occidit tyrannum, finem meae actioni imposuit. Adsum igitur, portans vobis populi imperium, et bono animo esse jubens universos, et laetum de libertate nuntium adferens. Jam ergo fructum percipitis meorum operum: vacua, ut videtis, malis arx est: imperat nemo; sed honore afficere licet, et in jus ire, et contra dicere secundum leges. Atque haec omnia mea vobis opera contigerunt, perque meam audaciam, et ex una illa caede, post quam vivere pater non amplius potuit. Peto igitur pro his debitum dari mihi a vobis praemium, non lucri cupidus aut sordidus, qui mercede inductus bene de patria mereri voluerim; sed quod firmari mihi volo praemio isto rem bene gestam, nec detrahi de illa, aut ingloriam reddi susceptam a me actionem, velut imperfectam indignamque

δὲ ἀντιλέγει, καὶ φησὶν, οὐκ εὔλογον ποιεῖν με τιμᾶσθαι θέ- p. 146.
λοντα, καὶ δωρεὰν λαμβάνειν. οὐ γὰρ εἶναι τυραννοκτόνον [h]), p. 147.
οὐδὲ πεπρᾶχθαί μοι τὶ κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ᾽ ἐνδεῖν [i]) τι τῷ ἔργῳ τῷ ἐμῷ, πρὸς ἀπαίτησιν τῆς δωρεᾶς. πυνθάνομαι τοίνυν αὐτοῦ, τί λοιπὸν ἀπαιτεῖς παρ᾽ ἐμοῦ [k]); οὐκ ἐβουλήθην; οὐκ ἀνῆλθον; οὐκ ἐφόνευσα; οὐκ ἠλευθέρωσα; μή [l]) τις ἐπιτάττει [m]); μή τις κελεύει; μή τις ἀπειλεῖ δεσπότης; μή τις με τῶν κακούργων διέφυγεν; οὐκ ἂν εἴποις· ἀλλὰ πάντα εἰρήνης μεστὰ, καὶ πάντες οἱ νόμοι, καὶ ἐλευθερία σαφὴς, καὶ δημοκρατία βέβαιος, καὶ γάμοι ἀνύβριστοι, καὶ παῖδες ἀδεεῖς, καὶ παρθένοι ἀσφαλεῖς, καὶ ἑορτάζουσα τὴν κοινὴν εὐτυχίαν ἡ πόλις. τίς οὖν ὁ τούτων ἁπάντων αἴτιος; τίς ὁ ἐκεῖνα μὲν παύσας, τὰ δὲ [n]) παρεσχημένος; εἰ γάρ τις ἐστὶ [o]) τῶν [p]) πρὸ ἐμοῦ τιμᾶσθαι δίκαιος, παραχωρῶ τοῦ γέρως, ἐξίσταμαι τῆς δωρεᾶς. εἰ δὲ μόνος ἐγὼ πάντα διεπραξάμην, τολμῶν,

h) τυραννοκτόνον] τυραννοκτόνος male 2955. i) ἐνδεῖν] ἐνδεῖ 3011. et τι τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν 2954. neutrum recte. k) παρ᾽ ἐμοῦ] „παρ᾽ ἡμῶν *Fl.*" Sic et 2954. et 3011. l) μὴ] in μῶν et hic, et postea, mutandum censet *Bel.* ignorans quippe vim particulae μὴ interrogativam. m) ἐπιτάττει] „ἐπιτάττῃ *Fl.*" n) τὰ δὲ] Sic scribi jussit *Jacobs.* pro vulg. τά δε. o) ἐστὶ] „ἐστι sine accentu J." p) τῶν] παρὼν *Jacobs.* πω aut tale quid reponendum, aut omnino omittendum, judicat *Gesner.* Vid. Adnot.

judicatam praemio. At iste contradicit, et praeter rationem facere me ait, qui honorari postulem, et accipere praemium: neque enim esse me tyrannicidam, neque peractum a me quidquam secundum legem; sed deesse aliquid operi meo ad id, ut postulare praemium possim. Interrogo igitur illum, Quid reliquum a me poscis? non volui? non escendi? non interfeci? non liberavi? numquis imperat? numquis jubet? numquis dominus minatur? numquis me maleficorum effugit? Non sane dixeris. Sed pace omnia plena, et leges *valent* omnes, et libertas liquida, et firmum populi imperium, et matrimonia contumeliis non obnoxia, et liberi metus expertes, et virgines securae, et communis felicitatis caussa festos dies agit civitas. Quis igitur auctor horum omnium? quis est, qui istis omnibus finem imposuit, haec praestitit? Si quis enim est prae me dignus honore, cedo illi praemio, renuntio mu–

p. 147. κινδυνεύων [q]), ἀνιὼν [r]), ἀναιρῶν, κολάζων, δι' ἀλλήλων
τιμωρούμενος, τί μου διαβάλλεις τὰ κατορθώματα; τί δὲ [s])
11 ἀχάριστον πρός με [t]) τὸν δῆμον ποιεῖς εἶναι; Οὐ γὰρ αὐτὸς
ἐφόνευσας τὸν τύραννον· ὁ δὲ νόμος τυραννοκτόνῳ δίδωσι τὴν
δωρεάν. διαφέρει δὲ, εἰπέ μοι, τὶ [u]), ἢ αὐτὸν ἀνελεῖν, ἢ
τοῦ θανάτου παρασχεῖν τὴν αἰτίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ, οὐδὲν, οἶ-
μαι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁ νομοθέτης εἶδε [x]), τὴν ἐλευθερίαν,
τὴν δημοκρατίαν, τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν· τοῦτ' ἐτίμησε,
τοῦτ' ἄξιον ἀμοιβῆς ὑπέλαβεν, ὅπερ οὐκ ἂν εἴποις, μὴ δι'
ἐμὲ γεγενῆσθαι. εἰ γὰρ ἐφόνευσα, δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύ-
p. 148. νατο [y]), αὐτὸς εἴργασμαι τὴν σφαγήν· ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ
ἐκείνου. μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τε-
λευτῆς, μηδ' ἐξέταζε, ὅπως [z]) ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰ μηκέτ'

q) κινδυνεύων] καὶ κινδυνεύων (κινδύνων imprudenter, puto, tradit *Bel.*) 3011. et 2954. r) ἀνιὼν] Sic jam correxeram vulgo vitiatam formam ἀνιῶν, quum vidi *Seagerum* quoque ita scribi velle. Respondet nempe superiori ἀνῆλθον in eod. cap. s) δὲ] δαὶ 3011. *Bel. Schm.* t) πρός με] Ita vett. Edd. πρὸς μὲ ex suo arbitrio *Reitz.* et recentt. Vid. supra Hermot. c. 19. in. ibique Adnot. u) τὶ] τί omnes priores Edd. At requiritur *aliquid*, non *quid?* x) εἶδε] „οἶδε] ex L. εἶδε Edd.“ Perperam *Reitz.* et recentt. praetulerunt vocem nullius sensus. Unice quadrat εἶδε, *respexit, consideravit.* Quae et *Jacobsii* est sententia. y) οὐκ ἐδύνατο] οὐχὶ δύνατο 2955. monstrum lectionis. z) ὅπως] „ὅπερ male S. et *Ald.* (?) ὅπως recte J. H. B. (i. e. *Bas.* 1. et 3.)

neri. Sin solus ego perfeci omnia, audendo, periculum subeundo, adscendendo, interficiendo, puniendo, alterum alterius opera ulciscendo, quid calumniaris res praeclare a me gestas? quid populum, ut ingratus adversum me sit, inducis? *Neque enim*, inquit, *tyrannum ipsum interemisti: at lex tyrannicidae decernit praemium.* Interestne autem, dic mihi, *aliquid*, utrum quis ipsum interfecerit, an caussam illi mortis praebuerit? Equidem nihil puto; sed hoc solum legislator spectavit, libertatem, potestatem populi, liberationem ab injuriis. Hoc honoravit, hoc dignum judicavit praemio, quod sane mea opera factum non negaveris. Si enim *eum* interfeci, propter quem *interfectum* iste vivere *jam* non potuit, caedem ipse patravi. Caedes mea est, illius manus. Noli igitur tenuiter porro disputare de genere mortis, neque exquire, quomodo per-

ἐστίν; εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει; ἐπεὶ κἀκεῖνο προςεξετά- p. 148.
σειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ [a]) τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ [b]), εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον, τὴν ἀνάγκην τῆς τελευτῆς παρέχων, ἀπῄτεις ἂν καὶ τότε παρ' ἐμοῦ αὐτόχειρα τὴν σφαγήν; ἢ ἐνδεῖν ἔλεγές μοι τι πρὸς τὸν νόμον; καὶ ταῦτα, χαλεπώτερον τοῦ κακούργου πεφονευμένου; ἓν μόνον ἐξέ- p. 149.
ταζε, τοῦτο ἀπαίτει, τοῦτο πολυπραγμόνει, τίς τῶν πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα, καὶ εἰρηνικὰ, συκοφαντοῦντός ἐστι τῷ τρόπῳ τῶν πεπραγμένων χρώμενον [c]), ἀποστερεῖν
ἐθέλειν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις δωρεάν. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο 12
μέμνημαι διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις, ἐκτὸς εἰ μὴ διὰ τὴν πολλὴν δουλείαν ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττὰς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε

Par. etc." *Aldina* utraque habet ὅπως, et prior quidem compendio, altera plane, scriptum. a) τῳ] τῷ B. 1. 3. A. 1. 2. recte emendaverat *Reitz.* secutis recentt. b) δὲ] δαὶ 3011. *Belin. Schm.* c) χρώμενον] *Gesner.* conjecit, quod in Gorl. alia manu supra scriptum reperitur.

ierit? sed utrum esse desierit? utrum a me illud habeat, quod desierit? Alioquin illud etiam quaesiturus videris, et calumniaturus bene meritos, si quis non ferro, sed lapide, aut fuste, aut alio modo interfecerit. Quid vero si fame expugnassem tyrannum, objecta illi necessitate moriendi, numquid tum etiam a me reposceres caedem manu mea factam, aut deesse aliquid mihi diceres ad legem? idque, licet difficiliori mortis genere interfectus sit maleficus? Quin tu unum solum exquire; illud reposce; circa illud curiosus esto: quis impiorum relictus sit? aut quae metus suspicio? aut quod calamitatum monumentum? Si vero pura omnia, et pacata; calumniatoris est, modo et ratione facinoris ad hoc uti velle, ut intercipias praemium laboribus propositum. Quin ego hoc etiam diserte dictum in legibus memini, nisi per longam servitutem eorum, quae dicuntur, oblitus sum, caussas mortis esse duplices, si quis ipse interfecit; aut si ipse quidem non interfecit, neque manu perpetravit opus; coë-

p. 150. δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου· τὰ ἴσα [d]) καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα [e]) δικαίως. οὐ γὰρ [f]) ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἧσσον [g]) γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας [h])· καὶ περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς *). εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα [i]), κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον δικαιοῖς [k]); καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις; τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ [l]) τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν,
13 οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτο [m]) ἔπραξα, ἠκολούθησε δέ τι τέλος ἄλλως χρηστὸν, ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. τί γὰρ ἔτι ἐδεδίειν, τοῦ ἰσχυροτέρου πεφονευμένου; τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ, εἰ μὴ πάντως τὸ ἐσόμενον αὐτὸ προεμαν-

d) τὰ ἴσα] in vett. Edd. excepta B. 2. male cum antecedd. conjungebatur, colo post φόνου omisso, et commate post ἴσα posito. Rectiorem rationem *Reitz.* et recentt. secuti sunt. e) μάλα] „καὶ μάλα L. et *Marc.* deest καὶ in Edd.“ Omnino haec verba μάλα δικαίως etc. usque ad γίγνεσθαι desunt in Gorl. qui hinc pergit: τῷ τῆς ἀδείας. Vid. Adnot. f) οὐ γὰρ] „καὶ γὰρ marg. A. 1. W. ut conjecit *Marc.*“ g) ἧσσον] „Ita restituimus ex L. et P. ἴσον enim Edd.“ μεῖζον mavult *Dorvill.* ad *Charit.* p. 255. h) ἀδείας] ἀδεῖας A. 2. αἰτίας conj. *Markland.* ad *Lys.* XII. p. 563. *) τῆς σφαγῆς] Verba καὶ περιττὰ — σφαγῆς *Wielandio* suspecta visa. i) ἀποκτείνοντα] ἀποκτείναντα conj. *Reitz.* et prius jam *Jens.* k) δικαιοῖς] ἀξιοῖς 2954. l) τούτῳ] „τοῦτον *Marc.* et *Forst.* male. τούτῳ servant J. *Fl.* B. 2. H. *Par.* etc.“ m) ἁπλῶς αὐτὸ] ταῦτα ἁπλῶς 2954.

git autem, et caussam caedis praebuit: aequaliter hunc etiam ipsum lex censet vicissim debere puniri: juste sane. Non enim voluit ipso facto (*ipsius*, *qui fecit*,) minorem esse *suppeditatam plenam faciendi* facultatem (*securitatem*). Caeterum supervacuum est quaerere de modo caedis. Deinde (*Ergone*) eum, qui ita interfecit, punire ut homicidam justum arbitraris, et nullo modo vis dimitti; eum vero, qui eadem plane, qua hic, ratione beneficio urbem affecit, non iisdem, quibus *alios* bene meritos *praemiis* dignum censes? Neque enim illud possis dicere, me simpliciter illud *ac temere* fecisse, consecutum autem aliunde finem bonum praeter meam voluntatem. Quid enim amplius metuebam, interfecto, qui erat fortior? Quid vero gladium in jugulo reliqui, nisi omnino, quod futurum erat,

τευόμην; ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φῂς, ὡς οὐ τύραννος ὁ τεθνεὼς p. 150.
ἦν, οὐδὲ ταύτην εἶχε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ δωρεὰς ἐπ' αὐτῷ
πολλὰς, εἰ ἀποθάνοι, ἡδέως ἂν ὑμεῖς ἐδώκατε. ἀλλ' οὐκ ἂν p. 151.
εἴποις. εἶτα, τοῦ τυράννου πεφονευμένου [n]), τῷ τὴν αἰτίαν
παρασχόντι τῆς σφαγῆς, οὐκ ἀποδώσεις τὴν δωρεάν; ὢ τῆς
πολυπραγμοσύνης! μέλει δέ σοι, πῶς ἀπέθανεν, ἀπολαύοντι
τῆς ἐλευθερίας; ἢ τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα, περιτ-
τότερόν τι προσαπαιτεῖς [o]); καίτοι ὅ γε νόμος, ὡς φῂς, τὸ
κεφάλαιον ἐξετάζει τῶν πεπραγμένων· τὰ διὰ μέσου δὲ [p]) πάν-
τα ἐᾷ, καὶ οὐκ ἔτι πολυπραγμονεῖ. τί γάρ; καὶ οὐχὶ [q]) ἐξε-
λάσας τὶς τύραννον, ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνου; καὶ μά-
λα δικαίως· ἐλευθερίαν γὰρ κἀκεῖνος ἀντὶ δουλείας παρέσχη-
ται. τὸ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον, οὐ φυγὴ, οὐδὲ δευτέρας
ἐπαναστάσεως ἐλπὶς, ἀλλὰ παντελὴς καθαίρεσις, καὶ πανωλε-
θρία παντὸς τοῦ γένους, καὶ ῥιζόθεν τὸ δεινὸν ἅπαν ἐκκεκομ-
μένον. Καί μοι, πρὸς θεῶν, ἤδη ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος, εἰ δο- 14

n) πεφονευμένου] πανεληλυθότος addit 2955. sed ἀνεληλυθότος 3011. unde *Belinus* suadet τῷ ἀνεληλυθότι καὶ τὴν αἰτίαν etc. nimium haud dubie tribuens alieno additamento. o) προσαπαιτεῖς] προσαιπαιτεῖς *Reitz.* typorum vitio. p) τὰ διὰ μέσου δὲ] τὰ δὲ διὰ μέσου 3011. *Belin. Bip. Schm.* q) καὶ οὐχὶ] οὐχὶ καὶ conj. *Seager.* Class. Journ. Fasc. XV. p. 152. non male. Sed vide tamen *Hindenburg.* ad *Xenoph.* Memorr. II, 5, 16.

divinavi? Nisi forte hoc dicis, tyrannum non fuisse, qui periit, neque illam habuisse appellationem, neque vos de ipso, si moreretur, praemia plura libenter fuisse daturos. *Verum non dixeris.* Tum tu, caeso tyranno, ei, qui caussam illi caedis praebuit, praemium non reddes? Vah curiositatem! Curas autem, quomodo mortuus sit, cum libertate fruaris? an ab eo, qui populo restituit imperium, amplius quid postulas? Quamquam lex quidem, ut ais, caput factorum exquirit; quae vero in medio sunt, relinquit omnia, nec amplius curiosa est. Quid enim? nonne etiam qui expulit tyrannum, jam praemium tyrannicidae accepit? Et juste quidem. Libertatem enim et ipse pro servitute praestitit. At meum factum non exsilium, non novae metus invasionis; sed perfecta undique destructio, et plenus universi generis interitus, radicitusque malum omne exstirpatum. Et jam mihi,

p. 151. κεῖ, πάντα ἐξετάσατε. εἴ τι τῶν πρὸς τὸν νόμον παραλέλειπται, καὶ εἰ ἐνδεῖ τι [r]) τῶν προσεῖναι ὀφειλόντων τυραννοκτό-
p. 152. νῳ. πρῶτα μὲν δὴ γνώμην προϋπάρχειν χρὴ γενναίαν, καὶ φιλόπολιν, καὶ πρὸ τῶν κοινῶν κινδυνεύειν ἐθέλουσαν, καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν ὠνησομένην. ἆρ' οὖν πρὸς τοῦτο ἐνεδέησα, ἐμαλακίσθην, ἢ προειδόμενός τινα τῶν διὰ μέσου κινδύνων ἀπώκνησα; οὐκ ἂν εἴποις, μένε τοίνυν ἐπὶ τούτου ἔτι μόνου, καὶ νόμιζε τοῦ θελῆσαι μόνον, καὶ τοῦ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρηστὸν ἀποβεβήκει, ἔκ γε [s]) τῆς γνώμης αὐτῆς καταστάντα [t]) με, γέρας ἀξιοῦν, ὡς εὐεργέτην λαμβάνειν. ἐμοῦ μὲν οὐ δυνηθέντος, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ τετυραννοκτονηκότος, ἄλογον, εἰπέ μοι, ἢ ἄγνωμον ἦν παρασχεῖν; καὶ μάλιστα εἰ ἔλεγον, ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος [u]) ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι, τί ἂν ἀπεκρίνω τότε; Νῦν δὲ, οὐ τοῦτό φημι,

r) τι] vulgo omissum, praeeuntibus *Bip.* et *Schm.* recepi e 2954. s) ἔκ γε] „ex L. (imo ex P. ut *Solanus* certe in Adnot. refert) ἔκ τε Edd." t) καταστάντα] παραστάντα conj. *Guyet.* u) ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος] ἐπειράθην, τῆς γνώμης μόνης μόνος *Solan.* interpungi et corrigi voluit. Sed vid. Adnot.

obsecro, ab initio inde usque ad finem, exquirite, si videtur, omnia, si quid eorum, quae ad legem *implendam* pertinent, praetermissum sit: et si quid desit eorum, quae inesse in tyrannicida debent. Primo sane animum ante adesse oportet generosum, et amantem civitatis, et pro publica re periclitari volentem, et sua morte salutem multitudinis emturum. Numquid igitur ad hoc defeci, emollitus sum, aut praeviso aliquo eorum, quae intervenire solent, periculorum, conatum abjeci? Non dixeris. Mane vero in hoc jam solo, et puta me voluntatis solius et consilii hujus, etsi utile *patriae* non evenerit, et de *solo* ipso animo consistentem, postulare praemium, ut bene meritum, accipere. Si igitur non potuissem, alius autem post me interfecisset tyrannum, absurdum, dic mihi, aut irrationabile fuerit praestari *mihi praemium?* inprimis si dicam, Viri, cogitavi, volui, conatus sum, experimentum animi dedi: solus honore dignus sum: quid tum mihi respondeas? Jam vero non hoc dico, sed etiam escen-

ἀλλὰ καὶ ἀνῆλθον, καὶ ἐκινδύνευσα, καὶ μυρία πρὸ τῆς τοῦ p. 152.
νεανίσκου σφαγῆς ἐποίησα [x]). μὴ γὰρ οὕτω ῥᾷστον, μηδ'
εὔχερὲς ὑπολάβητε εἶναι τὸ πρᾶγμα, φρουρὰν ὑπερβῆναι, καὶ
δορυφόρων κρατῆσαι, καὶ τρέψασθαι τοσούτους μόνον· ἀλλὰ
σχεδὸν τὸ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ, καὶ τὸ κεφάλαιον
τῶν ἔργων, τοῦτό ἐστιν. οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος μέγα
καὶ δυσάλωτον καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φρουροῦντα
καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα· ἃ τις ἂν νικήσῃ, πάντα οὗτος
κατώρθωσε, καὶ τὸ λοιπὸν, ὀλίγον. τὸ δὲ δὴ ἄχρι τῶν τυράν-
νων προσελθεῖν [y]), οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ οὐχὶ τῶν περὶ αὐ-
τοὺς φυλάκων, καὶ δορυφόρων ἁπάντων κεκρατηκότι, κἀκεί-
νους ἅπαντας προνενικηκότι. οὐδὲν ἔτι προστίθημι, ἀλλ' ἐπὶ p. 153.
τούτων αὖθις μένω· φυλακῆς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα,
τὸν τύραννον, ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀπέδωκα· τιμῆς
ἄξιος ἐπὶ τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν
φόνον; Ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδ' 16
ἀναίμακτός [z]) εἰμι, ἀλλ' εἴργασμαι μεγάλην καὶ γενναίαν σφα-

x) ἐποίησα] ἐπόνησα conj. *Wyttenbach.* Epist. Crit. p. 45. bene quidem. Verum et vulgata bene habet. y) προσελθεῖν] προελθεῖν, *procedere*, *progredi*, mallet *Seager.* l. c. supra c. 13. At multo rectius supra c. 4. προσῆχθαι in προῆχθαι mutatum. H. l. etiam praestat προσελθεῖν, meo quidem sensu. z) ἀναίμακτος] „Sic J. *Ald.* (1. et 2.) *Fl. Fr.* B. 2. (et 1. et 3.)

di, periclitatus sum, et sexcenta ante caedem juvenis feci. Nolite enim putare, facillimum adeo, et proclive esse negotium, praesidia superare, satellites vincere, tot homines in fugam conjicere unum: sed maximum fere in tyrannicidio, et caput operum hoc est. Neque enim sane tyrannus ipse magnum quiddam est, captuque et confectu adeo difficile; sed ea, quae custodiunt, continentque tyrannidem, quae si quis vicit, omnia ille praeclare confecit; parvum quiddam est, quod superest. Accedere autem ad tyrannos mihi non contigit, nisi superatis devictisque prius, quos circa se habebant, custodibus, satellitibusque universis. Nihil jam adjicio; sed in hoc rursus maneo. Praesidium superavi, vici satellites: tyrannum custodibus exui, inermem, nudum reddidi. Num propter haec honore dignus tibi videor: an insuper caedem a me poscis? Verum si caedem quoque poscis, neque haec deest:

p. 153. γῆν, νεανίσκου ἀκμάζοντος, καὶ πᾶσι φοβεροῦ, δι' ὃν ἀνεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ᾧ μόνῳ ἐθάῤῥει, ὃς ἀντὶ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων. ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιος, ὦ οὗτος, δωρεᾶς, ἀλλ' ἄτιμος ἐπὶ τηλικούτοις γένωμαι; τί γὰρ, εἰ δορυφόρον ἕνα, τί δὲ [a]), εἰ ὑπηρέτην τινὰ τοῦ τυράννου ἀπέκτεινα; τί δ', εἰ οἰκέτην τίμιον; οὐ μέγα ἂν ἔδοξε καὶ τοῦτο, ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις, φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τοῦ τυράννου φίλων; νῦν δὲ καὶ τὸν πεφονευμένον αὐτὸν ἰδέ [b]). υἱὸς ἦν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος, καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος, καὶ κολαστὴς ὠμότερος, καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος· τὸ δὲ μέγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων, καὶ διάδοχος, καὶ ἐπιπολὺ παρατεῖναι τὰς ἡμετέρας
17 συμφορὰς δυνάμενος. Βούλει τοῦτο μόνον πεπρᾶχθαί *) μοι; ζῆν δ' ἔτι τὸν τύραννον διαπεφευγότα; γέρας δὴ ἐπὶ τούτοις αἰτῶ· τί φατέ; οὐ δώσετε; οὐχὶ κἀκεῖνον ὑφεωρᾶσθε; οὐ

S. ἀναίμωτος *Par.* H. 1. et 2. in qua ἀναίμωτος correxerat *Gesn.* Hanc variationem *Solanus* omisit." a) τί δὲ] τί δ' sola B. 1. b) ἰδὲ] In prioribus omnibus ἴδε. Sed vide Diall. Marr. I, 3. ibique Var. Lect. Tom. II. p. 96. *) πεπρᾶχθαί] Ita correxi vulgatum vitium πεπράχθαι, pro quo et in nonnullis πεπράχθαί, duplici accentu. Cf. supra c. 10. Hermot. c. 45. etc.

e) Ἄρκτος] Scholion hoc manifesto mutilum et corruptum haud difficili opera e rationibus astronomicis et conjecturis satis probabilibus corrigi et expleri possit. Sed operae vix pretium est. Nec certus sis, Scholiasten sic magis ipsum, quam ejus descriptorem, emendari. Id tamen pro meis partibus agendum censebam, ut foedioribus certe, quibus in *Belniana* editione laborabat, vitiis purgarem. *Lehm.*

ρων, ἣν καλοῦσι καὶ ἅμαξαν, καὶ ὁ μὲν μικρὸς λέγεται, ἄρκτοι δὲ δύο τήν τε Ἑλίκην καὶ τὴν κυνοσουράν. Cod. 3011.

Pag. 244. l. 8. καὶ δίπλεθρος ἦν] Τὸ πλέθρον ἔχει πόδας ρ', πήχεις ξστ' f). V.

Pag. 245. l. 8. Οἱ τὸν Σείριον κατοικοῦντες] Σείριον τὸν ἀστέρα λέγει τὸν Κύνα καλούμενον. Σείριον δὲ λέγουσιν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ καύσωνος τῆς ἐπιτολῆς g) αὐτοῦ h) σεσειρέναι τοὺς ἀνθρώπους. V.

Pag. 246. l. 3. Ἑκατέρων οἱ ὄνοι] Γόης, τερατολόγε· οἷς οὐ παρῆσαν ὄνοι, οὐ γὰρ ἐπισημήνω i) τοῦτο, πῶς σαλπιγκταῖς τοῖς οὐχ ὑποῦσιν k) ἐχρῶντο. V.

Ead. l. 9. Ἔπαυσαν ἐγκλίναντες] Γρα. ἔφυγον ἐπικλίναντες. G.

Pag. 247. l. 1. Ὅμηρος] Τὸ σκῶμμα εἰς Ὅμηρον. G.

Ead. l. 10. ὅσον τοῦ Ῥοδίων Κολοσσοῦ] τριάκοντα πηχέων, ἑξήκοντα γὰρ ἦν ὅλος ὁ Κολοσσὸς πηχέων. V.

Pag. 250. l. 1. τὸ τεῖχος καθῃρεῖτο] Σημειοῦ διὰ τὴν σύνταξιν. ὤφειλε γὰρ οὕτως· εὐθὺς δὲ τοῦ τείχους καθαιρεθέντος, ἡμᾶς τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέδοσαν l). ἀλλ' ἐπειδὴ ἱστορία τὸν προκείμενον m) φεύγει τὸν πλαγιασμὸν σαφηνείας n) χάριν. V.

---

f) ξστ'.] In edito erant tantum ξ', i. e. sexaginta. Ego vero ξστ' dedi, i. e. 66, non solum quia *Exc.* G. teste *Solano*, ita habent, sed et πήχεις ξστ'. Cod. V. Nam licet *Suid.* (Edit. meae *Basil.*) vel bis dixisse legatur πλέθρον habere πήχεις ξή, id tamen vitiosum esse et ex sequentibus facile corrigendum adparet; ait enim *Suidas* πλέθρον esse sextam stadii partem. Stadium vero esse quadringentorum cubitorum. Jam dividas 400 in partes sex, prodibunt 66 cum duabus tertiis partibus residuis, cujus residui ratio non habetur, sed numerus rotundus exprimitur. *Reitz.* Cf. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. III. p. 552. *Lehm.*

g) ἐπιτολῆς] „ἐπιπολῆς C. prave."

h) αὐτοῦ] „Αὐτῆς editum erat, et sic V. habet. Sed αὐτοῦ recte C. et *Exc.* G."

i) ἐπισημήνω] „Ita *Solan.* correxit pro vulgato ἐπισημαίνει· idem σαλπιγκταῖς fecit ex vulg. σαλπιγκτοῖς."

k) ὑπάρχουσιν] Ὑποῦσιν editum est; sed ex conjectura monuit idem ὑπάρχουσιν legendum, in quo me facile obsecundantem habuit. *Reitz.* Corrigendi, etsi causam, necessitatem tamen, non vidi. Cf. ipsum *Lucian.* Nigr. c. 37. extr. *Lehm.*

l) ἀπέδοσαν] „Sic scribendum pro edito ἀπέδησαν, bene monuit *Solanus.*"

m) τὸν προκείμενον] N. L. Scripturam V. Cod. expressimus. Impr. habet τοῦ προκειμένου. *Solan.*

n) σαφηνείας] „Σαφηνίας Edit. *Cler.* Sed mutavit eadem manus, quae scholion praecedens."

Ead. l. 15. ἐν ταῖς γαστροκνημίαις] Τοῦτο αἰνιττόμενος τὰ περὶ τὸν Διόνυσον φησί. G.

Pag. 251. l. 4. Γένος ἐστὶ περὶ αὐτοῖς ἀνθρώπων] Σπαρτοὺς λεγομένους ἀποσκώπτει, τοὺς ἐκ δρακοντείων [o]) ὀδόντων ἐκφύντας. V.

Pag. 252. l. 2. λάπτουσι τὸν ἀναθυμιώμενον καπνὸν] Ἡροδότου διασύρει τὸ περὶ Σκυθῶν αὐτῷ [p]) ἱστορούμενον περὶ τῆς βοτάνης, ἧς καιομένης τοῦ ἐκθυμιωμένου καπνοῦ σπῶντες οἱ περικαθήμενοι Σκύθαι τὴν πυρὰν, μεθύειν ὡς ἀπὸ οἴνου λέγονται. V. (C. κάπτουσι· Nihil aliud.)

Pag. 252. l. 8. ἰγνύαις] Ὅτι οὐ μόνον ἰγνύα [q]) ἡ εὐθεῖα εἴρηται [r]) ἀλλὰ καὶ ἡ ἰγνύς. ἀφ' οὗ καὶ γράφεται [s]), ταῖς ἰγνύσι· γαστροκνημία δὲ λέγεται τὸ ἐξόπισθεν τοῦ καλάμου τοῦ σκέλους. V.

Pag. 253. l. 7. πήγνυσθαι] Γρ. πήγνυνται. G.

Ead. l. 14. κλειστή ἐστιν] Εἰς τὸ ὑπό τινων περὶ τῶν θαλαττίων σελαχῶν ἱστορούμενον διαπαίζει. V.

Pag. 258. l. 10. καὶ ἀποβάντες ἐνηχόμεθα] Γρ. καὶ ἀποῤῥίψαντες ἐνηχ. G.

Pag. 259. l. 6. φαλλῶν [t])] Ἐν τῷ περὶ τῆς Συρίης θεοῦ λόγῳ μέμνηται [u]) τῶν φαλλῶν τούτων, ἐξ ὧν καὶ ἀναβαίνουσι λόγῳ ἀσκήσεως. εἰσὶ δὲ οἱ φαλλοὶ οὗτοι τριακοσιῶν ὀργυιῶν τὸ ὕψος. V.

Pag. 260. l. 10. τὰ πυρεῖα συντρίψαντες] Τοὺς πυρεκβολίτας λίθους λέγει [x]). V.

---

o) δρακοντείων] „Δρακοντίων ediderat *Cler.* correxit *Solanus.*"

p) αὐτῷ] „Τοῦτο legebatur; sed mutavit *Solanus.*"

q) ἰγνύα] „C. ἰγνύη."

r) εἴρηται] „C. εὕρηται."

s) γράφεται] Γὰρ pro γράφεται editum erat; at in Exc. G. scriptum est Γρ´, quo compendio utuntur pro γράφεται. Et in V. etiam. *Solan.*

t) φαλλῶν] „Hoc Scholion male olim ad verbum σκόλοπας relatum, jam in sedem suam retractum."

u) μέμνηται] Μίμνηται V. male. Et post φαλλῶν legebatur τινῶν pro τούτων· ac mox iterum τινὲς ante ἀναβαίνουσι, quod, monente *Solano*, delevi, et ὀργυιῶν pro vulgato ὀργειῶν dedi. *Reitz.*

x) λίθους λέγει] Vituperat *Bastius* Epist. Crit. p. 141. tum ipsum Scholiasten, tum, qui eum secuti sunt, interpretes, quod τὰ πυρεῖα de lapidibus interpretati sint, quum de lignis debuissent, quibus ignem suscitaverint veteres, ad hodiernum incolarum terrarum quarundam calidiorum morem, de quo cum historiae *Pauli* et *Virginiae* p. 30. (Ed. anni 1805. sive XI.) comparari

Pag. 267. l. 7. ἐξοπλισάμενοι] Γρα. ἐξαυλισάμενοι. G.

Pag. 271. l. 4. κορύθων ἐδέοντο] Τὸ τοῦ Ὁμήρου διαγελᾷ, περὶ Διομήδους [y]), τὸ Δαῖε οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.

IN VERAE HISTORIAE LIB. II.

Pag. 276. l. 13. πῦρ ἀνακαίοντες] Εἶτα, βωμολόχε, οὐκ ἔμελλεν ὁ πάγος θαλπόμενος τῷ πυρὶ εἰς ὕδωρ αὖθις μεταποιεῖσθαι; καὶ πῶς οὐχὶ κατακλυσθέντες [a]) τέλεον ἀπωλώλειτε [b]); ὥστε ἀπίθανος ἡ πλάσις παρὰ τὸ τῇ φύσει σου πρόσφορον. V.

Pag. 280. l. 7. περιεκέχυτο] ἀντὶ τοῦ περιεῖχεν, ὑπείληφε, περιέβαλλεν, περιελίκμαξεν. V. (περιλίμναξεν. V.)

Pag. 281. l. 3. εὐανθοῦς] Γράφεται εὐάνθητος. (Leg. εὐανθοῦντος, ut in C. exstat.)

Pag. 283. l. 11. αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις [c])] Εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ὁ γόης ἔοικεν ἁγίους προφήτας διαπαίζειν, ἐφ' οἷς οὐ-

---

Bastius jubet Scholiasten *Apollonii Rhodii* I, 1184. haecce tradentem: πυρήϊα δέ φησι ξύλα τινὰ, ἃ παρατρίβοντες πῦρ ἔβαλλον. τούτων δὲ τῶν ξύλων τὸ μὲν ἦν ὕπτιον, ὅπερ ἐκαλεῖτο στορεὺς, τὸ δ' ἕτερον τρυπάνῳ παραπλήσιον. παρατρίβοντες οὖν τῷ τρυπάνῳ τὸν στορέα, ἐν τῷ στρέφειν πῦρ ἐποίουν. ταῦτα οὖν καλεῖ πυρήϊα, ἃ παρατριβόμενα ἀλλήλοις πῦρ ἐγγεννᾷ. Confert idem Criticus etiam *Casaub.* Lectt. Theocritt. cap. 20. et *Schultens.* Origin. Hebr. Tom. I. p. 65. *Lehm.*

y) Διομήδους] pro vulgato Διομήδην· reliquaque ex Hom. in nott. indicato restituta; deerat enim vocabulum πῦρ, et δαῖ ἐοὶ misere scriptum erat. *Reitz.*

---

a) κατακλυσθέντες] „Καταλυσθέντες male in Ed. Correxit *Solanus*, non tamen addens, unde."

b) ἀπωλώλειται] Hoc verbum ut suspectum notaverat idem. conjicio itaque eum maluisse ἀπωλώλει, vel ἀπωλεῖτο. quod non improbem. *Reitz.* In promtu erat unice vera emendatio ἀπωλώλειτε (*perieratis*), quam sine dubitatione in locum barbarae formae ἀπωλώλειται substituebam. *Lehm.*

c) ἡ πόλις] Ad aliena verba antea referebatur hoc Scholium, duce Cod. V. quod et notae *J. Clerici* ansam dedit; quam, quia jam hujus loci non est, omisimus. Adi modo *Apocal.* XXI, 10. et seqq. ut quam haec illis similia sint, videas. *Solan.* Cf. *Krebs.* libr. cit. p. 520. sq. et *Eichstad.* Tom. I. huj. Ed. p. LXXXIII. sq. *Lehm.*

τοι [d]) περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις συνενεχθῆναι ἀλληγορικῶς διεξῆλθον. V.

Pag. 284. l. 8. ἀναφεῖς] Γρ. ἀφανεῖς. G.

Pag. 285. l. 1. οὐδὲ νὺξ] Εἰς τὰ ὑπὲρ Θουλὴν τερατολογούμενα ἐπισκώπτει [e]). V.

Ead. l. 12. ἄρτον ἕτοιμον [f])] Τὸ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς διακωμῳδεῖ. V.

Pag. 286. l. 6. διακονοῦνται] Εἰς τὰ περὶ Βραχμάνων τερατολογούμενα [g]) τῶν Ἀσσυρίων διασύρει. V. (Vid. *Philostr.*)

Pag. 288. l. 5. ἐθεασάμην] Κατὰ κοινοῦ τὸ ἐθεασάμην. V.

Pag. 289. l. 13. τῶν δὲ Στωϊκῶν . . .] Οἷα φὴς περὶ Στωϊκῶν, ἄνθρωπε; G.

Pag. 290. l. 4. τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς] Οὐκ ἀκριβῶς ἄγαν τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς τοῖς Ἐφεκτικοῖς συνάπτει Λουκιανός. V. (συνάπτεις, Λουκιανέ. *Coll.*)

Pag. 291. l. 1. ἦ μὴν] ἀντὶ τοῦ ὄντως. V.

Ead. l. 10. λέγων τοῦτο μάλιστα] Γρ. λέγων τοῦτο μάλιστα. G.

Ead. l. 13. τοῖς πλείστοις] Γρ. τοῖς πολίταις οὐχ Ὅμηρος. G.

Pag. 292. l. 4. κατεγίνωσκον] Σημειοῦ διὰ τὴν σύνταξιν· τὸ γὰρ γινώσκω [h]) γενικῇ συντάσσεται. οἷον καταγινώσκω σου τῆς φλυαρίας. ὁ δὲ αἰτιατικὴν ἀπέδωκεν. κατεγίνωσκον τὴν ψυχρολογίαν. ἤτοι οὖν Ἀττικῶς οὐ συνέταξαν. αὐτοὶ γὰρ καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν τοῦτο φιλοῦσι ποιεῖν τῇ κοινῇ ἐναντιούμενοι [i]) συνηθείᾳ· ἢ τὸ καταγινώσκω ἀντὶ τοῦ γελᾶν ἢ διασύρειν εἴληπται. V.

Ead. l. 11. οὐδὲ τυφλὸς ἦν] Ἱστορεῖ γὰρ τοῦτο Ἡρόδοτος ἐν τῷ τοῦ Ὁμήρου [k]) βίῳ. V.

---

d) οὗτοι] „Οὗτος Edit. *Cler.* Sed οὗτοι recte in V."

e) ἐπισκώπτει] ἐπισκῶπται *Reitz.* Sed emendarunt *Bipp.* et *Schm. Lehm.*

f) ἄρτον ἕτοιμον] Sic pro ἄρτους ἑτοίμους, quod in nostris libris est, V. Codex. *Solan.*

g) τερατολογούμενα] θερατ. *Reitz.* et *Bip.* Sed correxit *Schm. Lehm.*

h) γινώσκω] Exspectabatur καταγινώσκω, deinde ἐπέδωκεν pro ἀπέδ. Forsan etiam συνέταξεν scripsit auctor. Sed tota Grammatici disputatio vaga est; neque adeo correctione dignam censeo. *Lehm.*

i) ἐναντιούμενοι] „Ἐναντιούμενον male Ed. *Cler.*"

k) περὶ τοῦ Ὁμήρου] Περὶ aberat in Edit. Nec magno opere requirerem; sed quia adest in Cod. V. inserere non dubitavi. *Reitz.* Quodsi ibi etiam βίου legatur pro βίῳ, et ego περὶ inse-

Pag. 294. l. 6. παγκρατίου] Τάχα διὰ τὸ πληγαῖς βάλλεσθαι τοὺς πυγμάχους, ὃ ἐκεῖσε ἀγρὸν [l]) παρ᾽ ὅσον ἀπαθὴς ὁ ἐν ᾅδου βίος, ἅτε σωμάτων ἀπηλλαγμένων. V.

Ead. l. 14. Φάλαριν] Οὗτος χαλεπωτάτας [m]) ἐπενόει κολάσεις. (Hoc Scholium sede sua in V. modum, et in II. Vol. Ed. *Amst.* ad *Jov. Trag.* insertum, huic loco, ut et duo sequentia, restituimus. *Solan.*)

Ibid. Βούσιριν] Οὗτος ὠμὸς ἦν ὡς καὶ ἀνθρώπους ἐσθίειν. V.

Ead. l. 15. Διομήδην] Οὗτος ἵππους εἶχεν ἀνθρωποφάγους· καὶ οὓς ἐκράτει ἔβαλλεν αὐταῖς. (Ante hoc Scholium haec legebantur in V. Ἔχετος τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς τιμωρητικώτατος. Sed *Echetus* ille neque hic, neque usquam apud Lucianum conspicitur. *Solan.*)

Pag. 295. l. 5. καὶ Σωκράτης] Τὰ περὶ Σωκράτους ἱστορούμενα διασύρει. V.

Ead. l. 9. παράδεισος] Τῶν ἄκρως βουλομένων ἑλληνίζειν εἰς τὸ νόθον τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς ἀποπέμπουσι τὸ παράδεισος [n]) ὄνομα. V.

Pag. 296. l. 12. ἐπινῶς] Δεῖ γράφειν [o]) ἐπινῶς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπιμανῶς· σημειοῦ δὲ τὸ ἐπινῶς, ἀντὶ τοῦ ἐφελκυστικῶς. ἐπεὶ καὶ τὸ ἐπινάζει τὸ ἐφέλκεται σημαίνει. V.

Pag. 297. l. 7. οὐ παρῆμεν] Οὐ παρῆν, ὡς ἐν ἄλλοις κεῖται, καὶ ἡ τέχνη ζητεῖ. V.

Pag. 298. l. 3. διώκοντες] Γρ. ἐλαύνοντες. G.

Ead. l. 14. ἐποτνιώμην] Γράφεται ἠνιώμην τε καὶ ἐδάκρυον [p]). C.

---

rendum censuerim. Sed donec id ostendatur, περὶ pro inepta voce omittere non dubitabo. *Lehm.*

l) ἀγρὸν] „Ἀναίρετον habet Ed. *Cler.* Sed ex C. correxit *Solanus.* Qui postremam hujus Schol. vocem etiam emendavit, cum legeretur ἀπηλλαγμένος."

m) χαλεπωτάτας] In prioribus erat χαλεποτ. *Lehm.*

n) παράδεισος] Ex *Xenophonte*, *Polluce* et *A. Gellio* notum est vocem hanc esse Persicam et significare *viridarium.* Occurrit etiam in *Ecclesiastae* libro scripto, si viris doctis credimus, post captivitatem. *Cler.* Vid. omnino *Sturz.* Lexic. Xenoph. s. v. et *Schleusner.* Lexic. N. T. et idem in Novo Thes. in LXX. et Apocr. s. h. v. *Lehm.*

o) Δεῖ γράφειν] Οὐ δεῖ σημαίνειν V. Et mox, notante *Gronovio.* Sed quo referam, non video. Nisi forsan a nasutiore aliquo Critico fini praecedentis Scholii hoc adscriptum sit. *Solan.*

p) τε καὶ ἐδάκρυον] „Tria illa posteriora verba ex C. addita in V. deerant."

Pag. 301. l. 5. μείνας δὲ] Ἐνήλλαξε τὴν σύνταξιν· τὸ μέντοι [q]) ταύτης κατὰ τὴν κοινὴν χρησάμενος, τὸ δὲ καὶ Ἀττικίσας. κοινὸν μὲν γὰρ τὸ μείνας ἐκείνην τὴν ἡμέραν, Ἀττικῶς δὲ τὸ τῆς ἐπιούσης. ἦν δὲ καὶ τὸ πρῶτον Ἀττικὸν, εἰ οὕτως εἶπεν, μείνας ἐκείνης τῆς [r]) ἡμέρας. τὸ γὰρ [s]) ἐπὶ μέρους λέγουσιν Ἀττικοί. V.

Ibid. τῇ ἐπιούσῃ] Γρᾶι. τῆς ἐπιούσης, καὶ δοκεῖ Ἀττικώτερον εἶναι. G.

Pag. 302. l. 7. πέτραις τραχέσι] Γράφεται πέτραις καὶ τράχωσι. V.

Pag. 303. l. 2. σκόλοψι [t])] Σκόλοψ, ὀξὺ ξύλον, ὅπερ ἐπηγάγετο τῷ τείχει. παρὰ τὸ κολάπτω, σκόλοψ. ἢ παρὰ τὸ σχίζω σχόλοψ, καὶ σκόλοψ τὸ διεσχισμένον καὶ ἀπεξυμένον ξύλον. G.

Pag. 304. l. 1. καὶ μεγίστας] Εἶτά σοι, βωμολόχε γόης, τὶ ἐποφείλεται τούτων [u]) ἕνεκα. V.

Ead. l. 8. τὸν Ναύπλιον ἀπέπεμψα] Γρᾶι. ἀπέπλευσα. G.

Pag. 305. l. 9. μήκωνες] Καταλλήλως ταῦτα ἐπλάσατο, περὶ τὴν τῶν ὀνείρων πόλιν καθότι ὑπνωτικὰ ταῦτα καὶ ναρκωτικά. V.

Pag. 306. l. 1. δύο μὲν] Ἄγαν ἐμφρόνως πρὸς [x]) τὸ τῆς βλακείας πεδίον ἀποκλίνειν [y]) πεπραγμάτευται, τὰς δύο τῶν ὀνείρων πόλεως πύλας· καὶ τούτων τὴν μὲν σιδηρᾶν εἶναι καὶ καρτε-

---

q) μέντοι] „μὲν Ed. *Cler.*"

r) ἐκείνης τῆς] „Duo ista verba in Edit. deficientia supplevit *Solanus.*"

s) τὸ γὰρ] Lege οὕτω γὰρ τὸ, et conf. Schol. ad *Alex.* ad verba, Τὴν γὰρ σελήνην. *Solan.* Est Schol. ad Alex. c. 35. sed quem in finem id conferri velit *Solanus*, non patet; neque ad rem illustrandam, quae toto coelo differt, neque ad stabiliendam ipsius conjecturam, cui nihil illic in verbis simile. Nisi conjicias, velle *Solanum*, quemadmodum in illo loco pro ὅς καρ, quod Cod. V. habet, scribendum sit οὕτος γὰρ, ita hic pro τὸ γὰρ, οὕτω γὰρ esse refingendum. Verum justo brevius, et minus clare, neque omnino probabiliter, id monuit *Solanus*. *Schmiederus* tamen edidit h. l. οὕτω γὰρ τό. *Lehm.*

t) σκόλοψι] Hoc Scholium in Ed. priori cum IV aliis reperiebatur inter Scholia ad Rhet. Praec. Quae omnia cum ad hunc libellum non pertinerent, suis sedibus singula reddidimus. *Solan.*

u) τούτων] Antea in Impr. legebatur τοῦτο, nullo sensu. Ex V. est illud τούτων. *Solan.*

x) ἐμφρόνως πρὸς] „Ita correxit *Solanus* noster: in edito enim erat ἐμφρόνων καί."

y) ἀποκλίνειν] „Ἐκκλίνειν C."

ρὰν, τὴν δὲ κεραμίνην [z]) καὶ πολὺ τὸ εὔθρυπτον καὶ σαθρὸν ἔχουσαν, ἐπεί τοι καὶ αἱ ἐλπίδες τοῖς ἀργοῖς καὶ βλακώδεσι καὶ ῥαθύμοις αἱ μὲν πάντων κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ ἀμετακίνητον ἐντίκτονται. καὶ οὔποτ' ἂν [a]) μεταβάλλεσθαι πεφυκέναι [b]) ὅσοις περιουσία ἀνθρώποις τὸ τοιοῦτο πάθος ἐνίδρυται, τοῖς δὲ καὶ μετακινηθείη ἂν τὸ τῶν ἐλπίδων ἀστάθμητον, ὅσοις τῷ περιλοίπῳ τῆς ἔμφρονος γνώμης ὀψέ ποτε τοῦ κάρου [c]) ἀνενεγκεῖν περιγίνεται, καὶ τῶν τοιούτων ἀπαλλαγῆναι ματαίων φροντίδων· φιλεῖ γὰρ ἡ ἐπίπαν καταλλήλου τῶν φροντίδων καὶ τὰ ἐνύπνια παρακολουθεῖν. ἄλλως τε καὶ κεραμίνην τὴν πύλην ἐκείνην ἀνέπλασεν, δι' ἧς τὰ φοβερὰ τῶν ἐνυπνίων διέρχεται καὶ φρικώδη. ἅμα γὰρ τῷ ὕπνῳ καὶ αὐτὰ οἴχεται. εἰ δὲ καὶ πλοῦτος καὶ δόξα, τοιαῦτα καὶ τὰ καθ' ὕπνους, ἀλλὰ τὰ μὲν δυσχερῆ τῷ ἀνιῶντι καὶ εἰς [d]) ἀμνηστίαν εὔκολα. τὰ δὲ τερπνὰ καὶ ἐράσμια, τῷ ἥδοντι καὶ εὐφραίνοντι ἐμμενετικά [e]) τε καὶ ἀναπόβλητα. V.

Ead. l. 13. Καρεῶτιν] Ἀπὸ τοῦ κάρου τοῦ ἐπιγινομένου τοῖς ὑπνοῦσι τὴν πηγὴν καταλλήλως ὠνόμασεν [f]). V.

Pag. 307. l. 12. τήν τε] Γρ^αι^. τήν τε αὐτῶν παρασκευὴν μεγαλοπρεπῆ παρασκευάσαντες καὶ ὑπισχνούμενοι. G.

Pag. 309. l. 12. καὶ εἰ σωφρονοίη] Γρ^αι^. καὶ εἰ σωφρονοῖεν καθάπερ Ὀδυσσεὺς πάλαι περὶ αὐτῆς. G.

Pag. 311. l. 9. κελύφη, καρύων] Κελύφανα (leg. κελύφινα) κέλυφος τὸ τοῦ ὠοῦ λέπος. G. (At non *ovi* hic, sed **nucis**, putamen. *Solan.*)

Pag. 312. l. 8. ἐλάθομεν] ἀντὶ τοῦ ἀνεπαισθήτως. V.

Pag. 313. l. 5. πλέοντες ἀπείκομεν] Γρ^αι^. ἀπέσχομεν. G.

---

z) κεραμίνην] „Ed. *Cler.* male κεραμίαν· quod eodem hoc Scholio mox iterum correctum."

a) καὶ οὔποτ' ἂν μ. π.] „I. e. quia abundant ἀνοίας C.

b) πεφυκέναι] „Πέφυκε tantum legebatur in edito; sed mutavit *Solanus.*

c) τοῦ κάρου] „Ita ex V. pro vulgato τῶν καίρου dedit, et mox καταλλήλου pro edito καταλλήλων dedit *Solanus.*"

d) εἰς] „Πρὸς habet C."

e) ἐμμενετικὰ] „ex C. insertum, cum in Edito tantum legeretur νετικά. sed remanet tamen hiatus, finique Scholii adscripserat *Solanus:* Hoc Scholium sic emaculatum, sed adhuc obscurum, aliis enarrandum lubens relinquo."

f) ὠνόμασεν] Hoc Scholium inter *Vossiana* Vol. 2. p. 54. No. 8. erat, ubi ὕπνοις legitur. Sed *Coll.* 5. melius ὑπνοῦσι. *Solan.*

Ead. l. 10. ὁ γὰρ ἱστὸς τῆς νεὼς] Εἰς τὴν Ἀαρὼν ῥάβδον [g]) ὁ παιγνήμων [h]) διαπαίζει. V.

Pag. 314. l. 1. τὸ ἀλλόκοτον] Γράφεται, ἀποστρέψαι τὸ ἀλλόκοτον. V.

Ead. l. 4. ἄβυσσον [i])] ἀντὶ τοῦ ἄπειρον ἔχον βυθόν. V.

Pag. 315. l. 8. διελθόντες] Γράφεται διελθοῦσι. V.

Ead. l. 10. χάσματι μεγάλῳ] Τάχα ὁ κενολόγος εἰς Μωσέα καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαστᾶσαν [k]) κρειττόνων [l]) ἐπιπνοίᾳ ἐπισκώπτων αἰνίττεται. V.

Pag. 319. l. 5. ποδεῶνας] Ὡς ἐπὶ κωδίῳ τὰ ἄκρα τῆς ὀθόνης ποδεῶνας εἴρηκε παίζων κἀνταῦθα [m]). V.

Ead. l. 7. φελλῶν] Φελλὸς [n]) ὄρος ἐν Ἰταλίᾳ ἐν ᾧ γίνονται πεῦκαι ὑπερμεγέθεις. ἐκ δὲ τούτων τῶν δένδρων γίνεσθαι τοὺς φελλοὺς πρὸς κουφισμὸν τῶν σωμάτων. V.

Ead. l. 16. Ἐκβαλοῦσα] Γρ^{αι}. Καβαλοῦσα. G.

---

g) ῥάβδον] Iterum imperite Lucianum incusat Scholiastes: notum enim est hoc desumtum esse ex Bacchi fabula. *Cler. Ovid.* Metamm. III, 660. sq. *Apollod.* III, 5, 1. *Lehm.*

h) παιγνίμων] „παιγνήμων V.“ Quod Scholiastae restituendum putavi, e *Suidae* certe auctoritate. *Lehm.*

i) ἄβυσσον] Hoc et sequens Scholion ad aliena verba relatum, eo quo pertinet, reduxit *Solanus.*

k) διαστᾶσαν] διασᾶσιν *Reitz.* διαστᾶσιν fecerunt, *Belino* monente, *Bipp.* et *Schm.* sed διαστᾶσαν *Schaefer.* Melett. p. 31. qui praeterea haec observat: „Ridiculus homo formula utitur non usurpanda ei, qui Mosen a Luciani sannis defendere vellet.“ *Lehm.*

l) κρειττόνων] Quam apte hanc vocem homo Christianus usurpet, aliis dijudicandum relinquo. Certe Mosem a Luciano peti non credo. *Solan.* At hoc non sane improbabile dicas, si comparaveris Exod. XIV, 21. 22. et XV, 5 — 8. secundum versionem, qua *Luciauus* usus esse videtur, septuaginta Interpretum. *Lehm.*

m) κἀνταῦθα] At vide ποῦ serio ea de re alibi etiam usurpatum, ut Charon. c. 3. et not. *Solan.*

n) Φελλὸς] De hoc Italiae monte nihil, quod equidem rescire potuerim, apud Geographos invenitur. *Plinius* praeterea negat *in tota Italia nasci suber*, Lib. XVI, c. 8. Licet *Theophrastus in Tyrrhenia* nasci scribat Lib. III. c. 16. nisi sit mendum, quod ut suspicer, facit *Plinius* contrarium affirmans, licet legisset hunc *Theophrasti* locum, quem et in quibusdam vertit. Ceterum hic absurde ex piceis suber desumi dicit, cum sint arbores plane diversae. Videtur potius apud Graecos φελλὸς idem significasse ac φλοιὸς, et *suber* κατ' ἀντωνομασίαν dictum *corticem* (ita legitur, pro *cortex*) ut etiam apud Latinos factum, quod observavit in suo Lexico *R. Constantinus*, et post illum *J. Harduinus* ad locum *Plinii* laudatum. *Cler.*

Pag. 320. l. 1. αὕτη Ὑδαμὴ] Γραι. Ὑδαμαρδία. G.

Pag 321. l. 16. Ταῦτα μὲν οὖν μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς] Καὶ τὸ τέλος ψευδέστατον, μετὰ τῆς ἀνυποστάτου ἐπαγγελίας [o]). V.

---

o) ἐπαγγελίας] Finis sane coronat opus. Egregie totius operis veneres exposuit in versionis suae fine *Wielandius*, callidior multo, quam putidus noster Scholiastes, harum rerum judex. *Lehm.*

ADNOTATIONES

IN HERMOTIMUM.

Pag. 3. l. 1. *ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ*) Menecratis hic filius dicitur c. 50. vir, ni per hunc libellum foret, ignotus et obscurus. De Hermotimo Clazomenio dicetur alibi, neque ad eum hic alluditur. Vid. Musc. Encom. c. 7. Solan.

Ead. l. 4. Ἑρμότιμε) In *H.* et Par. nomina propria spiritibus non sunt praedita, pro more literarum quadratarum, in *Junt.* vero aliisque Ἑρμοτ. et similia semper cum suo spiritu, quem retinuimus, quoties non est persona loquens. In personis autem, a quibus sermo inchoatur, omisimus, quod ita ab initio institutum videmus, et sic decet, quia tum omnes literae sunt quadratae. Reitz.

Pag. 4. l. 1. Ὅσον τεκμήρασθαι) *Guyet.* ait: an τὸ ἐστὶν desideratur, an subintelligendum? Posterius verum est, et ἐστὶ recte omittitur: vid. *Aelian.* V. H. XIII, 1. Ὅσον τε ἀψαμένῳ τεκμήρασθαι. Unde simul confirmatur, τεκμήρασθαι recte se habere, et male *Solanum* illud mutatum velle. Usitatius tamen praesens τεκμαίρεσθαι, ut hoc Dial. c. 19. et alibi. Plura autem exempla ellips. τοῦ ἐστὶ post ὅσον, vid. in Ind. *Aeliani.* Quod cum et aliis frequens sit, miror quid *Guyetus* dubitet. Reitz. Cf. ὡς γοῦν εἰκάσαι Charon. c. 22. ὅσον ἐμπίσι — παραβάλλειν Musc. Encom. in. Ἐστὶ intelligendum esse, nemo hodie dubitat. Vid. *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 607. Neque hanc rationem eo refelli puto, quod interdum Accusativus personae adjunctus reperitur, ut in illis Jov. Trag. c. 10. ὅσα γε κἀμὲ ὁρᾷν. Aoristum autem temere a *Solano* solicitatum esse, vel illud e Charone prolatum exemplum monere potest. Lehm.

Ibid. Τεκμήρασθαι) *Conjicere licet.* Brod.

Ead. l. 2. Μεταξὺ προϊὼν) Ne credas male cohaerere μεταξὺ προϊὼν, καὶ διεσάλευες, memineris μεταξὺ eleganter cum

participio jungi, ut μεταξὺ πίνων, *inter bibendum*; adeoque et hoc loco participium pro infinitivo vel gerundio positum nihil commune habere cum seq. verbo. Confer supra Somn. §. 17. Μεταξὺ δὲ λέγοντος. Char. vel Contempl. §. 6. Infra, de Domo 21. Et saepe alibi. Item *Xenoph.* p. 977. μεταξὺ θέουσαι. *Dionys. Halic.* XI. p. 720. 23. μεταξὺ δειπνοῦντες. Et ubi non? REITZ.

Ead. l. 4. Ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος] Phrasin hanc *Schaeferus* illustrat Melett. p. 29. locis *Dionys. Hal.* et *Diodor. Sic.* ac praeterea *Luciani* Pro Domo c. 1. οἶκον δέ τις ἰδὼν — οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειε λόγους ἐν αὐτῷ διαθέσθαι. LEHM.

Ead. l. 5. Ἀγκύλων) Intellige σοφισμάτων. BROD. Consultius certe est hoc suppleri, quam quod *Seyboldus* vult, συλλογισμῶν, quod quum masculinum sit verbum, nescio quomodo cum Neutro conjungi queat. Verum nihil est supplendum, quum τὰ ἀγκύλα per se sint *quaecunque sunt tortuosa* ut τὰ ἄπορα Diall. Mortt. I, 2. et alia hujus generis innumera. Intelliguntur autem h. l. sub τοῖς ἀγκύλοις fere eadem, quae Diall. Mortt. X, 8. dicebantur ἔννοιαι πολύπλοκοι, quae ibi bene distinguuntur ab ἐρωτήσεσιν ἀπόροις. Quod ideo moneo, ne quis cum *J. Seagero* h. l. corrigat: ἐρώτημα δή τι τῶν ἀγκύλων. Sic conjungerentur inter se, quae sejuncta cogitavit auctor. LEHM.

Ead. l. 7. Καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ) *Et quod utile sit.* BROD. Quum *Vincentius Opsopoeus* vertisset in editione Basil. *adeo ut itineris quoque laborem ad disciplinarum exercitium referre soleas*, adscripsit pater, *quodque processui, incremento esse possit.* Id videtur intellexisse *Benedictus*, vertens *quodque ad praecepta tibi conferat*, etsi non capiam, cur μαθήματα reddat *praecepta*, quod facit ubique. Eadem locutio in principio Galli, ἣν μίαν κρηπῖδα ἐργάσαιο, πρὸ ὁδοῦ ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα. Et hinc in Abdicato, πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γενέσθαι δεῖ, καὶ προοδοποιῆσαι τῇ πόσει. GRON.

Ead. l. 10. Ἃ εἶπε) Ὁ διδάσκαλος scilicet. GUYET.

Pag. 5. l. 2. Ὑπὸ τοῦ Κῴου) Ab Hippocrate Coo. BROD.

Ead. l. 3. Βραχὺς μὲν ὁ βίος) Primus Aphorismorum Hippocratis, in quem multa Gal. Sic p. 311. ed. Paris. BOURD. Ed. *Chartier.* Tom. IX. p. 1. LEHM.

Ead. l. 6. Ἐγρηγόρως) *Vigilans.* BROD. An ἐγρηγορώς; *F. Guyetus*, recte credo, conjicit; nisi ἐγρηγορότως malis: nam adverbium ἐγρηγόρως non jam legere me alibi memini; participium vero praeteritum quasi pro praesenti satis est usitatum. Sic *Hom.* Il. *E*, 591. Κεκληγὼς, *vociferans*, vel postquam vociferatus erat; sed potius, *cum clamore. Idem*

Il. *Α*, 37. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, *qui Chrysen undique tueris*, i. e. tuitus es, et adhuc tueris, more aoristorum. Addo Il. *Δ*, 107. δεδεγμένος excipiens, (licet ibi passivum active exponendum, qualia multa dedit *Jens*. Lectt. Lucian. p. 246 — 7.) Conf. Iliad. *Δ*, 434. μυρίαι ἑστήκασιν, *innumerae stant*. Et adi omnino notam *S. Clarckii* ad Il. *Α*, 34. qui illud tempus praesens praeteritum egregie illustrat ex *Virg*. Aen. 2, 12.

Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit.

Et ex *Ovid*. Met. V, 677. de Pieridum in picas metamorphosi:

Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit.

Ubi monet, nuperum interpretem frustra *tunc* velle, pro *nunc*, legi, quia, si retineres *nunc*, dicendum esset *remanet*, non *remansit* etc. quae lectu digna de hujusmodi temporis potestate apud *Clarckium* vide. Reitz. Dubitavi, num ἐγρηγόρως probum; sed habet *Alciphr*. III. Ep. 38. p. 256. Idem *in Add. et Corrig.* In *Alciphrone Berglerus* quidem ἐγρηγορὸς maluisse videtur; sed *Wagnerus*, ad hunc *Luciani* locum provocans, Mss. librorum, lectionem servavit. Neque id injuria: nam est hoc Adverbium Adjectivi ἐγρήγορος, de quo adeundus *Lobeck*. ad *Phrynich*. p. 119. sq. Lehm.

Ead. l. 8. Παραπολόμενον) Castigo παραπολεύμενον. Brod. Mss. Regg. 2954. et 3011. παραπολούμενον, probante *Belino*. Bip. Lectionem Parisiensem, *Belini* judicium secutus recepit *Schmiederus*; festinantius, ut mihi quidem videtur. Ut enim παραπολούμενον in eo, quem *Schmiederus* confert, loco infra c. 21. bene cum verbo περιόψει concinit, ut adeo quaecunque alia lectio huic posthabenda sit, ita h. l. tum ipsa sententiae natura, tum etiam concinnitatis lex, quae sequens φιλοσοφήσαντα respici jubet, manifesto requirit Aoristum, repudiat Futurum. Omnino autem memorabile est, in utroque loco eandem esse lectionis varietatem, ita tamen, ut h. l. παραπολόμενον, illo vero παραπολούμενον, plerorumque librorum sit lectio. Unde moneri potest, quicunque monitis patet, ne incaute a vulgatis recedat. Lehm.

Ead. l. 10. Θαυμάσια ἡλίκα) Vid. supra Somn. c. 5. vel 6. et nott. ad c. 76. hujus Hermot. Solan.

Ead. l. 14. Σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη) Confer infra hujus Dial. c. 59. f. Solan.

Ibid. Οὐδὲν ἄλλῳ) Legendum ἄλλο. Brod. Sed illud ἄλλο jam inveni in plerisque edd. Reitz.

Pag. 6. l. 1. Ὑπομνήματα) *Cicero* filius Tironi sub 16, 21. extr. *Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus: multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis*. Gesn.

Ead. l. 3. Οὐδὲ ὄναρ etc.) Tantae intentionis exemplum ipse vidi. Juvenis optimus, qui *Graevium* audiebat, cum serius ad studia literarum animum applicuisset, tam vehementer iisdem tum dabat operam, ut noctu dormiens, quaecunque interdiu legisset, recitaret: donec ab amicis medicisque monitus remisit aliqud de nimio illo studio, ut valetudini detrimentum inde capturae consuleret. Solan. Non cepit haec verba interpres prior, vertens, *adeo ut somni quoque parcissimus mihi visus sis;* cum significent, *ne per somnum quidem unquam relaxasti te ab labore:* fraudi illi fuit ὄναρ sine praepositione, ideoque sensum non inveniens, *somnum sibi indulgere,* significari credidit; sed ὄναρ idem esse, quod κατ' ὄναρ, quis Graece sciens ignorare potest? *Noster* de Merc. cond. c. 17. et Pseud. c. 49. ὡς ὄναρ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων· Tim. c. 20. f. ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν· et *Ael.* V. H. XII, 63. ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο — *per somnium cum illa rem habuit.* Plura *Bos* de ellipsi p. 301. Alia Lexicogr. ideo plura addere non erit operae. Reitz.

Ead. l. 4. Οὕτως ὅλος) Dialogus, quem *Lucianus* Hermotimum, sive de Sectis, inscripsit, est haud dubie non modo circumspectissimi, verum etiam acutissimi ingenii foetus: quamquam non ignoro, quam prorsus seorsum judicet *P. Petitus* IV. Miscellan. Observ. c. 1. At haec disquisitio ab instituto nostro est aliena. In hoc libello cum *Hermotimo* Stoicae disciplinae sectatore rem se habere fingit auctor; cumque eo quum de variis sectis, tum de difficultate et fere ἀδυνάτῳ, certo inveniendi verissimae philosophiae disciplinam optimam, disputat. Itaque ubi *Luciano* professus esset *Hermotimus*, se pilosophiae animum suum applicuisse jam dudum, omnemque ei disciplinae vitam porro dicaturum, ut tandem bonorum ex ea profluentium compos fieret; respondet Lucianus, sibi satis, ex multis, quae adfert, argumentis persuasum esse, eum serio philosophiae a multo tempore fuisse deditum. Δοκεῖς δέ μοι, pergit, ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σεαυτὸν, οὕτως ὅλως εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Posset quis suspicari, *Lucianum* scripsisse ὅλος. Οὕτως ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι, *adeo totus in negotio esse,* scilicet *videris.* Ut in Deor. Dial. XII. Veneris et Cupid. fin. dicitur Rhea ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ, et similiter alibi. Sed satis probum est vulgatum: sic de Saltatione c. 3. Σὺ δὲ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι, *Tu vero totus quantus es, videris in servitutem redactus.* Sic in Deor. Dial. XIX. f. Diana dicitur ὅλως πρὸς τῇ θήρᾳ εἶναι, *nil nisi venatum curare;* se totam venatui tradidisse. Ibid. Dial XX. §. 15. Καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλως παρ-

ελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν. In his manifestissime ὅλως idem, quod ὅλος, valet. Nec aliter in Dial. Meretr. X. §. 13. ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐστι. Graeci itaque pro adjectivis utuntur nonnunquam adverbiis, ut jam ex allatis exemplis patet. Minus id perspexisse videtur *Cuperus* III. Observ. c. 12. ubi in *Aeliani* Ποικιλ. lib. III. c. 9. δέδοικε δὲ τὸν ἕτερον, ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα, legendum censet κάτοχον. Commodissime κατόχως ibi pro κάτοχον exponi potest ex usu Graecorum, adverbia non raro ita adhibentium, ut jam vidimus, et mox ultra videbimus. Adde ibi *Kuhnium*, istius Aelianei loci vindicem. Ad hoc idem adhaesit quoque *Jac. Tollius*, (p. 75.) qui apud *Lucianum* in De non temere cred. Calumn. §. 14. in verbis, καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν οὐ μάλα ἀηδῶς, καὶ ὅλως ἐρωτικὴ, legit p. 416 ed. Amst. ἀηδὴς pro ἀηδῶς. Idem ergo fieri oportebit in his ejusdem *Luciani*, in Phalar. c. sive §. 5. ὅτε ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθεὶς, ἐζήτουν τινὰ σωτηρίαν περὶ τῶν παρόντων· quia nempe sicut hic ἀφυλάκτως ληφθεὶς, ita in citato De non temere cred. Calumn. libello c. 12. legitur quis ἀφύλακτος ληφθείς· quemadmodum apud *Xenophont.* I. Κυροπ. οἱ δ᾽ ἐξαπατῶντες τοὺς πολεμίους· δύνανται καὶ θαρσῆσαι ποιήσαντες ἀφυλάκτους λαμβάνειν. Apud *Demosth.* quoque I. contra Philipp. ἀφύλακτος ληφθῇ, in margine notatur in alio libro legi ἀφυλάκτως. Promiscue itaque locuti sunt Graeci. Iterum *Noster* adverbio ita utitur in de Astrologia §. 18. vel 19. Φαέθων δὲ, τοῦ ἠελίου δρόμον ἐτεκμήρατο, οὐ μέν γε ἀτρεκέως, ἀλλ᾽ ἀτελέα τὸν λόγον ἀπολιπὼν, ἀπέθανε. Et hic ἀτρεκέως pro ἀτρεκέα, sive ad δρόμον, sive λόγον referas. Clare quoque *Isocr.* in Panath. p. 262. E. Ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἑώρων τούς τε νόμους ἀναγεγραμμένους, οὐχ ὁμοίως τοῖς νῦν κειμένοις, οὐδὲ τοσαύτης ταραχῆς καὶ τοσούτων ἐναντιώσεων μεστούς· *Paucis diebus leges in tabulas relatas, et publice propositas viderunt; non his, quas nunc habemus, similes, neque confusionis plenas, et inter sese pugnantes.* Patet, ὁμοίως hic plane pro ὁμοίους positum: sequitur quoque μεστούς. Jens.

Ibid. Ὅλον) Ὅλος in W. et *B.* 2. Nos ὅλον ex L. restituimus pro vulgato ὅλως. Solan. Ὅλον ait *Solanus* se restituisse; sed quis restitui desiderat, ubi pristina sunt sana? quare ei non obsecundavi: adverbium enim se recte habere, satis docuit *Jensius.* Et si quid ab adverbio recedendum propter cacophoniam οὕτως ὅλως, potius jam amplector ὅλος duobus testibus et frequenti usu munitum, quam durius illud ὅλον, quod ὄντα potius requireret, quam εἶναι. Eligat interim, quod quisque voluerit: singula enim suos patronos

invenient. Reitz. Minus haec subtiliter vel e grammaticis, vel e criticis, legibus disputata sunt tum a *Jensio*, tum a *Reitzio*. Neque enim recte praecipit *Jensius*, Adverbia et Adjectiva promiscue a veteribus usurpata fuisse: neque *Reitzius* probandus, qui h. l. perinde esse dicat, ὅλως quis an ὅλος, an etiam ὅλον, praeferat. Primum enim ut cacophoniam Reitzianam verborum οὕτως ὅλως non magis ego agnosco, quam illorum οὕτως ἀπίστως Timon. c. 36. οὕτως ἀτεχνῶς alibi, aliorumque similium, ita hinc manifestum est normam judicandi hoc quidem loco cum *Reitzio* repeti non posse. Deinde ὅλον, quae est unius Long. Cod. lectio, nulla ratione grammatica defendi potest. Quodsi enim non possumus, quin δοκεῖς mente repetamus, quis unquam dixerit: δοκεῖς οὕτως ὅλον εἶναι; Optio itaque est inter ὅλος et ὅλως. Jam vero utrumque dicitur, et dici potest, ὅλον εἶναι, et ὅλως εἶναι, ἔν τινι πράγματι. Illud est in Diall. Deor. XII, 2. hoc certe ἀνάλογον iis, quae *Jensius* dedit, ὅλως εἶναι πρὸς τῇ θήρᾳ Diall. Deor. XIX, 2. et ὅλως περὶ τὸ μειράκιον εἶναι Diall. Merett. X, 4. ubi frustra *Reitzius* turbas movet. Scilicet ὅλον εἶναι ἔν τινι respondet Latinorum phrasi: *totum esse in aliquo*; ὅλως vero εἶναι, est *penitus*, *prorsus esse in re*. Tandem idem esse potest utrumque, sed diversa tamen ratio est, qua eadem haec sententia exprimitur. Nunc ut largiar *Jensio*, ὅλως h. l. non esse ineptum, ὅλος tamen ob Codd. auctoritatem praeferendum duco. Nam praeter Edd. B. 2. et 3. etiam W. Cod. tuetur hanc lectionem, et quod in Cod. 3011. ὁ λόγος legitur, teste quidem *Belino*, huic scribendi vitio vetus lectio ὅλος, minime vero ὅλως, subesse videtur. Lehm.

Ead. l. 5. *Οὐκ ἐς μακρὰν*) *Οὐκ εἰς μακρὸν χρόνον*. Brod.

Ead. l. 9. *Ἡσίοδον οἰκεῖ*) Lib. 1. Oper. Haec tota dissertatio *Hesiodum* de via illa virtutis interpretatur. Bourd. *Hesiod.* Ἐργ. 288. Solan. Cf. Necyom. c. 4. et nobilissima Socratis verba ap. *Xenoph.* Memorr. II, 1, 20. sq. Lehm.

Ead. l. 13. *Ὠδοιπόρηται*) *Lucianus* ex numero annorum, quos jam philosophiae studio dederat Hermotimus, colligens, eum non longe ab ipsa Virtute, quam pro summo bono petebant philosophi illi, abesse, ubi contrarium ex Hermotimo intelligit, ait, οὐχ ἱκανὰ οὖν ἵδρωταί σοι, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὁδοιπόρηται; Et hic scilicet locus argumento est, quam immunis sit ab inquinatissimis maculis exquisitae hic elegantiae scriptor. Emenda ὡδοιπόρηται. Melius Grammaticae leges in hoc verbo servatae sunt infra c. 27. τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν, ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας etc. et in Vera Hist. c. 4. συνω-

δοιπόρουν ἡμῖν παραθέοντες. Eadem tamen spurcities simili in voce occurrit in Lexiphane c. 22. pr. προοδοποίηται pro προωδοποίηται. Ibid. §. 24. pari labe maculatus est ille libellus ab sequioribus editoribus, qui pro προπαρεσκευασμένος dederunt προπαρασκευασμένος. Jens. Bas. 3. vere exhibet legitimam formam ὡδοιπόρηται, et probat adeo satis clare, quam haud parvae iis debeantur gratiae, qui, sicut *Jensius* noster, talibus etiam, quae nonnullis altioris scilicet spiritus hominibus videntur, minutiis animum inter legendum attendentes probis scriptoribus veteribus pristinam suam puritatem et integram venustatem restituere student. De Saltat. c. 2. in ὁμιληκὼς etiamnum insidet omnibus Edd. et *J. Scagerus* etiam sic repetit mendum in Class. Journ. Vol. XV. pag. 155. Lehm.

Pag. 7. l. 4. Ἀρχὴν — Ἡσίοδος) Hesiodeum cur non videatur, dixi ad Somn. c. 3. Solan. Etiam in marg. Ed. *Junt.* notaverat *Solanus*, falsam hanc esse citationem. Sed et *Seidelius* in Portula L. Gr. aurea p. 8. *Hesiodo* adscribit, non indicato tamen loco. *Erasmus* in adag. *principium dimidium totius*, *Lucianum* in Hermot. id hemistichium ex *Hesiodo* afferre ait; sed et *Aristoteli* et *Platoni* usurpatum indicat. Sed forsan *Lucianum* fefellerit hoc *Hesiodi* Ἐργ. 40. — ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Sed. v. nott. ad Somn. §. 3. Reitz.

Ead. l. 7. Πανύπολυ) Placet πάμπολυ. Brod. Sed et hoc jam habent Edd. Reitz.

Ead. l. 14. Ὁμήρου Ζεὺς) Iliad. Δ. Brod. Il. Θ, 18. Conf. supra Deor. Dial. XXI. pr. Solan.

Pag. 8. l. 3. Ὅσῳ) Lege ὅσον, invitis omnibus nostris libris. Solan. Ὅσον Ms. Reg. 2954. Bip.

Ead. l. 11. Παναθήναια) De quibus, et aliis sacris ceremoniis dico copiose σὺν θεῷ alibi. Bourd.

Pag. 9. l. 3. Ἀρετῆς ἄσκησιν) Hoc illud est, quod philosophos omnes exercuit tamdiu, de quo locus alius dicendi, ut et de illo seq. εὐδαιμονίας κτῆσιν Bourd.

Ead. l. 8. Εὐθεῖαν) Etsi εὐθὺ defendi possit, merito tamen hic auscultamus quatuor Mss. et stilum *Nostro* usitatum sequimur. Vid. infra c. 15. Plura exempla in indice forsan apparebunt. Εὐθεῖαν, τραχεῖαν etc. autem, omisso ὁδὸν, et aliis frequens esse, vid. *Bos* de Ellips. p. 107. Nisi hoc nimis vulgare. Reitz.

Ead. l. 11. Ἡμῖν) Sic optime ed. *J.* Reliquae ὑμῖν, quod scio neminem probaturum, qui *Lucianum* attente legerit. Solan. Ὑμῖν) Quantumvis blandiatur *Juntinae* lectio ἡμῖν exhibentis, non tamen eam recipere ausim: quin perlectis prae-

missis, jam vulgatam ὑμῖν praefero. Nam cum Lycini persona supra inducatur, quasi ignara, quam longum et arduum sit iter ad virtutem, non immerito videtur etiam hic dicere, *petram, ubi vobis philosophis et heroibus virtus habitare creditur.* Conf. omnino p. 6. a vers. 8. ad p. 7. v. 3. Reitz. Ἡμῖν in *Junt.*, nisi egregie fallor, nihil aliud est, nisi mendum typographicum, quum omnes Edd. vett., in his etiam A. 2., ὑμῖν exhibeant. Attento autem lectori, quem ironica dialogi hujus indoles non fugerit, longe magis ὑμῖν, quam ἡμῖν, probatum iri credo. Paullo inferius c. 5. παπαὶ, exclamat Lycinus, ἡλίκους ἡμᾶς (qui non sumus philosophi) ἀποφαίνεις. Ne autem ibi Hermotimi quoque personam inclusam voci ἡμᾶς cogites, lege sequentia, in quibus ἡμεῖς et ὑμᾶς clarissime separantur, ut jam intelligere nequeam, qui *Solano*, et vero etiam *Reitzio*, improbissima lectio ἡμῖν vel pauxillulum arridere potuerit. Lehm.

Ibid. Τῆς Ἀόρνου ἐκείνης) *Diodor.* L. ιζ. et *Arrian.* γ. Brod. De hoc loco id. Dial. Philipp. et Alex. Arr. *Curt.* alii. Bourd. *Diodor.* Sic. XVII, 85. *Arrian.* Exp. Alex. p. 191. ed. Gron. et Hist. Ind. p. 319. *Curt.* VIII, 11, 2. sq. Cf. Adnott. ad Diall. Mortt. XIV, 6. Tom. II. p. 578. Lehm.

Ead. l. 15. Μύριοι] Μυρίοι accentu mutato scribi voluit *Belinus*, tenax Grammaticorum veterum praecepti, μύριοι definitum indicare numerum decem millium: μυρίοι vero indefinitae magnitudinis numerum. Quod quidem praeceptum etsi a *Luciano* quoque nostro fere observatum esse concedam — scripsit enim, libris consentientibus, μυρία σφαλεὶς Charon. c. 13. et μύριοι de decem millibus Graecorum, qui Cyro minori subsidio fuerunt, Diall. Mortt. XIV, 2. et sic, nisi fallor, constanter — tamen cum *Henr. Stephano* facio, qui agnoscens omnino quidem illud discrimen in Thesaur. Gr. L. Tom. II. p. 990. E. hunc tamen locum proxime quidem de definito numero *decem millium* Alexandrorum capit, atque cum libris omnibus, in quibus nulla est variatio, μύριοι legit. Eadem ratione πεντακισμύριοι Pisc. 20. *quinquaginta millia*, proxime quidem de definito numero valet, tandem vero omnino ad ingentem exit. Lehm.

Pag. 10. l. 2. Προσέρχονται) Verti, ac si legatur προέρχονται, quod verum puto. Gesn. Et mihi ita videtur. Nihilominus, quum alteri lectioni testimonia desint, altera quodammodo etiam, nec inepte, explicari possit, hanc vulgatam tolerare, quam mutare, consultius duxi. Lehm.

Ead. l. 8. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου) *Ac deinceps.* Brod.

Ead. l. 9. *Οἷον μύρμηκας*) Atque indignos, qui hominum appellatione nominentur. Brod.

Ead. l. 10. *Τινὰς τοὺς ἄλλους*) Subduxerat *Solanus* pronomen *τινὰς* asteriscoque et numero notaverat, variantem lectionem quaesiturus atque additurus: at non invenit, nec opus est; etsi vel *τινὰς* vel articulus *τοὺς* abesse queat. Sed est pleonasmus usitatus, ut supra Dial. omnium primo, s. Somn. haud longe ab init. *ταχεῖάν τινα τὴν ἐπικουρίαν*, ubi conf. not. *Hemsterh.* Adde, si lubet, *Budaei* Comment. p. 593. f. qui ex *Aristotele* adfert, *Οὐ γάρ ἐστι γένος ἄνθρωπος τῶν τινῶν ἀνθρώπων·* et nos alios ejusmodi articulorum pleonasmos indicantes, ad cap. 26. hujus Dial. Reitz. *Solanum* et *Reitzium* minus haec intellexisse dicit *J. Seagerus* Classic. Journ. Vol. XIII. p. 71. ordinem enim verborum sic esse instituendum: *ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντες τοὺς ἄλλους* (*ἀνθρώπους* scil.) *οἷον μύρμηκάς τινας*. Recte quidem; et huc redit *Gesneri* versio, nec non recentiores *Belini* et *Wielandii*. Sed nec *Reitzius* longe ab hac ratione aberat, ut ipsa, quae modo praecesserunt, verba ejus declarant; praeterquam quod minus sibi constans vel *τινας* vel articulum *τοὺς* abesse posse affirmat. Quod secus se habere, ostendit ipsa illa *Hemserhusii* adnotatio ad Somn. init., ad quam provocat. Cf. etiam Diall. Mortt. IX, 2. ubi ipse *Hemsterhusius* in simillimis verbis temere *τινα* abesse voluit, ibique Adnot. Tom. II. p. 522. sq. Praeterea neque hoc bene factum, quod *Reitzius* ad fidem aliquot vett. Editionum post *οἷον* comma posuit, quum vox illa cum sequentibus arctissime cohaereat. Eodem modo recentiores, praeter *Seyboldum*, peccarunt. Ceterum in praecedentibus verbis, quae et ipsa usum illum Pronominis *τὶς* cum articulo positi confirmant, *θαυμάσιόν τινα τὸν βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες*, nemo facile quidquam invenerit, in quo haereat. Invenit tamen *Couricrius* ad Asin. p. 259., qui pro *τὸν λοιπὸν* legi mallet *τὸ λοιπὸν*, vel *τοῦ λοιποῦ*. Cujus quidem generis exercitationes ingenii quemadmodum non minimi facimus et aequo ferimus animo, ita tamen majoris, quam pro hoc modulo, aestimari, vel adeo scriptoribus ipsis obtrudi, enixe vetamus. Nam integerrimum h. l. est *τὸν λοιπόν*. Lehm.

Ead. l. 11. *Παπαὶ, ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ παντάπασιν ἐν χροῷ τῆς γῆς*) Interpres: *Papae, Hermotime, quantulos nos facis, neque cum Pygmaeis nos comparas, sed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed *χαμαὶ ἐν χροῷ τῆς γῆς* num sunt humi repentia animalia? non sic Graeci loquuntur, sed dicendum fuisset *τοὺς χαμαὶ ὄντας*, aut *ῥέποντας* (*ἕρποντας*;) sicut

statim, ὅσοι χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμέν· sed veram scripturam nobis ostendit Ms. ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. In praec. p. 9. non frustra idem Codex, εἰ καὶ μὴ εὐθεῖαν, μηδ᾽ ἀεὶ βαδίζει τις. Sane ἀττικώτερον hoc est, quam vulgatum εὐθύ. Solet enim ὁδὸς in his frequentissime omitti. Sic apud *Xenoph.* εὐθείας ἐξεστηκέναι, *a recta via aberrare.* Exempla passim obvia, nec tyronibus ignota. Graev.

Ead. l. 12. Χαμαὶ etc.) *Homeri* et *Hesiodi* loca, quae primus indicavi, qui non viderit, dubitare hic non mirabor: — ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὅμοιον Ἀθανατῶν τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ᾽ ἀνθρώπων. At nemo, qui contulerit, dubitabit. Χαμαιπετεῖς de tardis avibus usurpatur, quae tamen volantes radunt, ut anseres domestici etc. Vid. Icarom. c. 10. Usurpat etiam *Pindarus* Ol. IX. Genuina et vere Lucianea ea est scriptura, quam secutns sum. Vid. c. 6. Reperitur etiam in M. Solan. Quid si legendum est χαμαὶ πατεῖς, *humi conculcas*: quale quid in interpretando jam spectabam, cum nondum de lectione χαμαιπετεῖς mihi innotuisset. Gesn. Minime placet χαμαὶ πατεῖς, nec versio hinc repetita. Contra χαμαιπετεῖς quum *Luciano* sit familiarissimum, (vid. Somn. c. 13. Qu. Hist. conscr. c. 16. et saepius) tum quinque Codicum testimoniis certissime confirmatur. Lehm.

Pag. 11. l. 1. Ἐν χρῷ τῆς γῆς) *In superficie terrae.* Brod. Nec fidelis haec, nec vera, interpretatio. Nec multo magis placet *Gesneri* versio: *in ipsa quasi telluris cute,* quippe abhorrens a Latinitatis genio; quod ipse *Gesnerus* sensisse videtur, quum molliendae duritiae caussa inseruerit *quasi.* Recentiores interpretes, *Belinus* et *Wielandius*, et hic plus justo Latinum interpretem secuti, reddiderunt alter: *rentrer sous la croûte de la terre;* alter: *auf der blossen Haut der Mutter Erde herumkriechen.* Imo vero nec *superficiem*, nec *cutem*, neque etiam *crustam* terrae cogitavit auctor, propria scilicet vi sumtam quamque. Sed ἐν χρῷ τῆς γῆς phrasis est illa notissima, quae omnino significat *quam proxime* telluri. An vero in Zeux. c. 6. ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενος vertere voles: *in cute matri adsistens?* Cf. Qu. Hist. Conscr. c. 24. Adv. Indoct. c. 3. Lehm.

Ead. l. 2. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι) Cum *Opsopoeus* verterit *et quotquot per humum repentes sumus, Benedictus et quotquot per humum repimus,* videntur legisse, quod pater margini adscripsit, ἑρπόμενοι. Sed praeterea, cum Basileenses ediderint μετὰ καὶ τῶν θεῶν ὑμᾶς, existimans in ordine horum quatuor vocabulorum καὶ debere poni primum, non quartum, ut fecerunt *Bourdelotius* et *Benedictus*, putavit reponen-

dum ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς καὶ ὡσεὶ χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμὲν, καὶ μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς etc. in quo tamen non statuendum contra scriptos libros. Gron. *Hom.* Il. *E*, 442. et *Hesiod.* Theog. 272. Repetit in Icarom. cap. 6. Videtur tamen *Graevius* legisse in suo Cod. M. ἑρπόμενοι, uti etiam legendum conjecerat *Gronovius*. Solan. Omnino ἑρπόμενοι, etiamsi in Cod. *Graev.* legatur, indigna est, quae respiciatur, lectio. Non enim ἕρπεσθαι dicitur *repere*, sed ἕρπειν. Accedit, quod phrasis χαμαὶ ἐρχόμενοι manifesto ex *Homeri* et *Hesiodi* locis laudatis desumta sunt. Quare nec h. l., nec in altero Icarom. c. 6., a lectione vulgari temere recedendum arbitror. Lehm.

Ead. l. 7. *Περιβαλεῖν*) W. P. et L. In vulg. παραβαλεῖν. Solan. Etsi non satis adfirmare queam, quae vera sit lectio; tamen tribus optimae notae Codicibus obtemperasse, increpabit nemo. Verum *Anonymus* quidam margini ed. *Hagen.* in qua aeque ac ceteris legebatur παραβαλεῖν, adleverat παραλαβεῖν, quod melius profecto. Ex manu autem conjicio, fuisse *Joannem Bellagrium*, qui nomen fronti hujus libri inscripserat. Reitz. *Παραβαλεῖν* retinendum puto et propter auctoritatem vulgatae lectionis, et quod sensum parit commodissimum. *Multum* et *parum* quid sit, non potest commodius declarari, quam comparatione temporis. Gesn. Reposuimus lectionem Edd. vett. Sic Dial. Mort. XIV. fin. ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν· infr. Hermot. c. 58. καὶ παραβάλλων καὶ ἀντεξετάζων τοὺς οἴνους· Quom. Hist. c. 2. ὡς οὖν ἓν, φασὶν, ἑνὶ παραβαλεῖν· et saepius alibi. Vid. Ind. Bip.

Ead. l. 13. *Περὶ μεγίστων*) Ἀγαθῶν. Brod.

Pag. 12. l. 2. *Χαλδαίων μεθόδους*) Vide *Gell.* XIV, 2. (c. 1) Vorst. Saepius in his libris occurrunt *Chaldaei*, *Luciani* aetate jam non amplius populus ille Asiae antiquitus celeberrimus, sed gens potius, vel secta, ex omnibus tum terrarum regionibus conflata; qui quum olim fuissent Astronomiae inventores et cultores, (Schol. ad De Astrol. c. 3.) postea ad varias artes tum astrologicas, tum magicas, profitendas declinarunt. Unde Chaldaeorum disciplina, de qua *Gellius* agit l. l. et quae hoc *Luciani* loco innuitur; unde Χαλδαίων παῖδες Diall. Mortt. XI, 1. eorundemque τέχνη. Necyom. c. 6. et variae ἐπῳδαὶ Philops. c. 11. sq. Lehm.

Ead. l. 6. *Τὸ χρεὼν ἐπιστὰν*) *Fatum imminens.* Brod.

Ead. l. 12. *Ἀκαριαῖον*) Vid. rurs. c. 62. Solan.

Pag. 13. l. 7. *Τῇ ἀρετῇ βίον*) Post verba haec scribe *ΛΥ.* Brod. Excidit persona *Λυκίνου*. Scilicet fuisse: πρὸς τὸν

ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. *A T.* ἀλλὰ τίνα. MARCIL. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

Ead. l. 12. Πλούτους) Conf. supr. Necyom. c. 12. SOLAN. Et nos de plurali illo rariore mox infra, hoc Dial. c. 9. REITZ.

Pag. 14. l. 1. Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα) Quod supra narravit in Deor. D. *Jovis*, *Aesculapii* et *Herculis*. Vulgo autem credi solitum homines igne purgari, defunctosque igne, quo cremabantur, expurgari, atque ad Deos transire, vide pluribus probantem *Jac. Elsner.* ad I. Ep. ad *Corinth.* III, 15. REITZ. Fictionem Homericam de duplici Herculis tum natura, tum persona, i. e. heroica, jocosissime perstringit idem *Noster* Diall. Mortt. XVI. LEHM.

Ead. l. 4. Διευκρινηθὲν) *Munckerus* ad *Hyg.* XXXVI. emendare jubet, ac legere εὐκρινηθείς (imo διευκρινηθείς). sed nulla medicina eget locus sanissimus. SOLAN. Tentavit tamen denuo *Belinus*, διευκρινηθεὶς corrigere cupiens, quod ad Herculem ipsum referretur. Sed optime habet vulgata. Transpositio haec verborum est ex eo genere, quod omnium facillime ferri potest. De Hercule autem Oeteo, ejusque mortalitate in monte isto exuta, exposuere Commentatores ad *Hygini* l. l. Ἄρκατον, quod *Toupius* ad *Longin.* p. 275. ed. Weisk. pro ἀκήρατον substitui vult, *Plutarchi* verba in Vit. Pericl. νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον respiciens, minime probo, etsi *J. Seagerus* Class. Journ. Vol. XIII. p. 71. probare videtur. Alia potius loca, quae haud pauca ipse *Toupius* enumerat, respicienda erant, ex quorum certa lectione pateret, καθαρὸν et ἀκήρατον cum per se, tum imprimis h. l., bene conjungi potuisse. Vocem autem ἀκήρατος ipsam illustravit *Fischerus* in Ind. ad *Aeschin.* Socr. LEHM.

Ead. l. 9. Τῶν οἰομένων ταῦτ᾽ εἶναι] His verbis quales describantur homines, omnino quidem haud difficulter conjicias. Sed de ipsorum verborum sensu et integritate est, quod ambigas. Quodsi interpretes audiamus, *Gesnerus*, qui vertit: *eos, qui esse aliquid ista arbitrantur*, cogitasse videtur τῶν οἰομένων ταῦτά τι, vel τὶ ταῦτα, εἶναι, quemadmodum *Heins.* et *J. Seager.* corrigi volunt, et hic quidem phrasin τὶ εἶναι illustrans loco *Platonis* Apol. Socr. p. 14. ed. Valder. a. 1534., quasi haec phrasis nec omnino nota, neque etiam in *Luciano* saepius sit obvia. *Gesnerum* et *Wielandius* fere secutus est. At si quid excidit, non τὶ illud fuisse credo, cui h. l. non ea vis insit, quae ab his gravibus verbis exspectatur, sed aut θαυμαστὰ, quod e praecedentibus huc refero, aut βέβαια, ut alibi de eadem re loquitur *Lucianus*,

e. g. Nigr. c. 20. Diall. Mortt. XIII, 4. aut aliud ejus potestatis adverbium. Sed *Belinus*, reddens: *ceux qui croient que ces choses existent*, ne minimam quidem lacunam supposuit; nec omnino temere. Quid, si ita verba sumas: *qui sibi videntur haec esse? haec*, i. e. *felices, divites* etc. quae e praecedentibus Substantivis erui poterunt. Verum nolo quidquam discernere. Lehm.

Pag. 15. l. 3. *Ἂν δουλεύῃ*) Lege δουλεύοι. Guyet. Non male quidem *Guyetus* conjicit; et sic rursum infra cap. 13. f. μάθῃς in μάθοις mutat; item cap. 22. ἂν εἴδῃς in εἴδοις, ac non semel alibi: verum quo frequentius id fit, eo jam minus necessarium arbitror, quia subjunctivus sese tot exemplis tueri potest. Reitz. Commemorata quidem exempla nihil valent ad soloecismum tuendum, quippe quae nec ipsa librariorum culpa vacant, ut patebit suis locis. H. l. eo minus *Guyetum* sequi dubitabam, quum vitii vulgati foeditas etiam manifestior reddatur sequentibus Optativis. Praeterea vel ipsa Codicis 2954. varia lectio δουλεύσῃ quodammodo suspicionem improbitatis movere poterat contra vulgatam. Lehm.

Ead. l. 4. *Πάθος*) Stoici, teste *Aristot.* II. Eth. ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας τὰς ἀρετὰς definiebant. Vorst.

Ead. l. 6. *Ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ*) *Bona verba.* Sunt verba solemnis hujus formulae σίγα πᾶς ἔστω λεώς, εὐφημεῖν χρή· de qua copiose *Scal.* ad *Varr.* p. 94. Leg. Schol. *Sophoclis* ad Oedip. Col. et ad Philoct. Dico alibi. Bourd.

Ibid. *Μηδ' ὅσιον οἶμαι*) In P. et Edd. multis est, οἶμαι, μηδ' ὅσιον εἶναι. In W. etiam, nisi quod pro εἶναι habet ἦ. Fl. ἦ. Ed. *J.* εἰ. Omnes prave. Ego itaque levi hac transpositione locum sanasse mihi videor. Nihil enim jam relictum est, quod negotium facessat, facileque illud εἶναι pro οἶμαι scriptum fuerit, quod necessarium cum esset, alibi insertum est, et pro εἶναι quidvis ab imperitis positum. Solan. Non opus est transpositione verborum, quam *Solanus* suadet; quamquam vulgata positio non omnino cum concinnitatis lege convenit; at convenit saltem cum pudoris, quem simulat auctor, affectu: et facile post εἶναι iterum οἶμαι mente cogitari potest. Simile animatae, h. e. ob simulatum affectum animi male concinnae, orationis exemplum videbis in Apollinis indignantis ac simul dolentis narratione Diall. Deor. XIV, 2. ad quem locum nonnulla de ea re observata sunt Tom. II. p. 334.

Pag. 16. l. 1. *Ἐκηλούμην πρὸς τὸν λόγον*) Sic in Nigrino et saepe alibi; pagina 281. et seq. Repetit in Lapith. Bourd.

Ibid. Πλούτου) Cum ad Parisinum exemplar describatur haec editio, idque hic habeat πλούτων ἔφησθα καταφρονεῖν, hoc ipsum editum fuisset, nisi prius reliquas Edd. consuluissem, ex quibus nihil variationis notaverat *Solanus*. Evolvi itaque alias Editt. sex, easque πλούτου habere deprehendi, non πλούτων, et sic supra cap. 8. πλούτου — καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας ipsa etiam habet Parisina. Alioqui non male πλούτων huc quadraret; sed quia utrumque rectum, non ausus sum uni editioni prae omnibus auscultare. Nec tamen pluralem πλοῦτοι pro *divitiis* usquam alibi invenio, ne in Ecclesiasticis quidem scriptoribus, ex quibus centena singularis exempla habet *Suicerus* in Thes. Et sic etiam plurali χρημάτων tamen singul. πλούτου addit *Aristot.* Pol. I. c. 6. scribens, ποιητικὴ γὰρ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρημάτων· ibid. paullo post, πλοῦτος καὶ χρημάτων κτῆσις. Mox rursus, παντὸς πλούτου etc. ubi commode pluralem potuisset adhibere, si is fuisset usitatus. Tum vero plurali recte utaris, si quaeras, num duo sint *Pluti*? vel an differat *Plutus* a *Plutone*, qui rex esset inferorum, alter praeses divitiarum, vel ipsae opes, ut videtur *Noster* distinguere in Timon. c. 21. ubi *PLUTUS* ait, *se non suis ingredi pedibus*, *sed a PLUTONE mitti*, de quo disputat *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 727. Sed vel per jocum ibi sic loquitur *Lucianus*, vel verum, quod *Barlaeus* ibi notat, etsi *Plutus* a *Plutone* diversus sit apud poëtas, utrumque tamen divitias largiri creditum. Verum *Barlaei* notas *Hemsterh.* ibi non addidit, nec nos jam de *Pluto* re nimis nota plura disputabimus. Quisque enim facile intelligit, si πλουτοδότης vocatur *Pluto*, et *Plutus* opes designat, recte dici Plutum a Plutone mitti. Etsi enim *Plutus* modo Deum, modo divitias significet, *Plutonis* adpellatio tamen non ita promiscua est, quin ea Deum fere tantum significet, (et licet semel iterumque confundatur aliquod nomen, inde tamen non sequitur, omnem differentiam sublatam.) Interim pluralem πλούτων hoc loco recte legi posse credo, quia *Lycinus* ait: tu, Hermotime, mihi narrabas modo, *divitiarum contemtores esse philosophos*; cumque ipse Hermotimus, ad cujus verba respicitur, supra c. 7. etiam plurali usus sit, et hic commode eodem numero repetentur πλοῦτοι, veluti et in Necyom. cap. 12. πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς· iterum ibid. πλούτους λέγω, καὶ γένη. Philosophicum enim esse videtur, similia plurali num. usurpare, quae alias vix habent pluralem; ut alibi ostendimus. Sed et *Xenoph. Ephes.* pag. 32. πλούτων καὶ ἐπιμελείας. Adde *Diodor. Sic.* I, 71. f. καὶ μεγίστους πλούτους ἔσχον, et *Nostrum* Tox. c. 45. REITZ.

Ead. l. 8. Ἐς τὸ ὕστατον) *Valde.* Brod.

Ead. l. 13. Δίων) Fuit et illius nominis insignis Sophista; sed is diu ante hunc vixit. Conf. haec potius cum Lexiph. ubi de profligatissimo illius nominis homine etiam mentio fit. Hunc ego suspicor Sophistam etiam fuisse. Solan. Qui Dionis istius in Lexiph. c. 11. sq. depictam imaginem foedissimam cum hujus nostri Dionis effigie accurate comparaverit, cum credo facilius etiam Dionem illum Syracusanum, vel etiam Chrysostomum, quam eum, qui in Lexiph. notatur, Damasiae athletae filium eundem esse habiturum cum hoc nostro philosophiae cultore. Frustra talia quaeras, ubi apertum ficta esse nomina. Lehm.

Pag. 17. l. 1. Ἀπεδίδου) Qui nescit, hoc verbum proprium esse mercedi solvendae, et saepissime cum substant. μισθὸς jungi, adeat *Jac. Elsner.* ad Evang. *Matth.* XX, 8. ubi ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν ex *Achill. Tat. Aristoph. Aelian.* et hoc *Lucianeo* testimonio probatur. Reitz.

Ibid. Παρὰ) In impressis legitur περὶ, haud dubie corrupte. M. P. et L. recte παρά. Solan.

Ead. l. 7. *EPM.* Πονηρὸς) Omissum *non mirum*, aut simile quid, qua ratione et Romanos uti suo *nam* vel *enim*, ostendimus ad *Quintil.* 2, 11, 7. Transferamus hoc etiam ad illud, quod mox sequitur, οἴει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν κ. τ. λ. Hoc enim vult, *Non mirum te ita interrogare*, vel *sentio cur ita interroges* etc. Nempe cum frequens admodum sit id genus ellipsis, malim eam hic quoque adhibere, quam varias adeo particulae γὰρ significationes tribuere. Hoc semel observatum ad plures interpretationis nostrae locos pertinere videbit, qui volet attendere. Gesn.

Ead. l. 10. Ἀποδιδόασι γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους. Λυκ. τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν) An non videtur mutanda persona, et Luciani nomen praeponendum his omnibus? Certe efficacior erit lusus; quasi, cum Hermotimus excusaret eum, quod nihil adversus alios saevum statueret, respondeat Lucianus ridens, id videlicet mirum non esse, quia illi obeant in foenore solvendo constitutum tempus: tum pergit in eadem persona. Quid autem? an sic futurus esset, si non darent? Gron. Ad hanc, nisi fallor, adnotationem respiciens, bene *Seyboldus* rem explicat his verbis: „Lycinus simularat se credere: Dionem in jus raptum esse ob didactrum. jam Hermotimus sponte prodit: factum esse ob non numeratam tempori *usuram*, et, magnum illum philosophum, supra astra jam exaltatum, foenerari etiam multis aliis." Ceterum erravit *Schmiederus*, quod opinionem illam de permutandis

personis, quae *Jacobi Gronovii* fuit, *Matthiae Gesnero* tribuit. Lehm.

Ibid. Κατὰ καιρὸν) Κατὰ καιρὸν fieri quid Graece dicitur, quod fit statuto, opportuno tempore, quo nec serius, nec citius fieri debebat. *Laërt.* Platone: Παρέδωκε δὲ αὐτὸν Πόλιδι Λακεδαιμονίῳ, κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ· *Tradidit ipsum* (Platonem) *Polidi Lacedaemonio, qui opportune legatus ad se venerat.* Etiam εἰς καιρὸν dicunt. Alexis, εἰς καιρὸν ἥκεις. *Aristoph.* in Pluto pro eo ὡρικῶς dixit, quod Scholiastes interpretatur κατὰ καιρόν. Haec *L. Bos* in Epist. ad Rom. c. 5, 6. (p. 105.) ubi et κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε· quem adeundum esse, in marg. *Graev.* edit. notaverat *Hemsterhusius.*

Ead. l. 13. Ἐν τῇ Οἴτῃ) Vid. supra cap. 7. med. Reitz.

Pag. 18. l. 10. Ἐκεχ.) Ὅτι δεῖ τὰς χεῖρας ἀπέχειν τῶν ἔργων. Copiose hac de re Schol. *Aristoph.* ad pac. *Hesych.* Bourd.

Ead. l. 11. Ὥςτε ἐγὼ ἀφίημι) Verba ista, ὥςτε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ, misere conversa erant ab *Opsopoeo:* reddiderat enim: *itaque quod reliquum est itineris tecum una conficiam;* sed correxit *Benedictus,* vertens, *quare ego tibi quod viae reliquum est, remitto.* Reitz.

Ead. l. 15. Μεγάλοις γράμμασι) *Theod. Marcilius* ad *Pers.* Dico ad *Heliod.* Bourd.

Ibid. Οὐ συμφιλοσοφεῖν) Infinitivus quidem loco imperativi frequentissime usurpatur; vid. fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 386. Verum hic non adeo imperandi vim habet ille infinitivus, sed publicandi; alioqui potius μὴ praemisisset, quam οὐ. Varia autem verba post ejusmodi infinitivos posse suppleri, modo θέλει, modo δεῖ, modo προςήκει, vid. ibid. Ego hic ἐστὶ supplendum arbitror, ut sit, *hodie non est philosophari,* i. e. *non possum:* tumque punctum minus pono post λέγον. Si vero infinitiv. pendet a λέγον, ut versio vult, comma sufficiet. Reitz.

Ead. l. 16. Εὐκράτει) Male antea εὐκρέσει. Bourd. De quo etiam multa in Philops. Forsan etiam de eodem in Gallo. Sed is mihi alius *Eucrates* videtur. Si tamen idem statuendus sit, inde colligere licebit nomen Stoici illius, quem audiebat Hermotimus: *Thesmopolis* enim illic memoratur depontanus senex, Micyllo odiose virtutem et dialecticas subtilitates obganniens, de quo diserte in De Merc. Cond. c. 33. et 34. Alius Eucrates memoratur Dial. Plut. et Merc. seu Diall. Mortt. V. Solan. Jure suo *Wielandius* in nota ad vers. German. Tom. V. p. 17. sq. inanem ac vere puerilem *Solani* cu-

riositatem, nomen Eucratis, aliaque per hunc dialogum obvia, tenuiter investigandi, castigat et perstringit. Cf. quae supra notavi cap. 9. ad nomen *Dionis*. Quam variam lectionem *Bourdelotius* refert a se emendatam, εὐκρέσει, eam in B. 3., qua, ni fallor, Editor ille usus est, reperi *Εὐκράσει* exhibitam. Ceterae vero veteres recte edunt *Εὐκράτει*. Recte etiam monuit *Wielandius* l. c. hoc Eucratis, haud dubie viri cujusdam nobilis Atheniensis, convivium admodum simili indole fuisse cum eo, quod idem Noster pluribus verbis in peculiari libello: *Convivium, s. Lapithae*, descripserit. Eximie denique, nec sane immerito, *Wielandius* salsam ac mire festivam ironiam praedicat, qua *Lucianus* per hanc narratiunculam mollire et excusare aliquantulum sese simulet vetuli philosophi crassissima et omni ex parte turpissima vitia. Hic unguis est, ex quo leonem agnoscas. Lehm.

Pag. 19. l. 3. *Οὖν*) P. et L. pro *αὖ*, quod in reliquis est. Solan.

Ead. l. 7. *Φιλοτησίας*) Confer supra de Merc. cond. cap. 16. Solan.

Ead. l. 9. *Ἀριθμῷ παραλ. τὰ κρέα*) Hic adhuc mos usurpatur a Theologis Parisiensibus in solemnibus initiandorum conviviis. *Longolius* in Excerpt. Apud *Theophr.* de Eth. Char. *Περὶ ἀναισχυντίας. Προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης. Athen.* init. IV. Vid. *Casaub.* ad *Theophr.* pag. 219. Solan.

Pag. 20. l. 3. *Τὰ μὲν πρῶτα φασὶν*] Hanc ultimam vocem sic verterunt *Belinus* et *Wielandius*, ac si scripsisset auctor *φησίν*. *Gesnerus* prorsus omisit. Est autem *φασὶν* tum hoc, tum id, quod mox sequitur, non unice ac proxime ad Midam servum referendum, sed ad discipulos quoque philosophi, quibus Midas docti illius certaminis rationem, viam et exitum narraverat. Quod quidem ideo monendum duco, ne quis existimet, *φασὶν* poni posse, vel h. l. vere positum esse, pro *φησὶν*, uti vice versa fuere, qui *φησὶ* nonnunquam pro *φασὶ* usurpatum fuisse serio contenderent. De quibus jam alibi dictum (ad Pro Merc. Cond. c. 1.). Lehm.

Ead. l. 6. *Οὐδ' ἀναιμωτὶ*) Ut in Tim. et passim alibi. Bourd.

Ead. l. 9. *Σκ. Νεστόρειόν τινα*) *Capacissimum.* Il. *Λ.* Brod. Talis rixa in Lapith. et apud *Heliod.* lib. 5. de scypho Nestoreo. Interp. *Martialis* ex Iliad. 11. Bourd. *Δέπας ἀμφικύπελλον*, de quo *Homerus* et *Aristoteles* de apibus. *Martialis* VIII, 6. apud nos:

Hic duo longaevo censentur Nestore fundi,

Pollice de Pylio trita columna nitet.

(vulgo pro *columna*, *columba* legitur ap. *Martial.*) *Longol.* Poculum Nestoris describit *Homerus* Il. *Λ*, 635. Respicit autem *Noster* hos praecipue duos versus:

Ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης
Πλεῖον ἐόν. Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν.

Solan.

Ead. l. 15. *Ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα*) Satis vulgaria erant, quae supra §. 10. ad v. *καιρὸν* ex *L. Bos* attulimus. Melius merentur addi, quae idem ad haec *Luciani* verba commentatur, in Epist. ad Rom. p. 97. s. ad cap. 2, 8. ubi ait: Differt proprie *θυμὸς* ab *ὀργή*. *Θυμὸς est fervor sanguinis, qui circa cor movetur: ira nascens.* Schol. *Aristoph.* ad Ran. p. 252. *Θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως κινουμένου, ἡ ὀργὴ ἐναρχομένη.* Sic fere etiam *Laërtius* in Zenone. Unde Aegyptii *θυμὸν* hieroglyphice insinuabant per focum ardentem corde desuper impendente. Non male *Eustath.* ad Iliad. *A.* *θυμὸν* deducit *ἀπὸ τοῦ θύειν*, i. e. *ὁρμᾶν*, *subito commoveri,* vel *furere*. *Cic.* *θυμὸν* vertit *excandescentiam*. Tusc. IV. *Excandescentia*, inquit, *est ira nascens*. *Ὀργὴ* vero *est libido ulciscendi et puniendi eum, qui laesisse videtur injuria.* *Ὀργή ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τῶν ἠδικηκέναι δοκούντων*, ut idem *Schol.* et *Laërt.* locis dictis. Unde *Eustathius* *ὀργὴν ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν*, i. e. *concupiscere*, dictam putat, quia nihil aliud est ira, quam appetitus vindictae. Quando igitur haec duo vocabula *ὀργὴ καὶ θυμὸς* junguntur in oratione, reddenda sunt, *ira et excandescentia:* non *iracundia* et *animus*, quemadmodum est apud interpretem *Luciani* in Hermot. h. l. quod is reddit, *Virum senem exasperabat, alienum ab iracundia, animoque potiorem.* (Paris. *animoque longe praestantiorem.*) Rectius posuisset — *senem ab omni ira atque excandescentia plane alienum,* i. e. senem, qui non tantum irae, verum etiam ipsi excandescentiae, irae nascenti resistere potest, ab ea se vinci non sinit. Alia phrasi diceretur, *Οὗ μηδ' ὀργὴ μηδὲ θυμὸς καθίκεται.* Sic fere *Lucian.* in Reviviscent. c. 8. pr. — *ὡς ὀργὴ Πλάτωνος ἢ Χρυσίππου — καθίκοιτο ἄν*, i. e. *iram posse tangere Platonem vel Chrysip.* vel *nunquam putaveram*, *philosophum iratum posse fieri.* q. d. Credidi semper philosophos hoc affectu esse liberos. Non intellexit vim phraseos interpres, vertens, *Ego vero me nunquam in Platonis, vel Chrysippi — iram incidere existimassem.* Similiter *Lucian.* Bacch. c. 2. *ἄνθρωπον ὀργίλον καὶ θυμικὸν* legimus. Haec ille. *Κρείττων* certe frequentissime signif. eum, qui vincit, superior est; velnti *ἥττων*, qui vincitur: et quidem vel primitiva haec est

significatio, cum a *κράτος robur* derivetur, et sic (*sit*) *κρατεῖν vincere, in potestate habere.* Sic inquam *Noster* supra, de Merc. cond. §. 19. f. *κρείττονας χρημάτων* eruditos vocat, *pecunia superiores.* Nec non *Thucyd.* II, 60. *χρημάτων κρείσσων, pecunia invictus.* Ita fere *κρείττων λόγος*, de quo supra egimus. Et sic *Noster* paullo supra pr. cap. 12. *ἐκράτησε δὲ πότερος; Uter vero discessit superior?* Reitz.

Pag. 21. l. 2. *Τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν τρόπον ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατὸν, ἐπισυνοδοιποροίην ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ δὲ ἀρξάμενος*) Monstrosum verbum *ἐπισυνοδοιποροίην* potueruntne tam diu tolerare editores? In posterum ex Ms. scribe et distingue: *ὡς καὶ αὐτὸς, εἰ δυνατὸν ἔτι, συνοδοιποροίην ὑμῖν τοαποτοῦδε ἀρξάμενος*, ut *et ipse, si etiam nunc fieri possit, vobiscum iter capiam, inde initium faciens*, unde scilicet vos coepistis. Graev. Insolita quidem vulgata *ἐπισυνοδοιποροίην*, et eo forsan nomine damnanda. Quia tamen apta videbatur significare, *longo quamvis intervallo sequi*, et sic, *quasi una iter facere*, retinere volebam. Nunc autem auctoritati Codd. Mss. G. W. P. et L. cedo, in quibus omnibus legitur *ἔτι συνοδ.* Solan.

Ead. l 6. *Εἰ γὰρ ἐθελήσειας, ὦ Λυκῖνε*) *Opsopoeus, si modo haec res tibi cordi esset. Benedictus, si modo velis, Luciane.* Imo, *utinam velles, Luciane!* Nam et paullo ante, *Εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε.* Gron. Cf. ad Prometh. s. Cauc. c. 20. Varr. Lectt. Tom. I. p. 140. Lehm.

Ead. l. 7. *Παῖδας*) *Rudes atque imperitos.* Brod. Familiaris *Luciano* est formula, *παῖδα εἶναι ἔν τινι τέχνῃ*, de *imperitia* capienda. Hinc et *ἀποφαίνειν τινὰ παῖδα ἔν τινι* de eo, qui singularem peritiam in aliquo negotio consecutus est, ut alii quicunque prae ipso *pueri* esse videantur. Hipp. c. 3. *ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν.* Pseudol. c. 2. *οὕτω σύ γε παῖδας ἀπέφηνας ἐν πάσῃ βδελυρίᾳ.* De Mort. Peregr. c. 11. *ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε.* Hanc phrasin jam *Belinus* et nostro loco insinuari cupit, corrigens: *παῖδας, σὺ ἴσθι, ἀποφανεῖς ἅπαντας.* Ut autem intelligatur, qua ratione *οἰήσῃ* ex *ἀποφανεῖς* exsistere potuerit, fingit *Belinus* Scholion *τοῦ, ἀποφανεῖς* exstitisse *ποιήσῃ* (imo *ποιήσεις*) et hoc, amisso capite suo, ab imprudente librario sub forma *οἰήσῃ* in textum illatum esse. At sic mirum profecto in modum accidit, ut spuria scilicet lectio haud malum sensum praeberet; quamquam id quodammodo *Belinus* negat, scribens: „Il me semble que *οἰήσῃ* ne convient point du tout ici. *Tu penseras que tous les autres ne sont que des enfans.* Ce n'est sûrement pas là la pensée de Lucien; ce n'est point sa forme ordinaire.“

Verte, ut vertit fere *Gesnerus: Pueros, mihi crede, habebis omnes, tecum si compares;* et jam confer locum Alexandr. c. 4. ubi, postquam scripserat auctor, Alexandrum se Pythagorae similem esse praedicasse, addit: *εἰ δὲ κατὰ τοῦτον ἐγεγένητο, παῖς ἂν, εὖ οἶδα, ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε.* Sic in utroque loco elegantissimam conspicies fastus philosophici imaginem, lectissimis coloribus expressam. Lehm.

Ead. l. 8. *Ὡς πρὸς σὲ*) *Si tecum conferantur.* Brod.

Ibid. Αὐτὸς) Nihil hic variare Edd. notaverat *Solanus.* Forsan quia *αὐτοὺς* vel *αὐτοῖς* invenire maluerit. Sed non opus est; nam vel efficacior hic nominativus, ut significetur: *tantum prae illis sapies ipse,* i. e. ipse tibi videbere. Reitz.

Ead. l. 12. *Τετταρακοντούτης*) Si istud de aetate Luciani dictum, cum iis, quae initio hujus libelli de tempore dicta sunt, quo Hermotimum itare ad philosophos viderat, conferatur, constabit jam, qua aetate Lucianus in Graeciam primum venerit, anno nempe aetatis circiter vigesimo. At vero parum illud juvabit, nisi in hoc etiam opusculo criterium aliquod temporis, quo scriptum est, inveniatur; quale nondum perspicere valeo. Solan.

Ead. l. 14. *Τοσαῦτα γὰρ*) *Τοσαῦτα γοῦν, ὦ Ἑρμ.* Marcil.

Pag. 22. l. 4. *Οὕτω μάθῃς*) *Μάθοις Guyetus* vult legi, bene quidem; sed nihil ego in vulgata muto: vide, quae paucis dixi supra ad cap. 8. hujus Dial. v. *δουλεύῃ.* Reitz.

Pag. 23. l. 4. *Τῷ πότε πιστεύσας*) *Cuinam habita fide.* Brod.

Ead. l. 5. *Τὸ πρῶτον σὺ*) Mihi non fit probabile, castigatum et diligentem, si quis alius, scriptorem bis posuisse *τὸ πρῶτον σὺ,* ac statim *παρεὶς σὺ τὰς ἄλλας,* itaque alterutrum *σὺ* librariorum liberalitati deberi arbitror, posterius praesertim, quod proinde omittendum. Gesn. Superfluum quidem per se alterutrum *σὺ* esse, negari non potest. Verum non solum excusationem habet alterum post *παρεὶς* positum ob aliquantum intervalli interjectum, sed etiam, si recte sentio, commendationem, quandoquidem sic plenior, credo, ac rotundior, redditur verborum sonus. Lehm.

Ead. l. 9. *Τῶν δ' ἄλλων*) Intellige *ὁδῶν.* Brod. Potius *θυρῶν* ex antecedd. Lehm.

Ead. l. 10. *Δὴ*) Ita edidimus, auctoritatem Ms. Reg. 3011. secuti, quocum faciunt Edd. *H. B.* 4. et *S.* Vulg. male *δέ.* Bip. Nusquam *δὲ* inveni, nisi in Edit. *Reitz.* *Δὴ* etiam B. 1. 3. A. 1. 2. exhibent. Typographicum mendum nescio unde recepisse videtur *Reitzius.* Lehm.

Ead. l. 12. Ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς) *Supra vulgus.* Brod.

Ead. l. 13. Καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμὲ) *Et is atque nunc sum.* Brod.

Pag. 24. l. 2. Ὑμετέρων προγόνων) Τῶν Στωϊκῶν δηλονότι. Brod. *Nostri majores* tamen *Obsopoei* versio in ed. Paris. habebat, etsi ὑμετέρων in Graeco contextu exhibebat. In *Benedict.* autem, *vestrorum majorum.* Reitz.

Ead. l. 4. Ἅπερ προήρησαι) *Quae delegisti.* Brod.

Ead. l. 5. Ὥςπερ τὸν Χαιρεφῶντα) Consule *Platonem* in Socratis Apolog. Brod.

Ead. l. 7. Προςειπὼν) Sic lego, non ut in omnibus, et in ipso M. προειπών. Qui Graece sciunt, probabunt, sat scio, emendationem nostram. Solan. Emendationem *Solani* confirmat Ms. Reg. 3011. Bip. Et *Belino* probatam recepit *Schmiederus;* sed injuria: nam προςειπεῖν huic scriptori semper est: *alloqui aliquem coram, pronuntiato nomine, atque adeo salutare* (vid. Nigr. c. 2. Diall. Deor. XX, 6. XXVI, 1. Diall. Mortt. XXIX, 1.) quae verbi potestas propria et sollennis qua ratione cum Pythii Dei responso conciliari possit, viderit jam ipse *Solanus,* qnamquam ille Graece haud mediocriter sciens, nec omnino invita Minerva natus: Contra προειπεῖν de oraculis proprie dicitur, ut Diall. Mortt. III, 1. ubi cum προειδέναι conjungitur. De Apolline etiam ipso Jov. Trag. c. 30. Ergo h. l. τοὺς Στωϊκοὺς ἀρίστους προειπὼν nihil est, nisi hoc; *praedictis, praefinitis* Stoicis praestantissimis omnium philosophorum esse. Infelici itaque casu accidit, ut deterior lectio, quam bonus alias judex praestantiorem judicasset, postea Codicis cujusdam auctoritate confirmari videretur. Quae res monet, ne incautius in recipiendis Codicum lectionibus, vel novitate earum allectus, vel aliena auctoritate captns, agere cupias. Lehm.

Ead. l. 8. Τὴν ἁρμόττουσαν) ὁδόν. Brod. Quidni vero φιλοσοφίαν; quae proxime legebatur. Lehm.

Pag. 25. l. 17. Μόνος βασιλεὺς)

> *Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives,*
> *Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.*

Hor. (Ep. I, 1, 107.) Vorst. Cf. Vit. Auct. c. 10. Lehm.

Pag. 26. l. 2. Αὑτῶν) Rescripsimus pro vulg. αὐτῶν, jubente *Belino.* Item p. 34. l. 8. αὑτοῦ pro αὐτοῦ. Bip. Neuter locus emendatione indigebat, nisi et alia vere innumera loca ad hanc normam corrigenda putes contra librorum omnium consensum. Τὰ αὐτῶν non simpliciter sunt *res suae,* sed *suae ipsorum.* Vid. supra ad cap. 3. Varr. Lectt. nott. [c]). et [h]). Lehm.

Ead. l. 4. *Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι*) Omnes priscae Edd. *A.* 1. *J. H. B.* 2. Fl. *F.* Par. S. quas hic dedita opera consului, haec ita habent: *Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς τὸ εἰκός· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες.* Immo et Cod. M. eadem exhibere, testatur *Solanus*, qui tamen posteriora illa, *οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τ. α. φ.* in *Junt.* deleverat, nimirum olfaciens glossam esse: idem et mihi videtur; nam quid aliud sunt, quam explicatio verbi *ἀντίδοξοι*; Interim, quia non adfertur Codex, in quo desint, ea ita contextu addere tutius duxi; sed ut suspecta uncis inclusi. Reitz. Manifestum est, aliena haec esse a Lycini oratione, atque adeo glossatori cuidam deberi. Recte itaque, *Reitzii* exemplum secuti, recentiores Editores ad unum omnes haec verba pro suspectis notarunt, *Wielandius* etiam prorsus omisit, secus ac *Belinus*, qui, etsi persuasum habens improba esse, tamen absurde ea reddere, quam prorsus abjicere, maluit. Abjectis autem importunis verbis jam commode sibi respondent Lycini verba: *Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι* etc. et: *Οἱ δ' ἄρα ἰδιῶται* etc. Quod aliter necesse est se habere, ubi interjiciatur sententia, quae eadem a particula *δὲ* incipiat. Lehm.

Ibid. *Εἰκός. Ἑρμ.*) In omnibus impressis et ipso Codice M. verba sequentia hic inserta legebantur: *οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες*, insulse prorsus, si Dialogi personae tribuantur: exulare itaqne ego jussi, cum palam sit, Scholion merum esse, quid per *ἀντίδοξοι* *Lucianus* voluerit, enarrans. Solan.

Ead. l. 10. *Μαργίτῃ*) *Erasmi* Chiliades: ibi *Μαργίτης.* Brod. *Cum Margita*, inerte et nullius pretii stolidoque homine. *Margitis* enim meminit ex *Homero Aristot.* atque *Clem. Alex.* Demosth. apud *Plut.* Alexandrum puerum et Margitem nominabat. Cogn. *Ἄφρονι, μωρῷ.* De hoc *Suid.* ex *Hesych.* Interp. *Arist.* ad aves. Bourd. Scripsisse *Homerum* poëmatium, cui hoc nomen fecerat, *Aristoteles* haud dubie auctor est, de Poët. c. 4. Sed *Homeri* foetum esse dubitat *Basilius*, Lib. de legg. Gr. (Grot. ed. 990. C.) Junioris et vires tentantis *Homeri* esse existimat *Dion Chrysost.* pag. CXXIV. ed. *Barnes.* Iliados praemissorum. Iterum infra Philops. cap. 3. Solan.

Ead. l. 13. *Ὑπ' ἐκείνου λεγόμενα*) Castigo *ὑπ' ἐκείνων.* Brod.

Ibid. *Αἵρεσιν*) *Φιλοσοφίαν.* Brod.

Ead. l. 14. *Ἀξιῶν*) Forte *ἀξίαν*, *aestimationem, pretium.* Guyet. Duplex esse potest, quod videam, via, qua loci, qualis nunc in omnibus libris facies ejus est, asperitas tolla-

tur. Aut pro ἀξιῶν restituendum ἀξίωσιν, (non ἀξίαν, quae vox alterum quidem, quod *Guyetus* vult, *pretium* scil. significare potest, neque vero id quod locus flagitat, *aestimationem*, die Würdigung). Aut lacunam aliquantam sumas post αἵρεσιν, qua prior exciderit enuntiatio participialis in hanc fere sententiam: — ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν, προαιρούμενος τοὺς Στωϊκούς, καὶ τῶν κρειττόνων ἀξιῶν. Ex quibus illa mihi levior ac simplicior, omninoque probabilior, ratio esse videtur; quum vox ἀξίωσιν vel non perspicue satis, vel adeo compendiose, scripta incautum librarium facile in errorem seducere potuerit. Aliam viam *J. Seagero* ingredi placuit Class. Journ. Vol. XIII. p. 72. conjicienti ἀξιοῦν, et hunc verborum ordinem statuenti: διαλέγεσθαί τινι, ὡς ἀξιοῦν πιστεῦσαι ὅτι Ἑρμότιμος etc. Infelicissimum commentum! quo jungi jubentur πιστεῦσαι et ἀξιοῦν, longissimo intervallo ab auctore dissociata; ut taceam, ambiguum sic fore, quorsum τῶν κρειττόνων referas. Quod ὡς pro ὥστε positum *Seagerus* e *Xenophonte* illustrandum putavit, supervacua fuit haec opera, quum haec particulae potestas ubivis, et in nostro scriptore, haud raro occurrat, neque cuiquam in mentem venire possit de ea dubitare. Lehm.

Ead. l. 15. Τοιαῦτα λέγοντι) Non λέγοντο. Brod.

Ead. l. 16. Οἶσθα) Stare hoc verbum hic non potest. Credo scriptum fuisse ἴσθι, vel potius εὖ ἴσθι, ut Prom. Verbb. cap. 5. (?) et alibi passim. Solan. Quem locum e Prometh. in Verbb. (Πρ. λ. citatum) dicat *Solanus*, nescio. Neque vero opus erat, ut formula notissima his ambagibus illustraretur. At nego equidem imperative h. l. Hermotimum loqui voluisse; qua forma indicasset rem Lycino nondum notam, vel nondum certam. Imo vero indicative rem proponit, ut satis jam Lycino cognitam, quo ostendat simul, se non decipere illum voluisse, quum rem tacuerit, quam ille per se sciat. Ἀλλ' οἶσθα verte: *Sed nosti* (vel, si mavis, cum *Gesnero*, paullo urbanius: *sed noris*); *du weissest ja doch.* Recentiores interpretes, a *Solano* decepti, aberrarunt. Lehm.

Pag. 27. l. 3. Ἐν χρῷ κουρίας) *Ad cutem tonsos.* Brod. *Strictim attonsus. Plaut.* Capt. cujus ἀντίθετον, *per pectinem attonsus.* Ἐγκυτὶ κεκαρμένους *Archilocho.* Hoc genus tonsurae σκαφίον dicebant, cui κῆπος, vel κηπίον opponebatur. De quibus vide *Aristoph.* Schol. in Avibus, et *H. Junium* de coma c. 6. Vide et Lexiph. c. 5. Vorst. Vide not. ad Vit. auct. c. 20. Solan. Ἐνχρωκουρίας una voce *Guyet.* scribit. Adsentirer, si probaret; nec enim ridiculum adeo est, ut

contemni debeat, quin quia ridiculum, studio adfectatum ab *Luciano* videri possit. Interim, quia non necessarium, et viri eruditi hic et alibi jam satis exposuere, quid sit ἐν χρῷ κουρίας, nihil amplius dicam. Reitz.

Ibid. *Οὐδὲν ἁβρὸν*) *Nihil in his molle.* Brod.

Ead. l. 4. *Ἐς τὸ ἀδιάφορον*) Nimirum τὸ ἀδιάφορον illam quorundam rationem notat, quibus parum aut nihil curae est, quid de se judicent alii, nudi an vestiti, hoc an illo modo vestiti incedant, soli sint an in foro? *susque deque habent omnia*, quam ipsam formulam ex Graecorum ἀδιαφορίᾳ interpretatur *Gellius* XVI, 9. Igitur extrema sunt hinc Aristippeorum, ut hoc utar, mollities, hinc Cynica negligentia, et cultus omnis, atque alieni adeo judicii contemtus. Gesn.

Ead. l. 12. *Ἐν χρῷ ἡ κουρὰ*) Ut antea ἐν χρῷ κουρίας. Quid legerit in his locis interpres, non video, nam Stoici dicti ἐν χρῷ κουρίαι, *tonsi, cute tenus.* Ipse vero *longa coma venerandos, prolixa in capite caesaries, capillus prolixior*, ubique vertit. De his *Juvenal.* Sat. 2. *atque supercilio brevior comae.* Haec monebat Senator Clariss. *Godofred. Maluynus.* Dixi hac de re antea. Bourd. In sequentibus verbis: καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἄρα ἔχωμεν τουτονὶ κανόνα Subjunctivus offendit *Belinum*, vim ejus non capientem, quam nec *Gesnerus*, vertens: *habemus*, fidelissime expressit. Intellige βούλει, et verte: *visne hanc habeamus regulam?* Quam rationem nemo facile ut inauditam mirabitur, nec inconvenientem judicabit cum sequentibus: καὶ χρὴ etc. Quapropter nimium *Schmiederus* facilis erga *Belinum* fuit, quum ἔξομεν illius monitu e Cod. 2954. in textum reciperet. Lehm.

Pag. 28. l. 1. *Παίζεις πρὸς μὲ*) Et haec ita legi in *J. H.* et *Fl.* adnotaverat *Solanus*; quasi variationem invenire optaret. Sed et sic leguntur in *A.* 1. Par. et *S.* Nisi quod aliter in omnibus scripti sint accentus, legunt enim πρός με, enclitice. Quod tamen cum accentum canonibus adversetur, mutavimus, et porro mutabimus, non amplius de his minutiis monituri: licet studio reliquerimus idem c. 1. de Merc. cond. ἐξηγόρευον πρός με· nam praepositio non adsumit accentum encliticae, in quo tamen millies peccatur in omnibus auctorum Editt. (etsi, atona particula sequente, accentum invertere fas sit, ut, ἀπό τε, ἐπί τε.) Sed aliud noster quaesisse videtur, phrasis nempe illi insolita videbatur: at non est, vid. *Aristoph.* Plut. 1056. supra l. c. jam adductum. Et *Nostrum* infra Soloec. cap. 6. pr. Reitz. Non solum De Merc. Cond. c. 1. πρός με, ut veterem scripturam, servavit

Reitzius, sed etiam aliis in locis, ut Somn. cap. 15. et supra Hermot. c. 16. Ergo et h. l. et sequentibus omnibus constare sibi debuit. Temere h. l. *Bipontinus* Editor, *Seyboldus* et *Schmiederus* secuti sunt *Reitzium*. Lehm.

Ead. l. 2. *Συνίημι*) *Mihi fucum fieri non sentio.* Brod.

Ead. l. 8. *Τί ἂν πάθοι τις*) *Quid agendum statuat aliquis.* Brod.

Ead. l. 9. *Εἰ τυφλὸς ἂν*) Ubi Hermotimus dixisset, posse etiam ex externo habitu judicari de optimo philosophorum genere, continuo infert Lucianus, *Τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ἂν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν;* Non gravor particulam ἂν ita continuo iteratam: persuadeo tamen mihi, legendum εἰ τυφλὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν. Non dubito, quin cuilibet, aures suas, et perpetuam Graecorum, *Luciani* potissimum, loquendi consuetudinem consulenti, haec lectio censeatur verissima. Jens. *Εἰ τυφλὸς ὢν*) Quia Codex W. *Jensianae* ac *Guyetianae* (nam et *Guyetus* ἂν in ὢν mutandum monuerat) conjecturae adsentitur, non dubitavi ὢν recipere: nam illud Editionum ἂν πάθοι . . . ἂν ἐπιθυμοίη minus commodum. Reitz. Ὢν etiam *Schaeferus* scripsit Melett. p. 100. In sequentibus primum dubium non est, quin τῷ (pro τίνι) recte scribatur, ut et vett. Edd. omnes dederunt. *Belini* errorem, qui τῳ corrigendum censuerat, quod quidem foret τινὶ, minime *Bipontinus* Editor sequi debebat. Cf. Diall. Deor. III, 1. et Adnot. Tom. II. pag. 285. et Halc. c. 2. ibique Adnot. Tom. I. 490. Deinde διαγνῷ exhibent vett. Edd. et *Seyb.* διαγνῶ vero *Reitz.* et recentiores ceterae. Codices vero 2954. et 3011. habent διαγνῶναι, quod *Belinus* ortum esse dicit e διαγνῷ ἄν, rectius vero *Schaeferus* l. c. e διαγνῴη ἄν, et sic sane legendum. Simili forma *Noster* usus est Cynic. cap. 17. δῴη. Quae saltem in recentioribus scriptoribus ferenda esse videtur; quamquam Grammaticorum tum veterum, tum recentiorum, sententiae in varias partes abeunt. Damnant hanc Optativi formam per ῳ pro οι exhibitam *Phrynichus* pag. 345. Lob. et *Moeris* p. 117. Piers., defendunt *Suidas* s. v. βιῴη, et *Thom. M.* s. v. διδῴη. E recentioribus eam omnino reprobant *Pierson.* ad *Phrynich.* l. l. *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* II. p. 446. et *Hermann.* ad *Orph.* Argonaut. v. 1218., ut pejorem seriorumque scriptorum propriam ferunt *Buttmann.* in Gramm. Gr. pag. 183. Ed. 3. *Matthiae* Gr. Gr. §. 205. 6. *Lobeck.* ad *Phrynich.* l. c. qui omnino consulendus, ut probam denique servari volunt *Schaeferus* Melett. l. c. et *Heindorf.* ad *Platon.* Gorg. 481. A. Ceterum tamen cum his nostri

loci verbis cf. Catapl. c. 22. ἢ τῷ διαγνῷ (διαγνῶ *Reitz.*) τις ἐνταῦθα εἶ etc. LEHM.

Pag. 29. l. 6. Ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοῖόν δέ ἐστιν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προςήεις αὐτοῖς) Immodice *Opsopoeus, nisi enim me fallit animus, tale quiddam est, quod dicturus sum, nimirum te parandae et colligendae sapientiae cupidine cum istiusmodi viris conversari.* Absurde *Benedictus* et praeter Graeca, *istiusmodi autem est, quod volo dicere, non solum sapientiae virorum illorum amore captus ipsos adiisti, sed in sap.* At particula οὐχ est hic accipienda per interrogationem; cujus notam cum subjecerint huic periodo Basileenses, quî potuit eisdem placere *Obsopoeus?* Adscripsit vere pater, *Quod enim dicere volo, sic se habet: Nonne scientiae virorum eorum caussa ad illos accedis, et — ?* GRON.

Ead. l. 7. Οὐχ ὅτι) In hujusmodi voculis ut venustas linguae, ita etiam difficultas consistit. Saepissime sic apud *Nostrum* collocatur illud οὐκ. SOLAN.

Ead. l. 8. Καὶ ἠξίους) Lege forsan: Ἀλλὰ καὶ ἠξίους. Sic interpres. GUYET. Pendet judicium ab eorum veritate, quae modo de hujus loci sensu et de particularum οὐχ ὅτι potestate disseruit *Gronovius.* Quae si vera sunt, ut sunt verissima, ineptissime sequeretur, quod *Guyetus* vult, ἀλλὰ καὶ ἠξίους, imo unice recte adjungitur simplex copula: *Nonne* (nicht wahr?) *mentis illorum amore ductus adibas eos, et volebas* etc. Itaque recte Basileenses (Ed. 1. et 3.) in sententiae fine interrogationem indicarunt, quod in A. 1. 2. neglectum facile occasionem praebuit importunae corrigendi libidini. LEHM.

Pag. 30. l. 2. Ὁ γοῦν Μῶμος) Fabula de Momi judicio. GUYET. Conf. Ver. Hist. II. c. 3. SOLAN.

Ead. l. 4. Ὁ μῦθος ἐρίσαι) Hujus fabulae mentionem facit *Plato.* COGN.

Ibid. Ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα) Conf. infr. De Saltat. c. 39. 40. SOLAN.

Ead. l. 5. Εὐτεχνίας πέρι) Propter anastrophen accentus praepositionis mutandus erat. Sic infra c. 45. φιλοσοφίας πέρι constanter legitur. Quod ex Grammaticis notum. Sic *Hom.* Il. *B*, 91. — νεῶν ἄπο. Et Odyss. *H*, 104. — μύλης ἔπι, ac saepe alibi. Exempla plura ex prosae scriptt. adfert *Jens.* ad Jov. Trag. c. 33. REITZ. Non e longinquo, opus erat, ut peterentur exempla rei ceteroquin minime ignotae. Εὐμορφίας πέρι Diall. Mortt. XXIV, 2. Ἀνύτου καὶ Μελίτου πέρι Pisc. c. 10. Ἰατρικῆς πέρι in hoc ipso Dialogo. c. 1. infra c. 45. φιλοσοφίας πέρι. Quin etiam h. l. non solum *Juntina* Editio, sed etiam B. 1. 3. A. 1. 2. πέρι exhibent; prae-

terquam quod in utraque Ald. ob scripturam compendiariam accentus ad ultimam syllabam pertinere videri potest. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἀθηνᾶν δὲ, οἰκίαν* etc.) Adleverat orae edit. Graev. *T. Hemsterh.* Vid. *Aristid.* T. I. pag. 21. C. ubi *Jebb.* hunc locum notat. Sed cum ea mihi editio non sit ad manus, quid ibi commentator ille habeat, addere non possum. Reitz. *Aristidis* verba, quae *Hemsterhusius* indicavit ex Hymn. in Minerv. p. 21. ed. *Canter.* haec sunt: — *συνελθόντας οἰκεῖν ἐν ταυτῷ μίαν συνοικίαν κοινὴν περιβαλλομένους, ἡδ᾽ (Ἀθηνᾶ) ἐστὶν ἡ πείσασα· ὅθεν δὴ καὶ πολιοῦχος ἅπασι κέκληται.* Lehm.

Ead. l. 11. *Ἐπέπληξε*) Ita pro vulgato *ἐξέπληξε* dare non haesitavi; idem verbum ex tribus Codd. similiter restitui infra c. 31. Reitz.

Ead. l. 14. *Εἰ ψεύδεται*) Prave hic omnes *ἢ*, quod *B.* 2. sola ita emendavit. Solan. *Ἢ*) *Εἰ B.* 2. solam recte legere, reliquas cum Cod. M. male *ἢ* habere, notaverat *Solanus.* Non, credo, quod ignoraret *ἢ* — *ἢ* recte dici; nam vel hoc ex adagio *ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι* notissimum, sed quod hic *εἰ* convenientius duceret. Potest autem stare vulgata, etsi propter proxime praecedens *καὶ*, forsan melius foret *εἰ* pro *ἤ*. Sed si *καὶ* plane abesset, ac tum *ἢ* — *ἢ* legeres, nihil desiderarem: at *Noster* nimis amat illud *καὶ*, quod vel ad nauseam infarcit in Somn. c. 1. 2. 3. Reitz. *Ἢ* in priori parte obliquae interrogationis prorsus novum et inauditum est. Jam quum constet ob pronuntiationem unam eandemque *ἢ* et *εἰ* saepissime a librariis commutatas esse, et h. l. non solum B. 2. sed etiam B. 3. revera *εἰ* exhibeant, quod unice convenit: non est, quod genuina lectio amplius a loco sibi debito arceatur. Lehm.

Ead. l. 15. *Ὑπὲρ τὸν Λυγκέα*) *Lynceo perspicacior.* Perspicaces, intelligentes et acute subtiliterque videntes *Lyncei* dicuntur, non a Lynce animali, sed a Lynceo Argonautarum uno, qui dictitabat ultra parietem videre; *Hieron.* contra Joa, Origenistam. *Val. Flacc.* L. I.

— cumque aethera Juppiter umbra
Perdiderit solus, transibat sidera Lynceus.

Plin. L. IV. c. 10. *Cic.* de eo. *Lucian.* Icaromenip. et Dial. Menip. et Tiresiae. Cogn. Ut in Contempl. Bourd. Vid. *Aristophan.* Schol. in Pluto. Vorst. Ita corrupte, ut exhibui, versus *Val. Flacci* exstat ap. *Cogn.* quem *Graev.* Edit. eodem modo ex Parisina descripsit. Sed vid. edit. *Burmanni* L. I, 466. ubi leges

— *cumque aethera Juppiter umbra*
Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus. Reitz.

Pag. 31. l. 4. *Κατὰ θεὸν*) *Dei auspicio, divinitus.* Brod. Confer hujus Dial. c. 15. Solan. Adducit haec *Luciani* verba *Jac. Elsner.* ad 2. Corinth. VII, 10. et interpretatur κατὰ θεὸν εἱλόμην, *ego divino beneficio elegi*, firmatque ex *Jamblich.* Vit. Pythag. c. 26. p. 97. Ἄσμενος δὴ ὡς κατὰ θεὸν ἀνυομένης αὐτῷ τῆς προθέσεως, *laetus itaque, quod propositum sibi non sine divina ope succederet.* Licet ἡ κατὰ θεὸν λύπη in Nov. Foed. potius sit *tristitia secundum Deum*, quam *a Deo immissa*, quod recte ex locis N. T. similibus probat idem. Quodque etiam similibus posset probari, ex profanis scriptoribus, si quid opus foret. Reitz. Observanda h. l. etiam. non minus falsa. quam gravis, oppositio formularum κατὰ θεὸν et καθ' ἑαυτὸν (illud, quod mox Lycinus dicit κατ' ἐμαυτὸν ἐξευρεῖν πειράσομαι) i. e. *per Deum*, et *per se, operante, regente, Deo*, et *suo ipsius auxilio, suis ipsius* ac *solius viribus relictum.* Cf. Lexiph. 20. ubi Lexiphanes morbo dicitur laborare κατὰ θεὸν, *divina sorte immisso.* Lehm.

Ead. l. 7. *Καὶ πρὸς ἐμὲ*) Vid. supr. Prometh. c. 3. Solan.

Ead. l. 8. *Ἐν πολλῷ τῷ συρφετῷ*) Sic supra c. 1. f. hujus Dial. ἐν τῷ πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ. Reitz.

Ead. l. 9. *Γάρ σοι*) Ἄν, quod hic inserebatur in omnibus, duce W. delevimus. Solan. Possis etiam, servato ἄν, scribere ἀρέσκοι. Verum neutra ratio e *Luciani* calamo profecta: imo scripsit haud dubie, ut vulgo editum. Ἄν autem cum Indicativo Praesentis positum hodie non amplius in dubitationem vocatur. Quemadmodum h. l. οὐδὲν ἂν ἀρέσκει, ita Diall. Mortt. IX, 2. relative: ὅντινα ἂν καὶ μόνον προσέβλεψα. Verte tum: *forte.* Lehm.

Ead. l. 11. *Ἄν με ἀρέσειεν*) Modo dixerat, ἄν σοι ἀρέσκει, jam vero accusandi casum adjungit eidem verbo: utrumque vero usitatum esse non monerem, nisi suspicatus essem, *Solanum* nostrum dubitare de hoc casu. Dativus tamen vulgo notior. Accusativ. vid. ap. *Aristoph.* Plut. 353. Adde eund. Ran. 103. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει. Plura *Spanh.* ad Plut. l. c. adfert, ut Vesp. 769. Acharn. 188. *Eurip.* Orest. 210. *Thucyd.* I. c. 128. etc. tamen leviter aberravit in proferendis *Thucydidis* verbis, scribens, οὔτι σε τούτων ἀρέσκει; cum ap. *Thucydid.* legatur, εἴ οὖν τι σὲ τούτων ἀρέσκει. Confer ibi Scholiast. qui Atticismum esse ait, accusativum pro dativo. Reitz.

Ibid. *Μοι ἀρέσ.*) Sic edi ex conjectura curavimus, quamvis in omnibus Edd. et ipso M. scriptum sit με. Vid. *Eur.* p. 195. B. 198. A. Solan. Quia scilicet paullo ante prae-

cessit οὐδέν σοι ἀρέσκει, ideo et hic ἀρέσειεν cum dativo constructum voluit *Solanus*; sed hoc non satis est caussae pristinam eamque constantem lectionem mutandi ex mera conjectura, vix autem mihi persuadeo, eum ignorasse, hoc verbum etiam frequenter accusativum personae, aeque ac rei, adsciscere, id quod satis multis jam probavit *Stephanus* in Thes. Adde nos nota proxima. Reitz. Differunt ἀρέσκειν τινὶ, et ἀρέσκειν τινά. Illud est *placere alicui*; hoc *satisfacere*. Unde patet simul, quomodo Passive dici possit ἀρέσκεσθαί τινι, de eo, *cui satisfactum est in aliqua re*, i. e. *qui in ea acquiescit, ea contentus est*. Hoc ipsum discrimen animadvertes h. l. observatum. *Nihil forte*, ita dicebat Hermotimus, *placet tibi eorum quae dixero. Imo vero*, respondet jam Lycinus, *tu nihil vis dicere ejusmodi, quod satisfacere mihi possit.* Cf. de Sacrif. c. 13. extr. ubi pro ἀρέσκει τῇ θεῷ e Codd. Pariss. restituimus τὴν θεόν. *Herodianus* ap. *Moerid.* ed. Piers. p. 463. Ἀρέσκει αἰτιατικῇ καὶ δοτικῇ. Lehm.

Pag. 32. l. 5. Ἄμεινον) Repone, ἀμείνων ἢ χείρων. Brod.

Ead. l. 11. Ἂν εἴδῃς) Εἴδοις Guyet. Sed vid. quae supra notamus ad c. 8. hujus Dial. Reitz. Ἴδοις Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip. Idque recte jam *Schmiederus* recepit. Lehm.

Pag. 33. l. 14. Κλαυθμυριζομένων) M. *Par.* et *A.* In aliis mendose κλαθμυριζομένων. Solan.

Pag. 34. l. 1. Ἀποσεισάμενον) Anglic. ἀποσεισάμενος, mend. Bourd.

Ead. l. 2. Ἀποῤῥίψαντα) Cum finxisset Hermotimus, Virtutem esse beatissimam civitatem, inque eam rogasset num aequum esset, ut omnes contenderent, et cives ibi fieri gestirent, *Maxime vero*, respondet Lucianus, *eo adspirandum est, reliqua autem omnia negligenda; neque multum curare oportet retinentem patriam; neque liberis vel parentibus, si cui sint, revocantibus ejulantibusque, flecti et verti; sed et eos maxime ad eandem viam hortari: sin autem nolint, vel nequeant, amoventem illos* (sive *amotis illis*) *recta ad undique beatam illam urbem contendere; quin et ipsum abjicientem pallium* (sive *ipso abjecto pallio*), *si eo apprehenso detinerent, illuc festinare.* Hic quidem auctoris sensus est: sed in Graecis aliquid est, ad quod offendas. Καὶ αὐτὸ ἀποῤῥίψαντας τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύκοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε etc. Si sequentium juxta et praecedentium habeatur ratio, vel puero pateat legendum ἀποῤῥίψαντα. Jens. Omnes libri impressi, et ipse M. ἀποῤῥίψαντας, mendose. Displicet etiam duplex illud ἐκεῖσε. Solan. Non certe utrumque. Sed utrum jam, quaeso? Mihi

quidem neutrum otiosum videtur, et quod bis forte positum est ἐκεῖσε, utrumque sua ratione, suumque in finem, non magis in eo offendo, quam in duplici μὴ in verbis, quae modo praecesserunt: εἰ δὲ μὴ ἐθέλοιεν, ἢ μὴ δύναιντο, vel saepius repetito γὰρ in iis, quae deinceps sequuntur: οὐ γὰρ δέος etc. ἤδη γάρ ποτε etc. ἡγήσεσθαι γὰρ αὐτός etc. Lehm.

Ibid. *Εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύκοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε*) Sic *Benedictus* et *Bourdelotius*. Basileenses εἰ τούτου κατειλημμένοι, κατερύκοιεν ἐσσύμενον ἐκεῖσε. Pater notat sumtum ex Ὀδυσσ. ό, ἐσσύμενον κατερύκει, et *Opsopoei* versio est fatua. Gron. *Hom.* Il. *Z*, 518. *Π*, 9. Odyss. *O*. Homericum esse, recte monuit *Vorst.* nos locum, qui ei haec scribenti non succurrebat, addidimus. Solan.

Ead. l. 4. *Ἀποκλείσῃ*) ut in Dial. Meret. Bourd.

Ibid. *Καὶ γυμνὸν*) *Καὶ* deest in Ms. et Angl. Cod. Bourd.

Ead. l. 8. *Φρατρίας*) *Curiae.* *Φρατρία δέ ἐστι τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς.* Vorst. Plerique libri et ipse M. prave hic φατρίας habent, omissa litera ρ. In Scholiis, *B.* 2. et *S.* recte scribitur. Vide supra Tim. c. 25. et infra Conc. Deor. c. 4. ubi iterum peccant libri plerique. Solan.

Ead. l. 11. *Πρὸς ταῖς πύλαις*) Conf. cap. 1. med. de Merced. cond. bis. Solan.

Ead. l. 13. *Ὡς εὖγε*) Ex cod. W. pro εἴγε vulgato. Solan. *Εἴ γε μέμνημαι*) *Εἴγε* quaedam Edd. conjunctim; sed hoc eodem redit. *Ὡς εἴγε Flor.* Ed. habere; recte notaverat *Solanus*; sed non satis distincte notaverat, quid in W. legeretur; verum εὖγε supra εἴγε collocaverat. In nota tamen ecce declarat, quid voluerit: sed si jam in isto Cod. εὖγε legitur, non tamen illico sic ederem, sed εὖγε saltem scriberem; tumque illam lectionem ego sane non spernerem, cum ex seqq. pateat, *Lucianum* non dubitanter loqui, (quod per εἴγε tamen fieret) sed ea, quae probe meminerit, narrare. Reitz. Dubitationem hanc esse ironiae Atticae tribuendam, a qua non alienus fuit scriptor noster, sentiet, quicunque non sine judicio *Lucianum* tractaverit. Optime itaque habet εἴ γε. Mirum tamen, unde ὡς in *Florentinam* Ed. et Cod. W. venerit. Nisi forte repetita haec est ultima praecedentis vocis πόλεως syllaba. In seqq. ad Anacharsin, Epictetum, Antisthenem, Crateta, e. a. ejus generis philosophos alludi notat *Wielandius* ad h. l. Lehm.

Pag. 35. l. 10. *Καὶ τὸ ἀλιπαρὲς*) *Αὐχμηρόν.* *Suid. Guyet.* Sed quia aliam jam lectionem habemus, hac interpretatione nihil opus est. Reitz.

Ibid. *Λιπαρὲς*) Dicit *Lucianus*, si quis in illam beatorum civitatem velit adscisci, ei sufficere *σύνεσιν, καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνον, καὶ τὸ ἀλιπαρὲς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι.* Vertitur: *intelligentia polleat, cupiditate rerum honestarum teneatur, laborem et macritatem non detrectet, non det tergum.* Primo *macritas* barbarum est: Latini dixissent *macies*, seu *macritudo*. Dein licet Latinum esset, quid hic macies facit ad jus civitatis consequendum? Ms. pro *ἀλιπαρὲς* scribit *λιπαρὲς*, et sic sine controversia scripsit *Lucianus*. *Λιπαρὲς* est assiduitas, familiaris *Luciani* vox, quam cum *τῷ πόνῳ* non semel junxit Vertendum autem, *sufficit ingenium, cupiditas rerum honestarum, labor, assiduitas, non tergum dare,* sc. ad civitatem consequendam, hoc est, non viam, cui te dederis, deserere. Graev. *Graevio* assentiens mutavi. P. etiam *λιπαρὲς*, et in M. quod primo fuerat *α*, erasum est. Solan. Cum *λιπαρὸς* sit *curata bene pelle nitidus*, lautus et unctus homo; videtur non male huc convenire, ut *τὸ ἀλιπαρὲς* ea sit virtus, quae non modo aequo animo illis rebus careat, sed etiam, ubi copia sit, eas contemnat, sicca virtus et sobria, austera magis, tetrica ac dura, quam delicata, mollis, atque commoditatis studiosa etc. Verum facilius longe est *τὸ λιπαρὲς*, a *Graevio* prolatum, i. e. *assiduitas, constantia.* Gesn. Defendere hanc vocem studet *Elsner.* Sched. Crit. p. 7. sed frustra. Barbaram *Schaeferus* Melett. p. 129. vocat vocem, et e Lexicis furcilla ejiciendam. Una, opinor, hac ratione explicari h. l. possit, ut *α* primae syllabae non cum *Gesnero* et *Suida* pro privativo, sed pro intensivo, captum non proxime a *λιπαρὸς* sed a *λιπαρέω*, quod est *inhaerere, perseverare,* deducas. Verum caret vox exemplis. In *Sophoclis* enim loco Electr. v. 451., quem *Suidas* ante oculos habuisse videtur, non genuinam esse veterem lectionem, ostendit ad eum locum *Brunckius*. Quod alii *ἀλιπαρὴς* synonymum *τοῦ ἀλιπὴς* habent, prorsus nihili id est. Jam non solum *Graevius* in proxima nota lectionem *πόνον* affert, *Gesnerus*que in versione eandem secutus est, sed reperitur ea etiam in omnibus, quos mihi inspicere contigit, Edd. veteribus. *Reitziana* itaque lectio, *καὶ πόνων* coeco cuidam casui videtur tribuenda, nec a recentt. Editt. repeti debebat. Sic etiam *Schaeferus* facile, credo, conjecturae suae, nunc non necessariae, renuntiabit. In sequentibus verbis distinctionem verborum vulgatam — *μαλακισθῆναι πολλοῖς τοῖς δυσχερέσι, κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνοντα* mutaveram jam prius, quam diligentissimi *Schaeferi* monitum ad *L. Bos* de Ellipss. p. 263. legerem. Cf. supra cap. 5. Quae statim sequuntur verba, simili laborarunt vitio, de quo deinceps. Lehm.

Ibid. Ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναι) Ἐνδιδόναι retrocedentium est in proelio; vid. interprett. ad *Aristoph.* Plut. 488. — μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν. Quod olim male verterant, *nihil admiscete jocosum.* Noster supra Apol. pro Merc. cond. c. 4. ἐνδιδόντων φυγεῖν, et saepe alibi: vid. *Jens.* ad Dial. Toxar. ubi quoque male intellectum fuerat hoc verbum. Propria significatio est ap. *Hippocr.* Sect. 2. aph. 28. ubi ἐνδιδόναι dicitur τὸ σῶμα pro *emaciari*, vel ut nos, *inslaan*, i. e. quando expansa retro cedunt, cui oppositum ἐπιδιδόναι, augeri, crescere, ib. aph. 31. et 32. quod *Lucian.* de vento quoque usurpat. Reitz.

Ead. l. 12. Ἐπιδείξηται) Non immerito Edd. lectionem hic contulit *Solanus*, quia insolitum videbatur diversos modos conjunctione καὶ conjungi, nimirum ἐπιδείξηται καὶ διεξέλθοι. Sed quia ἂν utrique Modo jungi potest, licebit construere ἂν ἐπιδείξηται et ἂν διεξέλθοι, ante optativum similiter ἂν intelligendo. Plura similia deinde occurrent. Sic infra cap. 57. pro καταθύεις καὶ θυσιάζῃ *Guyet.* legi jubet καταθύοις καὶ θυσιάζῃ, quod non improbarem, nisi καταθύῃς jam ex Ms. restitutum. Interim alibi forsan dabitur occasio pluribus ostendendi, non repugnare linguae Graecae genio, optativum et subjunct. interveniente καὶ conjungere. Reitz.

Ibid. Διεξέλθοι) Sic legendum pro διεξέλθει *Guyet.* monuerat; verum ego optativum jam in Edd. inveni. *Salmuriens.* autem ambigue διεξέλθῃ, i. e. male quidem expressa syllaba posteriore, ex cujus tamen vestigiis pateat, eam διεξέλθῃ dare voluisse: et hanc jam veram lect. credo. Reitz. Faventibus Mss. Regg. 2954. et 3011. reposuimus διεξέλθῃ. Bip. Nec nos, praesertim praeeunte *Schmiedero*, dubitavimus auctoritatem duorum Codd. sequi. Quod autem *Belino* magis placet ἐπιδείξαιτο καὶ διεξέλθοι, ingeniosum hoc est commentum, quo tamen melius caremus. Ceterum comma, olim post διεξέλθῃ positum, transtuli post ἐπιδείξηται, quo arctior verborum πορευόμενος etc. nexus cum praecedente voce ostenderetur. Lehm.

Pag. 36. l. 1. Πολίτην ὄντα) Angl. εἶναι. Bourd. Sic et P., idque ex loci totius indole ac via si judices, recte; ut mirer, qui Editionum lectio ὄντα, manifesto illa deterior, tamdiu se tueri potuerit. Lehm.

Ead. l. 2. Ὅςτις ἂν ᾖ) *Quicunque fuerit.* Brod.

Ead. l. 11. Αὐτὸς ᾔειν ἐς αὐτ.) *Ad eam profectus essem.* Brod.

Ead. l. 13. Καὶ Ἡσίοδος) Μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν. Brod. Vid. *Hesiod.* Ἐργ. 288. Solan.

Ead. l. 17. *Σοὶ μὲν ἐπὶ*) Mend. Bourd. Mendosa haec esse, dubitari non potest. Qua ratione vero restituerentur, nondum contigit mihi exputare. In una B. 1. interrogative haec sententia edita est, et a *Vinc. Opsopoeo* hunc in modum conversa: *Nonne vides igitur immensam multitudinem promittentium et affirmantium se viae peritos esse?* Quae mirum quantum a textu ipso recedunt. Ceterum σοὶ in omnibus vett. Edd. legitur, non σοι, ut in *Reitz.* et recentt. Quod moneo, ut similitudo pateat, quae inter hanc lectionem et illud σὸν in P. intercedit. Unde jam *Seagerus* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 72. non male conjecit legi posse: ὅσον μὲν ἐπὶ τὸ ὕπ. Nam ἔτι quidem in P. pro ἐπὶ exhibitum non admodum videtur respiciendum. Sic facies loci haud quidem inepta evaserit; genuinam vero esse, equidem non praestabo. Lehm.

Pag. 37. l. 5. *Ἐπὶ τὰς ἄρκτους*) Ne quis credat melius legi ἐπὶ τῆς ἄρκτου, quia una tantum septentrionis est plaga, meminerit, Graecos potissimum hic plurali num. uti, quia duae sunt ἄρκτοι, ursa major, et minor, quamvis et singulari *Strabo* saepe utatur, pro septentrione, ut L. I. p. 109. (al. 63.) ἐξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, et alibi. Plurali autem *Dionys. Al. Perieg.* de situ Orbis v. 130. Φράζεο δ' ἐκ κείνου τετραμμένος αὖθις ἐπ' ἄρκτους. Et sic alii passim, quod in vulgus notum pluribus non probo. Reitz.

Ead. l. 7. *Εὔυδρος*) P. L. ed. *J.* et *B.* 2. ἔνυδρος, et sic olim fuerat in M. Sed vulgata placet. Vid. Ver. Hist. I. cap. 28. Rhet. Praec. c. 7. et *Herod.* IV, 105. Usurpat tamen etiam ἔνυδρος in Navig. cap. 20. Solan.

Ead. l. 11. *Ἐναντιώματα*) Variae viae ad beatissimam illam civitatem ducentes, dicuntur ἐς τὰ ἐναντιώματα τελευτῶσαι. Sic quidem omnes, quas vidi, editiones. Lege tandem aliquando ἐναντιώτατα. Jens. Nescio, quare vir doctus hic pro ἐναντιώματα emendet ἐναντιώτατα, cum vox sit proba, idemque valeat, quod ἐναντία. *Pollux* Onom. L. V. c. 29. ἐναντία et ἐναντιώματα ut synonyma ponit. L. Bos. Scilicet *Pollux* l. l. inter varia vocabula, quae *impedimenta* (κωλύματα) significent, refert ἐμποδίσματα, ἐμπόδια, ἐναντία, ἐναντιώματα, ἐμποδὼν, φράγματα, ἔργματα, πρόβολοι. Quodsi ergo ἐναντία et ἐναντιώματα synonyma sunt habenda, nonnisi eatenus sunt, qua vim *impediendi* utraque vox habere potest. Quae vis non magis huic loco convenit, quam quae alibi ab eodem *Polluce* VI, 180. eidem voci ἐναντίωμα tribuitur, ponente eam in catalogo vocabulorum, quae ἀδικημάτων ὀνόματα vocat. Quid multa? nemo nunc facile, qui vo-

cis ἐναντίωμα indolem norit, dubitabit *Jensii* sententiae adstipulari. Deor. Diall. XXV, 1. ὥςπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄρτι μὲν ἐπὶ τὰ λαιὰ, μετ' ὀλίγον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ ἐς τὸ ἐναντίον τοῦ δρόμου ἐνίοτε, etc. Prometh. s. Cauc. c. 1. ἐκπεταθεὶς τὼ χεῖρε ἀπὸ τουτουῒ πρὸς τὸ ἐναντίον. Catapl. c. 26. med. πλούτου πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀφικόμενος. Lehm.

Ead. l. 13. Ἕκαστος) In his verbis itidem non nihil vitii inest. Ait *Lucianus:* Ἐφ' ἣν γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν (ὁδῶν) ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἕκαστος ἐφεστὼς, ἐν τῇ εἰςόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι. Si quid video, *Lucianus* scripsit ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἑκάστης ἐφεστώς· paullo post inverso spiritu αὑτοῦ scribendum. Locum itaque integrum sic reddo: *Ad quamcunque enim earum* (viarum scilicet, quae diversae pro diversitate philosophorum, omnes tamen ad beatam illam civitatem, Virtutem, ducere dicebantur) *venerim, homo in initio cujusque semitae stans, in ipso ingressu, quidam nimirum fide admodum dignus, et manum porrigit, et suam ut insistam hortatur, quisque eorum se solum rectam viam scire praedicans.* Jens. Recte *Jensius* vitiosam lectionem detexit; sed quia aeque liceret divinare ἑκάστοτε legendum, quam ἑκάστης, nulla quippe Ed. aut Ms. aliquid variationis ostendente, vitium in textu relinquo, cuique pro arbitrio corrigendum; cum liquido statuere nequeam, quid auctor ipse dederit. Reitz. Haud dubie scripsit auctor ἑκάστης, quod etiam *Gesnerus*, sano ductus judicio, vertit. Ἕκαστος omnino absonum est, et e sequentibus verbis λέγων ἕκαστος αὐτῶν huc illatum videtur. Ἑκάστοτε autem tantum abest, ut aeque bonum videatur, ac *Jensiana* conjectura, ut longe inferior habenda sit, e simplicitatis quidem lege si res judicetur. Lehm.

Pag. 38. l. 3. Δυναμένοις) Sic M. ed. J. et aliae quaedam recte. *B.* 2. et *Par.* δυναμένους. Solan. Sensum horum verborum falso fere ceperunt interpretes de iis, qui ut ipsi nunquam in civitate illa versati fuissent, ita nec aliis viam illuc ducentem monstrare possint. Decepit recentiores, nisi fallor, *Gesnerianae* interpretationis auctoritas, quae ita habet: *caeteros vero errare, qui nec ipsi inde* (potius *illuc*) *venerint, neque deducere alios sequentes possint.* Quae si *Lucianus* voluit, vulgata verba necessario mutanda erant; idque sic *Schmiederus* conjecit instituendum, si legas: μήτε ἄλλοις ἡγήσασθαι δυναμένους ἀκολουθήσουσι. At vero nec scripsit

haec *Lucianus*, neque hanc sententiam cogitavit. Quidni potius verba ita capiantur, ut vulgo habentur? hunc quidem in modum: *Dicit unusquisque eorum* (quivis scilicet sectae cujusvis antesignamus) *se solum nosse rectam viam, caeteros vero* (quoslibet alios sectarum principes) *errare, quippe qui nec ipsi* (i. e. per se ipsi, ab ipsis detecta via) *illuc venerint, nec alios, qui ducere possint,* (ex eadem nempe illos secta, cujus patrocinium suscepit, qui loquitur) *secuti sint.* Errare igitur illos dicit tum ex ignorantia, tum ex obstinato renitendi et contradicendi studio. *Gesnerus* ipse lectioni Basileensi δυναμένους nimium tribuisse videtur, quae tamen nihil est, nisi foedissimum vitium, quod idem de earundem editionum lectione ἄλλους valet. LEHM.

Ead. l. 5. *Αὑτοῦ*) Dedi pro αὐτοῦ, quod in Edd. erat: nam reciprocum est. Paullo autem supra parum refert, scribasne αὐτοῦ cum vulgata, an αὑτοῦ, quia ad ἀπιέναι referri potest; immo si refertur, αὑτοῦ servandum est. REITZ. Hinc igitur patet, voluisse *Reitzium*, ut fecit, αὑτοῦ edere, et contradixisse sibi ipsum, referentem in Varr. Lectt. „αὐτοῦ] Nihil mutant Edd. αὐτῆς *Vorst.* male.“ Recte autem hoc retulit: nam vett. Edd. omnes habent αὐτοῦ. male autem textum mutavit, et male exemplum ejus recentiores Editores sunt secuti. Non magis enim hic, quam paullo supra in verbis κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι probissima lectio mutanda, id est, corrumpenda, erat. Intellige: *de ipsius*, s. *de sua ipsius via.* Cf. supra capp. 24., 17. not., 3. not. bis. LEHM.

Ibid. *Παρ' αὐτῷ*) In W. P. et L. αὐτόν. Sed praestat vulgata. SOLAN.

Ead. l. 6. *Τοίνυν — πλῆθος*) Inter has voces antea legebatur τὸ, quod non agnoscit M. neque admissum est in *B.* 2. SOLAN. Non adsentior *Solano* artic. τὸ delendum, quia jam praecessit τό. Sed vel ideo omnino retinendum, et ab ignorantibus quibusdam librariis dedita opera omissum credo; nam repetitio illa articuli non est inusitata, ad numerum oratorium complendum, qui et hic longe est suavior, si addatur articulus, quam si dematur. Immo et emphasin habet; et *Lucianus* alibi non semel sic repetit. Vid. nos supra ad c. 5. Hermotimi; quod miror fugisse nostrum, qui hunc auctorem tamen tam crebro pervolvit. Nam Dialogo primo, s. Somn. c. 15. Τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης, probat ipse, et eleganter sic saepe poni, fatetur. Addo *Theodoret.* Dial. I. c. 11. pr. Εἴτε 'Ιουδαῖοι τὴν δὲ τὴν πρόῤῥησιν νενοήκασιν. *Aristoph.* Plut. 524. Περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ (etsi hoc posterius paul-

lo aliter se habeat, cum alter ille articulus aliud nomen habeat junctum, cujusmodi repetitionem nimis esse frequentem ac pueris notam dicet lector, qualis est illa in S. Oratione Dom. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, vel haec *Hippocratis* S. I. aphor. 16. καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.) Quid igitur dicas de loco isto *Galeni* ad Hippocr. art. quem *Foësius* adducit ex sua *Galeni* edit. p. 624. 34. καὶ οἱ τόνοι ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων τῶν ἐν τῷ σώματι, anne ibi ex proxime praegressa syllaba male repetitum credas? Ego non. Sed addo rursum *Herodian.* L. 2, 2, 16. ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων. Ejusdem, et alius generis pleonasmos articuli et pronominum vid. in nott. *Jensii*, *Solani*, et *Hemsterhusii* ad Dial. Marin. III. (p. hujus edit. 417. sq. Vol. II.) Reitz. Diversissima hic, et e diversissimis scriptoribus petita, exempla congessit *Reitzius*, quorum nullo id, quod voluit, probatur. Probandi vim haberet locus Somn. c. 15. si vere ibi legeretur τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης, nec potius legendum esset τῆσδε τῆς δικ. quam lectionem praeivit utraque *Aldina.* Saepe autem in hujus generis scriptura a librariis esse peccatum passim a VV. DD. observatum est, ut a *Dorvill.* ad *Charit.* p. 224. Lips. *Weiskio* de Pleonasmm. p. 39. qui praeter Somnii locum etiam alium ex ejusdem *Luciani* Ver. Hist. I, 2. τῶνδε τῶν συγγραμμάτων recte a falso *Reitzii* judicio defendit. Nec faciunt huc, ut recte *Dorvillius*, l. l. monet, quae ad Diall. Marr. III. de geminato articulo probare Viri Docti conati sunt. Imo vero considera modo haec duo loca Diall. Marr. I, 1. ὅ,τε ὀφθαλμὸς ἐπιπρέπει, et XIV, 3. τό,τε τῶν Τριτώνων γένος, quae si ita scripta: ὅ,τε ὁ ὀφθαλμὸς et τό,τε τῶν Τριτώνων τὸ γένος subtilis auris ferre posset, tum vero etiam h. l. tolerandum faterer esse τό,τε τοίνυν τὸ πλῆθος. Neque tamen *J. Seagero* assentior, corrigenti τοῦτό τε τοίνυν τὸ πλῆθος, quum Codex M, et Edd. B. 2. 3. praestantiorem viam ostendant, altero articulo omisso. Hos ego duces, quos etiam *Solanus* probasse videtur, non dubitabam sequi. Non diffiteor tamen, si pro τό,τε, quod fere editum reperitur τό τε, usquam scripturae τόδε vestigium deprehendissem, hanc me, servato articulo sequenti, omnibus aliis praelaturum fuisse. Lehm.

Pag. 39. l. 1. Ἀπολύσω τῆς ἀπορίας) Ut in Nigr. et Hercul. Gall. et passim. Bourd.

Ead. l. 3. Ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων) *Brod.* Miscell. IX. c. 16. in suo exemplari legens καὶ τί τῶν ἡγεμόνων, restitui volebat τίσι, non immerito; sed cum jam τίνι inveniam in Edd. nihil opus est conjectura τίσι. Reitz. Neque Codicum Pariss., qui τίσι exhibent, auctoritas tantum apud me, hoc quidem

loco, valet, ut propterea vulgatam lectionem mutandam censuissem. Lehm.

Ead. l. 11. *Οὕτω*) Parvi refert, quam scripturam hic eligas, *οὕτω*, an *οὕτως*· nam si ad sequentem vocalem personae *Ἑρμότ.* respicias, *οὕτως* rectius erit; si vero dicas personarum nomina non pertinere ad filum orationis, sed ad sequens *πῶς* in legendo transitum fieri, *οὕτω* potius locum habebit, quia tum consonans statim post *οὕτω* sequitur. Reitz. Sequens litera respici a Lycino non facile potuit, quippe, quid Hermotimus responsurus esset, nesciente. Et ab *Hermotimi* personae notatione suspensam facere quaestionem, utrum *οὕτως*, an *οὕτω*, scribendum sit, i. e. utrum Lycinus illud, an hoc, prolocutus esse videatur, putidi foret merarum literarum venatoris. Non quaerebatur igitur h. l., ut Anachars. c. 16., ubi idem *Reitzius* de eadem voce nonnulla disserit, quae litera sequeretur, sed, quum nihil sequatur in eodem ejusdem sermone, quae forma vocis fini sermonis conveniret. Jam etsi Parasit. c. 8. vulgo legitur: *Οὐχ οὕτω*, in absoluta responsione: (rectius forsan *οὐχ οὕτως*, secundum Florent. Ed. lectionem *οὐδ' οὗτος*) tamen frequentius *οὕτως* occurrit, ubi exit cujusquam oratio. Sic infra Hermot. c. 48. bis in uno loco: *Θῶμεν οὕτως.* et mox: *Οὕτως.* Et in Halcyon. extr. *Πάνυ μὲν ποιῶμεν οὕτως.* Et sic, nisi fallor, semper, nisi forte soni rationes alteram pronuntiandi atque adeo scribendi formam ferrent. Quae quum ita sint, dubitare non licebit, quin etiam h. l. lectio Fl. et M. *οὕτως* restituenda sit. Lehm.

Pag. 40. l. 3. *Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν* etc.) *Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣ ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώτε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι. Ἡδέως εἰς Κόρινθον, ἐλθεῖν ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος, οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι. ἄδηλον ἔμοιγ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως* etc. Locum totum adscripsi, quia librariorum culpa distortissimus est, verbis ultro citroque pessime trajectis. In seriem vero suam redigi et recorrigi sic potest: *Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, ἄδηλον. Ἡδέως εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν ἔχω, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι, ἄδηλον ἔμοι γ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως.* Marcil.

Ead. l. 4. *Ἢ δέον*) In omnibus ante *Salm.* *ἡδέως* legebatur corrupte. L. *ἴσως — ὡς εἰδὼν*, ex quo nihil boni elicias. *Benedictus* ex conjectura, ut videtur; *ὡς δέον*, quod ad verum propius accedit. Haud dubie scribendum *ἢ δέον*, quod et ad scripturam codicum proxime accedit, et rei accommodatissimum est; uti ex textu et versione nostra satis patebit.

(Hanc emendationem inter insigniores in Specimine, quod anno 1708. a me Cantabrigiae editum est, locum suum tueri volui.) Solan. Interpretatus sum, ac si legeretur pro illo ἡδέως, quod ab Aldo inde obsedit libros, tenui mutatione, ἢ δέον κ. τ. λ. Simillima constructione mox utitur de *Homerico* sagittario. Caeterum Corinthum hic nominavit procul dubio, ut simul nos admoneret illius οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς, vel, *non cuivis homini contingit adire Corinthum.* Gesn. Ἢ δέον dare ex vestigiis veteris scripturae, et monente *Solano*, non dubitavi, qui in marg. *Junt.* notat, δέον similiter poni supra hoc Dial. c. 10. f. item c. 28. f. nec non c. 73. f. Quin potius vid. de Merc. cond. c. 11. et 31. med. ubi καὶ πολλάκις κατακεῖσθαι δέον, οὐδὲ τοῦτο συγκεχώρηται. Reitz. Eximiam hanc emendationem mirifice commendat simillimae structurae locus Pro Laps. c. 1. ἅπερ ἀμφότερα νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὃς ἀφικόμενος παρὰ σὲ, ὡς προσείποιμι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν, ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος, ὑγιαίνειν σε ἠξίουν etc. quibus quidem verbis non solum usus formulae δέον cum Infinitivo illustratur, sed probatur simul etiam δὲ in apodosi post Pronomen insolentius paullo positum. Quemadmodum autem in loco laudato ἐγὼ δὲ apodosin inchoat, ita σὺ δὲ locis Diall. Mortt. XIII, 6. et Pisc. c. 23. et ὁ δὲ Diall. Deor. VI, 2. in verbis καὶ εἴποτε πιοῦσα παραδοίην τῷ Γανυμέδει τὸ ἔκπωμα, ὁ δὲ ᾔτει ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν. ubi vid. Adnot. et Varr. Lectt. Ex quo postremo loco simul patet, in hisce verbis Lycini recte habere *Reitzii* et recentiorum Editorum scripturam ὁ δ', non eam, quam vett. pleraeque Edd. praebent ὅδ'. Hae enim plerumque negligentiores deprehenduntur in distinguendis vocibus ὅδε, *hicce*, et ὁ δὲ, *ille vero.* Vid. ad Diall. Deor. XVI, 1. Varr. Lecct. not. c). Cf., si opus sit, etiam c. 28. similem locum: τοξότῃ — ὃς, δέον τὴν πελειάδα κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήρινθον ἔτεμεν. Lehm.

Pag. 41. l. 2. Ἔνθα ἂν οἱ πόδες φέρωσιν) *Erasm.* in proverb. *quocunque pedes ferunt.* Brod.

Ead. l. 9. Δεῖν) Recipiendam credes scripturam Cod. P. ac legendum οὐκ οἶμαι, δεῖ, si conferas mox c. 36. f. ubi μάλιστα, οἶμαι, δεῖ sine variatione legitur; si vero minus hiantem orationem amas, vulgatam praeferes. Reitz. A lectoris judicisve amore nolim suspensum reddi judicium. Plerumque quidem οἶμαι absolute in parenthesi quasi positum occurrit, nonnunquam tamen etiam cum reliqua oratione nexum, ubi plena instructum est vi sua propria *existimandi*,

arbitrandi. Quae quidem h. l. ei non minus videtur statuenda esse, quam paullo inferius in verbis *εἰκάζειν οἶμαι*, et Iudic. Vocall. c. 12. *ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὴν τοῦ ταῦ τιμωρίαν ὑπολείπεσθαι.* Lehm.

Ibid. Παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν) Fieri quidem posse ait *Lucianus*, ut quis optimo philosophiae generi operam dare cupiens, nulloque de eligendo optimo examine habito, forte in optimum incidat, *ἡμᾶς δέ γε*, inquit, *περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν, οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῇ κατακλείειν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, τὸν Αἰγαῖον, ἢ τὸν Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας.* Vertit *Benedictus, Nec equidem par esse puto, ut de rebus adeo magnis spem temere abjiciamus, aut in angustum coactam concludamus, virgultea scapha, quod ajunt, Aegaeum aut Ionium mare transmittere volentes.* Sed profecto, cum *Lucianus* dicit, *ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν*, non id vult, quod finxit interpres, *nec equidem par esse puto, ut de rebus adeo magnis spem temere abjiciamus*, verum longe aliud quid. Nimirum disputaverat in antecedentibus de tot diversis philosophorum sectis; qui tamen singuli se jactarent veros esse ad ipsam Virtutem (sive summum bonum) *ὁδηγούς*. At fieri non posse contendit *Noster*, ut omnes, singuli diversam ab aliis insistentes viam, ad petitum terminum ducant: quare in summo versetur is errandi et nunquam ad optatum finem perveniundi discrimine, qui ut quaeqne se prima ipsi obtulerit, illi se sectae tradat: nam unam tantum veram esse posse viam. Atque adeo *nos quidem*, pergit, *oportere arbitror in rebus tanti momenti non ita temere aleam jacere*, et rem fortunae permittere, (ut praecessit) *neque spem nostram in angustiam quandam* (quae facile scilicet nos possit fallere et perdere) *redigere, virgultea scapha Aegaeum Ioniumve mare transmittere volentes. Ἀναῤῥιπτεῖν* hoc in loco per ellipsin τοῦ *κύβον*, est *aleam jacere.* Integram locutionem habes in Harmonide c. 3. med. *ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον*, et in Pro Imag. c. 16. *Τολμήσω ἀναῤῥίψαι τὸν κύβον.* De *ἀναῤῥίπτειν* per ellipsin *τοῦ κύβον*, vide plura apud *Is. Casaubonum* ad *Suetonii* Julium c. 32. Jens.

Ead. l. 10. *Ἐπὶ ῥιπὸς*) *Erasm.* in prov. *Aegaeum scaphula transmittere.* Brod. Paroemiogr. Hoc autem proverbium εἴρηται ἐπὶ τῶν πάνυ ἀπόρων καὶ θεοῦ μόνου εἰς λύσιν ἐπιτρεπομένου. Bourd. *Crate viminea.* Guyet. *Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις*, inquit poëta ἄδηλος. Similiter *Aristoph.* in Pace, *Κέρδους ἕκατι, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.* Menag. Memi-

nit hujus proverbii *Aristoph.* in *Εἰρήνῃ*, quem vide, et ejus Schol. Vorst. Plut. 720. *Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις*, ait *Solanus*. Et quia *Vorstius* modo *Aristophanis* mentionem fecit, crederes Plutum *Aristophanis* indicari; sed *Plutarchum* innuit, qui id ut *Pindari*, sed addubitans tamen, adducit. Illa autem scribendi ratio molesta est, et quoties *Herod.* scribit noster, haereas, num *Herodotus* an *Herodianus* intelligendus. Vel *Arist.* sitne *Aristoteles*, *Aristides*, an *Aristophanes*. *Aristoph.* vero *Εἰρην.* v. 698. idem prov. habet, sed de avaro usurpat. Inter *Menandri* sententt. rectius videtur relatum ab *Hemsterhusio* No. 22. p. 161. textus Graeci. Reitz.

Ead. l. 11. *'Ιόνιον*) Recte vulgata, nam sic scribitur, secunda brevi; vid. *Strab.* L. 2. p. 185. (al. 123. 124.) bis, et non semel alibi. *Dion. Alex.* de Sit. Orb. 94. *Ἥν τε καὶ Ἰονίην περιναίεται ἠΰδάξαντο.* Etsi *Ἰώνων* natio secunda producta exaratur. Vid. eund. *Strab.* L. VIII. p. 588. (al. 383.) et sqq. plus decies, ut auctoritt. poëticas in re notissima omittam. Effertur autem masc. gen. *ὁ Ἰόνιος*, quia *κόλπος* intelligitur. Reitz. Idem mare plene Amor. cap. 6. dicitur *κόλπος Ἰώνιος* (sic enim ibi vox *Ἰώνιος* edita per ω). Hoc tamen loco vix ista supplendi ratio admitti potest, quum praecedat *τὸν Αἰγαῖον*, nec *sinus Aegaeus* unquam dictus reperiatur. Mallem itaque *πόντον* ad utrumque nomen cogitari, quam Ellipsin *L. Bos* in libro de Ellipss. agnoscit. *Τὸ Αἰγαῖον* Diall. Marr. VI, 2. occurrit, quod h. l. est *ὁ Αἰγαῖος*, nisi forte et illic praeferenda sit Codicis Par. 2954. lectio *τὸν Αἰγαῖον*, quae certe ex hoc nostro loco defendi possit. Sed et *Xenoph.* Oecon. XX, 27. *Αἰγαῖος πόντος* legitur. Quod autem scripturam nominis *Ἰώνιος* attinet, utramque formam, tum *Ἰώνιος*, tum *Ἰόνιος*, occurrere, rectius tamen scribi *Ἰόνιος*, docet inter alios *Dorvill.* ad *Charit.* pag. 525. sq. Lips. Hic nos cum *Reitzio* vulgatam formam servavimus, quamquam altera, per ω exhibita, in Amorum l. l. exstat, et *Ἰωνικὸς* in Harmon. c. 1. et Diall. Merett. VII, 1. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις*) Hoc fert casus saepe, ut qui verbi caussa ad orbem clavis multis confixum collineet, unum quemcunque clavum de tam multis feriat, ejiciatque: at unum aliquem et certum v. g. qui in ipso centro, aut in summa apside sit fixus, excutere, artis est, aut casus rarissimi. Gesn.

Ead. l. 15. *Ὁμηρικῷ τοξότῃ*) *Hom.* ad finem Iliad. Ψ. Brod. *Hom.* Il. Ψ, 865. Solan.

Ibid. *Ὃς δέον*) Similem casum expressit etiam *Virg.* Aen. V. Solan.

Ead. l. 16. Ἔτεμεν) Non opus est lectione Cod. W. ἐνέτεμεν. Sed si quid mutatione indigeret locus, ἀπέτεμεν, vel ἀπέταμεν ex ipso potius *Hom.* reponendum, qui ait l. c. Ἀντικρὺ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός. Verum nulla mutandi necessitas: nam alioqui etiam μὲν ingerendum, quod in *Homero* quoque praecedit, et ad δὲ refertur. Sed et hoc saepe omittitur; vid. supr. de Merc. cond. c. 4. Plura addere temporis angustia prohibet. Reitz.

Pag. 42. l. 1. Τῶν πολλῶν) *Unum e multis, quae ferire destinamus.* Brod. An τῶν πολλῶν τι; Guyet. Mente suppleri posse τι constat. Lehm.

Ead. l. 4. Ἀγούσης) Intellige τῆς ὁδοῦ. Brod.

Ead. l. 7. Τῇ πλεούσῃ) Quid hoc sit, nescire me fateor. Forsan πνεούσῃ. Sed neque sic satis, unde habeat, assequor. Solan. Interpretatus sum non τῇ πλεούσῃ scil. νηΐ, *navi eunti*, quod insolens mihi videbatur, sed quasi legeretur tenuissima mutatione πνεούσῃ, *spiranti*, nimirum αὔρᾳ, *aurae. Vela ventis dare, navem austro permittere,* solennia sunt, et sexcenties tali in re usurpata. Gesn. Omnino adsentior *Jac. Elsnero*, ad Act. Apost. XXVII, 15. p. m. 483. monenti πνεούσῃ legendum, intellecto αὔρᾳ, veluti eod. cap. v. 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ. Quod pluribus adsertum vid. ibidem. Etsi enim πλεούσῃ, intellecto νηΐ, aliquem sensum habere videtur, alterum tamen longe melius: nam si ad λυσάμενος, quocum connectendus est sensus, respicias, videbis rectius procedere, si vento te credere dicaris, postquam jam soluta sit navis, quam navi, cui te commisisse dici potius deberes ante, quam solveretur. Reitz. Recepi πνεούσῃ, etiam *Schaeferi* auctoritatem secutus ad *L. Bos* de Ellipss. p. 32. Cf. τῷ πνέοντι, int. ἀνέμῳ, Charon. c. 3. ibique Adnot. ad Schol. Lehm.

Ibid. Τὰ ἀπόγεια λυσάμενος) *Qui jam oras resolverit.* Brod.

Ead. l. 15. Παραπολὺ) *Brodaeus* inveniens παιπόλο, monuerat legendum, ὦ Λυκῖνε, παράπολυ. Sed sic jam, ut ille emendat, invenio ubique, excepto accentu, qui melius erat in vulgatis: ita ut nesciam, unde tot vitiosas lectiones hauserit. Reitz. In A. 2. haec menda est, παιραπολύ. Lehm.

Pag. 43. l. 10. Τὸ τοιοῦτον) Recte; vid. quae supra dixi ad Dial. pro Laps. c. 17. et Vit. auct. 15. Immo sic ubique *Noster*, ut fere credam, quoties uno alteroque loco τοιοῦτο invenias, in τοιοῦτον mutandum; semper enim una alterave prisca editio sic habet: sed quia et alterum probum, leve fuerit, si forte hic illic a nobis neglectum sit. Reitz. Auris subtilitati harum rerum arbitrium permittendum est. Ut

exemplo utar, ut *τι τοιοῦτον* Diall. Deor. VI, 5. Mortt. I, 1. et alibi recte vulgatur, ita non minus recte servasse me spero communem omnium librorum lectionem *τοιοῦτό τι*. Cf. infra c. 34. Quodsi autem *τι τοιοῦτον*, *μηδὲν τοιοῦτον*, et similia, ad *Luciani* Atticissimum referenda sunt, nec h. l. dubites, quin vulgo recte scriptum sit *τὸ τοιοῦτον*. Sed graviorem paullo rem nunc agamus. Quae statim sequuntur verba: *ἄχρις ἂν εὕρωμεν τἀληθῆ ὑπισχνούμενον*, inepta et aliena ab hac, quam persequitur *Lucianus*, disputationis via esse existimat *Belinus*: destrui scilicet his omnem argumentationem, quae ipsa illa incertitudine nitatur, verane sint ea, quae promittantur, an falsa. Adsentior acute cernenti viro, si quidem maximam in his verbis vim voci *ὑπισχνούμενον* tribuere libeat. Nam profecto id ipsum erat, quod *Lucianus* tantopere in antecedentibus, et per omnem hanc demonstrationem, quin etiam per plerosque omnes libellos suos urgere solebat, quod nemini eorum, qui veram sapientiam profiteantur, omnino fides sit habenda. Supra c. 25. *Οὐκοῦν ὅσον* (*σοι* minus placet) *μὲν ἐπὶ τὸ ὑπισχνεῖσθαι καὶ φάσκειν εἶναι, πολλὴ ἀφθονία τῶν ἡγησομένων*, et quae sequuntur, a Lycino eum in finem dicta. Mox c. 27. eodem tendunt, quae idem dicit: *Οὐ τοίνυν* etc. — — *οὐ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν.* Et quae non? Verum ut *Belinum* concedam attento, quod par erat, animo persecutum esse *Lucianeae* demonstrationis rationem, ita horum verborum sensum interiorem cepisse eum vel maxime nego. Nam sententiae vis non esse potest in *ὑπισχνούμενον*, sed omne pondus habet *τἀληθῆ*. Qui *vera* promittat, non *falsa*, aut *incerta*, aut *secum pugnantia*, aut *iis adversantia*, quae alii fide haud indigni viri praeceperint docuerintve. Quis autem est ille, aut ubi est, ille verus verae sapientiae doctor? quandove tandem existet? et quonam ex signo cognoscatur? Jam *Luciani* mens haec est. Quodsi ex *auctoritate* virorum philosophantium sola rem metiamur, semper manebimus in incerto, an unice verum sapientiae ducem nacti fuerimus. Interno itaque, non externo, opus est criterio, quo veritas praeceptorum et dogmatum dignoscatur. Quae si mens est scriptoris nostri, non solum verissimum, sed et gravissimum est et ordini argumentationis convenientissimum, quod dicit: *Aut omnibus est credendum, quod quidem ridiculum foret, aut omnibus pariter diffidendum: id vero longe tutissimum est, donec in eum inciderimus, qui vera profiteatur*; ut dubitationi jam non amplius sit locus. Atqui nunquam is existet. Ergo — Lehm.

Pag. 44. l. 8. *Ἐξαρκέσει*) Quo *Lucianus* convincat Her-

motimum, sedulum esse omnium sectarum instituendum examen ante, quam quis se huic illive committat; nec ullius sequendam esse auctoritatem; hoc utitur argumento: *Quid si ego ignarus, quis ex omnibus philosophis veram teneat viam, vos sequerer, tibi, homini amico, at ea tantum, quae sunt Stoicorum, scienti, unamque hanc viam calcanti credens; deinde Deus aliquis ab inferis exsistere faceret Platonem, Pythagoran, Aristotelem, alios; illi vero circumstantes me rogarent, et profecto in jus rapientes me, singuli contumeliae accusarent, dicentes,* Luciane, bone vir, qua re motus, vel cui tandem fide habita, Chrysippum, et Zenonem, homines nuperrime natos, praetulisti nobis multo majoribus, neque nobiscum collocutus, et ne tactis quidem illis, quae nos censemus? *Talia si dicerent, quid tandem responderem illis? Num sufficeret, si dicerem, me obsecutum Hermotimo, homini amico? Atqui opinor dicerent, Nobis, o Luciane, ignotus est Hermotimus ille* etc. Totum locum proposui, ut ex ipsius orationis filo pateret, ultima in Graecis vitiose legi (*εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκριναίμην αὐτοῖς; ἦ ἐξαρκέσει μοι, ἂν εἴπω, ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί;*) et reponendum ἦ ἐξαρκέσειέ μοι. Loquendi haec ratio Nostro est frequentatissima. In eodem hoc Hermotimo c. 64. *Οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειν ἂν, nullius hominis vita sufficeret.* In Harmonide c. 3. *ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἂν, qui unus esset instar omnium.* Et alibi similiter plus millies. Sic apud *Aelianum* XI. *Ποικιλ.* IX. ubi Epaminondas ad armigerum, bonis captivi alicujus ditatum, ait, *ἐμοὶ μὲν ἀπόδος τὴν ἀσπίδα· σεαυτῷ δὲ πρίω καπηλεῖον ἐν ᾧ καταζήσεις·* non dubium mihi est, quin legendum sit *καταζήσειας.* Jens. De *Aeliani* loco vindicando alii viderint. *Luciani* vero duo, quae affert *Jensius*, loca, quibus sane etiam alia multa addi poterant, nihil omnino faciunt ad hunc nostrum locum recte constituendum, nisi hoc forte efficiant, quo tamen non opus est, ut illinc videas, Optativi verbi *ἐξαρκεῖν* forma quomodo in Aroisto 1. sese habeat, neque eam non occurrere in probis proborum scriptorum locis. Jam etsi omnis loci ratio postulare videatur Optativum, non tamen usus eo esse potuit *Lucianus,* nisi simul etiam, quae sequuntur, *ἂν εἴπω*, in *ἂν εἴποιμι*, mutasset secundum legem syntacticam vulgo notam. At quum *ἂν εἴπω* scribere ei placuerit, placuit eidem etiam *ἐξαρκέσει.* Et habemus hic *μετάβασιν* quandam structurae, cujus exempla passim, in magnis praesertim periodis, qualis haec nostra est, occurrunt. In promtu est haud dissimillimum illud Somn. c. 9. in quo nescio, an unquam quisquam haeserit: *εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος, γένοιο, καὶ θαυ-*

μαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἄν σοι ὅμοιος γενέσθαι· οἷος γὰρ ἂν ἦς, βάναυσος, καὶ χειρῶναξ, καὶ ἀποχειροβίωτος, νομισθήσῃ. Vides non minus illic, quam hic, variandae orationis caussa promiscue sese excipere Optativos et Futura simplicia. Cf. infra c. 43. Quid, quod Harmon. c. 2. etiam copulae ope conjunguntur Optativus et Futurum simplex in verbis, mimime illis tentandis: *εἰ τούτοις — ἐπιδείξαιο — καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε* etc. Lehm.

Pag. 45. l. 2. *Ὡς ῥᾷον*) *Ὃς ῥᾷον* inveniens *J. Brodaeus*, *ὡς ῥαοῦ* corrigere jubet, Misc. IX. c. 16. Sed non dubito, quin *ὡς ῥᾷον* voluerit, ac per typothetarum incuriam *ῥαοῦ* inde factum sit; verum et ego non aliter, quam edi curavi, usquam inveni. Reitz. *Brodaei* lectionem osteudit A. 2. Lehm.

Ead. l. 9. *Διϊσχυρίζοιτο*) *Benedictus* vertit, *adfirmaret*: *Obsopoeus* accuratius, *pertinaciter adfirmaret*. *Elsnerus* ad Evang. *Luc.* XXII, 59. vulgatum reprehendit, qui *adfirmabat* reddiderit, et *Bezam* rectius *adseverabat* dedisse, ac testimoniorum satis adfert, unde hujus verbi vis pateat. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἢ εἴποι τις*) Qui bene totam orationis seriem consideraverit, illum animadversurum puto, requiri ad sententiam implendam, conditionalem particulam *εἰ*, quam interpretando certe expressam nemo indignabitur; etsi forte, dum liber aliquis succurrat, contexto ipsi eam sine nota inseri modestiores nolint. Concursus ille et hiatus, *ἢ εἰ εἴποι*, fecit, ut interjectum *εἰ* tanto facilius elideretur. Gesn. Probabilissimam undequaque *Gesneri* conjecturam adhuc repudiare velle, improbae, opinor, foret modestiae. Lehm.

Pag. 46. l. 5. *Δικαιότατα γὰρ ἐκπλῆξαι*) *Δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι.* Marcil. Recte *Marcilius* conjecit *δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι δοκεῖ μοι*, legendum esse pro *ἐκπλῆξαι*, Ms. hanc conjecturam stabiliente, et vertendum *justissime videtur illum increpasse*, non ut vulgo, *consternasse*. Graev. Secutus sum Mss. Gr. W. et P. Impressi mendose *ἐκπλ.* Solan. Idem verbum pro vulgato *ἐκπλῆξαι* reposui supra c. 20. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν*) Ineptissime *Obsopoeus*, *Nempe vir ille probabili inductione inferet dicturus, Ergo absurde propositus est nobis quispiam*; quasi vocem *ἀνάλογον* ad superiora ligari voluerit; ne dicam illud *absurde* non apparere in Graecis, aut sic quoque pessime Graecam vocem reddidisse. Melius *Benedictus*: *Addet nimirum ille et sic dicet, Eadem igitur ratione nobis proponatur aliquis.* Pater ad

haec Graeca adscripsit recte, *vicissim nobis proponatur.* Gron. Ἀνάλογον) *Analogiam*, sive proportionem Geometricam, cogita, ut se habet α Aethiops ille domo nunquam egressus ad β judicium ferendum de colore exterarum gentium; sic se habet γ Hermotimus ignarus reliquarum sectarum ad δ arbitrium de sectis. Ista adnotare suppuderet, nisi vel virorum doctorum circa hunc locum conatus ostenderent, negligi saepe eruditum illum geometrarum pulverem; et orbem discendi antiquum truncari etiam saeculo nostro, subinde observarem. Gesn.

Pag. 47. l. 2. Πολλοῖς) Pro πολλοῖς nimis mallem ἄλλοις, et ita transtuli. Qui novit, quomodo in MSS. seculi IX. et X. distrahatur interdum α litera, non improbabilem conjecturam habebit. Cui non placet aliquid mutari, ille in interpretatione nostra facile *aliis* substituet *multos*. Gesn. Imo *vulgus*. Sunt enim h. l. οἱ πολλοὶ, *qui non sunt Stoici*, ut Vit. Auct. c. 25. *qui non sunt philosophi*, Somn. cap. 12. *qui non sunt eruditi*. Neque adeo opus est *Gesneri* alioquin haud improbabili conjectura. Lehm.

Ead. l. 4. Οὐδὲ πώποτε) Conf. infr. Qu. Hist. Conscr. c. 29. pr. Solan.

Ead. l. 5. Τί βούλει ἀποκρ. αὐτῷ; τὸ ἀλ.) Excidit notatio personae Ἑρμοτίμου, scilicet fuisse, αὐτῷ; Ἑρμότ. τὸ ἀληθέστατον. Marcil.

Ead. l. 6. *EPM.* τὸ ἀληθ.) W. recte, uti ex punctis colligere est: aliter enim non solet ille Codex. In reliquis Luciano absurde tribuuntur. Solan. Non ipsam hic Hermotimi personam apposuit Lucianus, quod aliquamdiu putabam: sed ipse Lycinus, quid responderi possit pro Hermotimo occupat. Hermotimus ipse stupet hic, et post longum demum Lycini sermonem satis breviter, nec minus male respondet. Gesn. Recte quidem Hermotimi personam inseri voluit *Solanus*; sed in marg. *J.* notaverat, id factum ex punctis, quae in Cod. W. i. e. *Wittiano*, exstare ad designandas personas solent. In marg. *Hag.* vero scripsit, se id ex Cod. M. habere. Reitz. Multo magis mihi *Gesneri*, quam *Marcilii*, *Solani* et *Reitzii*, recentiorumque Editorum et Interpretum, ratio arridet; praesertim quum illa librorum omnium tum scriptorum, tum impressorum, auctoritate nitatur, excepto forte uno Codice W. Stupenti Hermotimo et dubitanti secum succurrit statim Lycinus ipse illius loco respondens, quae probabiliter jam respondere poterat. Quod et vox δηλαδὴ innuere videtur et quod infra legitur: ἢ νομίζεις etc. quae pro arbitrio suo, nunc etiam justo, mutarunt *Sola-*

nus et *Reitzius* in: Ἢ νομίζεις etc. Ceterum verba προςθεὶς αὐτὸς, in versione Latina omissa, supplere placuit. Neque vero cum *Vorstio* προθεὶς est corrigendum. Sed vult Stoicus, magistrum obiter, et quasi corollarii instar suis ipsius placitis nonnunquam aliarum sectarum commenta *addere* solere, quae refellat et evertat; unde, dicit, etiam auditores aliqua extraneorum decretorum imbui notitia. Quod *Opsopoeus* vertit: *satis argute*, id unde habeat, non perspicio. LEHM.

Ead. l. 10. Προςθεὶς αὐτός, ἢ νομίζεις) Excidit notatio personae *Λυκίνου*. Προςθεὶς αὐτός. *ΛΥΚ.* ἢ νομίζεις. MARCIL. Leg. προθείς. VORST.

Ibid. *ΛΥΚ.* ἦ) Novam hanc personam, quamvis repugnent Codices, postulat sententia. Nisi forsan malis incipere ejus partes a καὶ ἀνατρέπει γε· ac tum quidem προςθεὶς stare aliquatenus potest. Mutavi etiam ἢ in ἦ. SOLAN.

Ead. l. 12. Οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας] Cod. 3011., narrante *Belino*, legit οὐχ ἡδέα γελάσαντας, quam lectionem multo vulgata praestantiorem dicit *Belinus*, et *Schmiederus* etiam recepit. Explicat autem *Belinus* formulam ἡδὺ γελᾶν, *rire de bon coeur, rire aux éclats*, quae vis ut aliena est ab hac phrasi: nam *Lucianus* fere ea utitur ad *suavem* risum, cum cavillatione quadam acerba conjunctum, significandum; vid. Qu. Hist. Conscr. c. 11. Navig. c. 46. Demosth. Encom. c. 44. ita et male, meo quidem sensu, in horum philosophorum gravitatem casura esset. Imo praestat ἀναγελᾶν de illis dictum, quippe *qui risum ederent, in risum se componerent,* quae propria est verbi potestas; vid. Toxar. c. 26. Nec carere h. l. facile poteramus particula δὲ, quae in *Beliniana* lectione aegre desideratur. Denique nihil haud dubie ea lectio est, nisi fetus ex ambigua genuinae lectionis pronuntiatione natus. LEHM.

Pag. 48. l. 3. Ἡμέτερα) Parisina quidem Edit. habebat ὑμέτερα aeque ac *H.* aliaeque duae; sed sphalma tantum typographicum esse, ex versione patet, quae *nostratia* exhibebat. REITZ.

Ead. l. 5. Λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα) Sic in Epist. I. ad *Corinth.* IX, 27. ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. Ad quem plura *L. Bos* p. 137 — 38. quem consulendum etiam monuerat *T. Hemst.* in marg. Ed. *Graev.* REITZ.

Ead. l. 6. Ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν) Deerat ὡς in reliquis, sola *J.* habet. SOLAN.

Ead. l. 9. Ἀνταιρομένου) Ἀνταιρουμένους pro ἀνταιρομένους eod. hoc sensu legitur ap. *Thucydid.* III, 32. Sed *Dukerus* in notis (ad quem me rursus remisit *T. Hemst.*) multis

exemplis probat, non *ἀνταιρούμενος*, sed *ἀνταιρόμενος* hic Graece dici: quod certum est; nam est ab *αἴρω* et *αἴρομαι* *tollo*, non ab *αἱρέω eligo*. Cum vero et in nonnullis scriptis, plurimisque editis *Thucydidis* recte legi *ἀνταιρομένους* adfirmet; haud scio an nimis religiosus fuerit, quod tamen in contextum recipere non sit ausus. Reitz.

Ead. l. 11. *'Απαγορεύσῃ*) Quod digito erecto significabant. Solan.

Pag. 49. l. 1. *Τὸ τοιοῦτον*) Constantem Editionum lectionem esse, *Solanus* adnotarat, nec quidquam variationis in Codicibus reperit, ut opinor, alioqui addidisset. Quid igitur sibi vult illa supervacua adnotatio? An speravit, se inventurum, ubi articulus ille abundans ante pronomen desit? Vix credo; nam et Noster alibi non semel ita solet, ut mox indicabo: quanto autem magis abundaret articulus in illo *Aristotelis* de Gen. anim. III, 6. pr. *Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ.* Iterum ibid. fin. *Τὸν μὲν τρόχον αὐτὸν αὐτὸν ὀχεύειν. Noster* supr. c. 10. *ἥτις ἡ καταστροφή*. Ut alia omittam. Sed *τοιοῦτον* pro *τοιοῦτο* scribi notandum duxit. Verum et hoc Nostro cum Atticis familiare esse, jam bis ter alibi diximus hoc Dialogo. Vid. Indicem, vel supr. c. 29. iterum fin. §. 34. et pr. §. 35. hujus Dial. ubi itidem artic. additur. Reitz. Secus *Belinus* judicat, suspicans *Solanum* ideo variam quaesiisse lectionem, quod in Infinitivi *εἶναι* insolentia offendisset. Quapropter *εἴη* vult legi pro *εἶναι*. Quod non probo. Nam pendet *εἶναι* ex antecedenti *οἰέσθω*, et sic fere verba sunt capienda: *Ne itaque Hermotimus ex eo, quod — — vincere illos credat, aut talia esse nostra, quae facile possint everti: alioquin talem rationem* (scil. *credendum ei est*) *similem fore puerorum aedificiis* etc. *Ἂν* cum Infinitivo hodie non opus est, ut illustretur; vide modo, quae mox sequuntur, *πιστεύουσι, κἂν* (i. e. *καὶ ἂν*) *δι' ὅπλων σφίσιν χωρῆσαι τοὺς οἰστούς. 'Επεὶ, alioquin*, vide supra c. 28. Timon. c. 53. Diall. Mortt. X, 5. e. a. Denique *τὸ τοιοῦτον* probae esse, et vere Atticae, Graecitatis, neque hoc est, quod moneatur. Vid. infra cap. 34. extr. et supra c. 29. extr. ubi ex Varr. Lectt. colligere licebit, non *Belinum*, sed *Reitzium*, de *Solano*, variam h. l. lectionem desiderante, recte conjecisse. Lehm.

Ibid. *Οἰκοδομήμασιν*) Eadem *Julian.* Imperator in Epist. *Ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἳ παρὰ τὰς θῖνας ὅ, τι ἂν ἐκ πηλοῦ πλάσωσιν, ἀφιᾶσιν αἰγιαλῷ κλύζεσθαι.* Locus autem *Homeri*, quem imitandum sibi proponit *Julian.* est Iliad. 5. Tangit Pisid.

Ὦ συλλογισμῶν εὐόλισθα κύματα,
Καὶ κτίσμα χαῦνον παιδικῶν ἀθυρμάτων,
Τὰ λεπτὰ κάρφη συλλεγόντων εἰς στέγην.

Habet sequens illud ἀσπίδα ὠμοβοίνην ex *Homero*. Bourd.

Pag. 50. l. 1. Παρ' ἡμῶν Ἑρμοτίμῳ) *Nuntia igitur nostro nomine Hermotimo.* Brod. Diall. Mortt. I, 2. Σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ (*meo nomine*) λέγε. Lehm.

Ead. l. 7. Οὐ γὰρ ἐμ.) *Hom.* Il. *Π*, 70. Solan. Ms. W. praemittere ὅτι, probo Graecismo, *Jens.* in Fercul. liter. p. 144. notat, et remittit ad Lectt. suas Lucian. p. 97. Sed ea nota ad Dear. judic. §. 1. pertinens cum ibi non sit inserta, alibi breviter ea utemur, etsi haec satis nota. Reitz. Lectionem *Homericam* λεύσσουσι pro vulgata λεύσουσι, priusquam *Belini* monitum legissem, tanto minus scriptori nostro restituere dubitabam, quum λεύσουσι prorsus ineptum, quin prope ridiculum, sensum praebere, neque adeo a *Luciano* ipso profectum esse posse, mihi persuasissem. Lehm.

Ead. l. 8. Ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος) *Obsopoeus, haec quidem uno ore dicturi sunt omnes, singulatim autem alius alia.* Omnino nimium large et vage. *Benedictus, haec simul omnes, singulatim unusquisque dixerit,* unde nescio, qui intellexerit. Et cur igitur non etiam ita vertit in de Saltatione, ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι καὶ παίσαντες ἀλλήλους καὶ παισθέντες ἐν τῷ μέρει παύσονται Ubi reddit *mutuo*, non *singulatim.* Sed *Lucianus* innuit, talia dictum iri ab omnibus omnino, ab unoquoque, si per circulum dicendi vices irent, sua vice, ut quoque de Laconicis pueris in loco citato. Id ita pronuntiat, ut de Alexandro in Pseudomanti, λαμβάνων δὲ οὐκ αὐτὸς ἐχρῆτο μόνος, ἀλλὰ πολλοὺς ἤδη περὶ αὐτὸν ἔχων συνέργους, ἅπασιν ἔνεμεν ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν. De Saltatione, καὶ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἕκαστον αὐτῶν· quod non satis lucide in Latinis efferunt. Et infra, οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλους ἀριθμοὺς εἰπεῖν. Gron. In iis, quae deinceps adnectuntur, *Belinus* ἂν deleri et, Ὁ Πλάτων δέ μοι δοκεῖ, legi vult, propterea quod, quem sensum ἂν h. l. prabeat, non pervideat, *Gesnerus*que vertat: *Plato vero mihi videtur*, neque vero *videretur.* Ignoravit igitur particulae ἂν cum Infinitivo positae usum satis, etiam in nostro scriptore, frequentem et in uno praecedente capite ter obvium: ἢ νομίζεις — ἀναγελάσαντας ἂν εἰπεῖν etc. deinde ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι τοῖς etc. ubi vid. Adnot. denique πιστεύουσι κἂν δι' ὅπλων σφίσι χωρῆσαι τοὺς ὀϊστούς. Neque *Gesnerus* non vertit hanc particulam. Sic enim habet: „Plato vero mihi videtur *enarraturus* etc.“ Cogita enim scripsisse fere auctorem hunc-

ce in modum: Ὁ Πλάτων δὲ, ὡς δοκεῖ μοι, καὶ διηγήσαιτο ἄν τι etc. Cf. De Merc. Cond. c. 27. ἡδέως δ' ἄν μοι δοκεῖς καὶ ποιητὴς γενέσθαι etc. et Char. c. 17. ἆρα ἄν σοι δοκεῖ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γεννωμένῳ; quo et ipso loco variarunt δοκῇ et δοκεῖ. Vid. ibi Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 9. Ἐκ Σικελίας) *Aliquod e Sicilia exemplum*, ubi aliquando peregrinatus est. Brod. Cf. Diall. Mortt. XX, 5. Lehm.

Pag. 51. l. 1. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ μὴ πεπειρᾶσθαι] *Wyttenbachio* in Animadvv. ad *Plutarch.* Opp. Morr. Tom. I. p. 504. ed. Lips. placuit ὑπὸ pro ὑπέρ. At similem praepositionis ὑπὲρ usum vide De Merc. Cond. 40. ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο· et Amorr. c. 24. extr. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἐπισήμων ἀνδρῶν φιλαπεχθημόνως μνημονεύειν, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Quod ad rem attinet, idem V. D. commode ibidem animadvertit Gelonem tyrannum ob illam δυςωδίαν ab *Aristotele* ap. *Stobaeum* Sermm. V. p. 71. dici σαπρόςτομον. Lehm.

Pag. 53. l. 1. Εἰδότα οὐκ ἄν ποτε) Placet εἰδότα ὡς οὐκ ἄν ποτε. Brod. Luciano, contendenti non posse optimam et verissimam sectam eligi, nisi quis omnes perlustrarit, et examinarit, objecerat Hermotimus, utrum, si unus aliquis affirmaret bis duo efficere quatuor, opus esset, omnes alios homines rogare, num id verum foret; an ipse per se satis posset scire, id ita esse. Omnino, respondet Lucianus, eum id per se satis scire posse. Infert itaque Hermotimus, Τί ποτ' οὖν ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθεσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα οὐκ ἄν ποτε τὰ τέτταρα πέντε γένοιντο, οὐδ' ἂν μυρίοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν; Omnino excidit ὅτι, legendumque, εἰδότα ὅτ' οὐκ ἄν ποτε etc. Id namque ait Hermotimus, *Quid ergo? num tibi videtur fieri non posse, ut quis tantum in Stoicos incidens, qui vera dicant, eos sequatur, neque desideret unquam alios; ut qui noverit, nunquam quatuor fieri posse quinque, licet vel sexcenti Platones vel Pythagorae id affirment?* ultimae syllabae in praecedenti voce εἰδότα affinitas videtur erroris in describendo dedisse caussam. Jens. *Jensius* in vulgatis recte vidit aliquid deesse. W. Codex, quem ipse postea contulit, habet ὡς. Ὅτι *B.* 2. Solan. Recte *Jens.* conjunctionem supplendam censuit, quae in Edd. deerat, verum cum ὡς jam in Cod. invenerimus, non aegre feret, nos id admisisse prae ὅτι, quod ex Edit. est, ut in variantt. indicavimus. Reitz.

Ead. l. 4. Οὐδὲν πρὸς ἔπος) *Erasmus* in proverbio, *Nihil ad versum.* Hoc alibi explicuimus. Brod.

Ead. l. 9. Ὁ μὴ τέτταρα) Rogat Lucianus, an etiam inveniretur aliquis, qui diceret, bis duo facere septem vel undecim, respondet Hermotimus: — μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων. Quae verba interpres sine ullo sensu vertit: *Insaniret, qui quatuor non convenire diceret.* Ubi sensus est: *Insaniret, qui non diceret, ea facere quatuor,* vel, *qui negaret, ea esse quatuor.* Ita τὸ συμβαίνειν apud *Arrian.* Exped. Alex. L. V. c. 19. Τό, τε μέγεθος ἐθαύμαζεν ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα συμβαῖνον, *staturamque mirabatur, quae erat supra quinque admodum cubitos.* L. Bos. Similiter infra cap. 67. τοῦτο ξυμβαίνει ἐξ ὧν φῂς, *hoc cogitur, necessario consequitur, ex iis, quae dicis.* Lehm.

Ead. l. 13. Ἢ τέλους) Quod Stoici in virtute, Epicurei in voluptate ponunt. Brod.

Pag. 54. l. 3. Φαῖεν γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ σφᾶς μὲν οὕτω ξυντιθέναι, ἡμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτὰ) *Obsopoeus* apud Basileenses et *Bourdelotius: fortasse enim dicerent Epicurei aut Platonici, vestram hanc esse compositionem; nos autem quinque aut septem illa esse dicimus. Benedictus: Etenim Epicurei vel Platonici dicere possent, se quidem ita componere, nos vero quinque aut septem illa esse dicere.* In qua mutatione attendit merito ad malam interpretationem voculae σφᾶς, quae non notat *vos* aut *vestram*, ut fecit *Obsopoeus*, sed *ipsos* vel *se.* Caeterum male peccavit, cum Basileensium ὑμᾶς mutavit, praecedente *Bourdelotio*, in ἡμᾶς. Et porro, quid est illud vel *Benedicti componere*, vel *Obsopoei compositionem?* Ita adscripsit pater, *ipsos quidem ita computare, vos vero.* Sic infra, εἴκοσι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐτίθεμεν. εἶτα Πλάτωνι τοσαῦθ' ἕτερα. εἶτα ἑξῆς τοῖς ἄλλοις. πόσα δ' οὖν ταῦτα συντεθέντα ἐν κεφαλαίῳ γένοιτ' ἂν etc. Gron.

Ead. l. 4. Ὑμᾶς) Non sola Par. habet ἡμᾶς. *Ald. I.* et *Fr.* eodem vitio laborant. Sed W. L. et *B.* 2. recte ὑμᾶς. Solan. Nec non B. 3. Lehm.

Ead. l. 7. Σώματα εἶναι ἅπαντα) *Omnia corporea esse Stoici dicunt.* Basilides Stoicus contra receptam Stoicorum opinionem existimabat. Guyet. Deinde ὁ δὲ Πλάτων νομίζει, ut olim vulgabatur, auctore Cod. 2954. mutavi in — νομίζῃ, quamquam et illa declinatio a structurae legibus nonnihil excusationis habeat. Quod autem ad eandem normam *Schmiederus* antea quoque ἡγῆσθε pro ἡγεῖσθε reponendum putat, non admodum probo, donec persuasum mihi fuerit, nunquam omnino ὁπόταν cum Indicativo Praesentis junctum re-

periri. Interim confer, quae *Hermannus* ad *Viger.* p. 768. attulit, loca *Homer.* Iliad. XII, 41. et Odyss. I, 41. Multo minus mihi probatur *Belini* audacia, qui non solum ἡγεῖσθε retinendum, sed deinde etiam λέγετε et νομίζει rescribendum, arbitratur. Similem ejusdem, paullo tamen magis illam excusandam, audaciam vid. De Merc. Cond. c. 23. Varr. Lectt. not. 3). Lehm.

Ead. l. 10. Ὡς ἀναμφιλόγως ἴδιον τῶν Στωϊκῶν δίδως αὐτὸ ἔχειν) Δίδως αὐτοῖς ἔχειν. Marcil. Confirmatur haec *Marcilii* conjectura assensu Codicis 3011. ubi αὐτοῖς ᾶ legitur. Unde αὐτοῖς, suasore *Belino*, edidit *Schmiederus*. Ex eo, quod voci αὐτοῖς mira quadam ratione ᾶ additum est, profecta est, nisi fallor, lectio αὐτὰ, quam W. et 2954. exhibent, et hinc denique αὐτό. Lehm.

Ead. l. 14. Ὥρα σιωπᾷν) Confer infra Imagg. cap. 13. Solan. Punctum subscriptum sub ultima exhibent Fl. *Par.* et S. Reliquae ignorant (licet *Junt.* punctum sub media syllaba habeat, scribens σιωπᾷν, quod tamen suspicor calamo errante additum ab *Solano*, qui id literae α subjicere voluit.) Non putassem operae haec inquirere, nisi meminerim *Vigerium* de Idiotism. p. 158. edit. Argor. an. 1708. ex *Etymologo* docere, infinitivos in ᾶν non recipere jota subscriptum; quod cum parum observari ab editoribus videam, non pigebit ex *Vigerio* quaedam huc transscribere: Ἀγαπᾶν, (ait) scribendum sine ι subscripto, non ἀγαπᾷν, ut in prioribus exemplaribus. A veteribus enim Graecis hujusmodi traditur regula: *Τὰ εἰς ᾶν ἀπαρέμφατα οὐκ ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα οὐδέποτε ἔχει πρὸς (πρὸ) τοῦ ν τὶ ἀνεκφώνητον*, i. e. *Infinita in ᾶν exeuntia non habent jota subscriptum: quia verba in ν finita nunquam habent ante ν quidquam non prolatum.* Quidquid enim in verbis praecedit ν, plene profertur, quod exemplis patet, ut τύπτειν, ἐτύφθην, ἐτύπην — ἐποίεον, ἐποίουν etc. Sic *Etymologus*, eumque secutus *Urbanus*, aliique Grammatici: quod etiam in correctissimis librorum exemplaribus accuratissime observatur. Προσγεγραμμένον autem idem esse apud veteres Graecos, quod ὑπογεγραμμένον, apud recentiores, recte ait idem; nam veteres ad latus scribebant ΤΩΙ ΛΟΓΩΙ, recentiores sic: τῷ λόγῳ. Verum Edd. nonnullae veteres *Luciani* aliorumque auctorum ita in his fluctuant, ut nihil certi ex iis elicias; immo tam saepe addunt illud jota his infinitivis, ut, quoties non invenias, incuria magis quam studio omissum credas. *Etymologus* tamen id ibi omittendum, pluribus in locis inculcat, vid. in ἀγαπᾶν, βοᾶν etc. Ita ut adsensum ei prae-

bere cogar: sed cum in hac *Luciani* edit. ubique iam additum jota videam, ante quam ei manum admoverim, nescio an ab consuetudine a *Hemst.* aliisque in alior. auctorum Editt. inducta recedere fas sit. Ita enim ἀγαπᾷν passi sumus edi in de Merced. cond. Ita ἐρᾷν dedit *Hemsterh.* Contempl. §. 13. f. Ὁρᾷν Timon. §. 56. f. ἐπιπεδᾷν ibid. §. 48. ἐπιγελᾷν in Prometh. §. 8. fin. etc. Περιορᾷν *Thucydid.* I, 69. Δρᾷν idem I, 5. Τελευτᾷν *Herodot.* Steph. I, pag. 51. f. Ὁρᾷν ibid. p. 50. pr. Δρᾷν etiam *Aristoph.* Kusteri Plut. 4. Γελᾷν idem Ran. 42. Et sic recentiores Edd. *Aeliani* aliorumque auctorum omnes. Re tamen probe excussa, decrevi rectius illud punctum in his infin. omitti, quod scilicet deinde faciam. Ut enim recens *Aristophanis* Edit. habeat jota subscriptum, vetus Basileensis id ignorat. At *Flor.* et *B.* 2. Edd. *Luciani* id habent ubique; sed *Junt.* id non habet, nec *Hag.* nec *Ald.* 1. sed ubique scribunt ὁρᾶν, διορᾶν, μελαγχολᾶν. Quod ex collatione non hujus, sed multorum aliorum locorum didici, quae adscribere nihil attinet. Ubi autem *Juntina* id punctum sub ejusmodi infinitivis habet, ibi manu *Solani* suppositum est; quod tandem etiam accurate perlustrando detexi. Observemus ergo posthaec canonem Grammaticum et sequamur editiones optimas ab viris peritis correctas, et imitemur Atticos, qui cum nunquam dixerint βοάειν, γελάειν, etiam jota non potuere subscribere. Etsi jam quis dicat, in dialecto communi γελᾶν tamen ex γελάειν contractum esse, adeoque et jota recte subscribi aeque ac in βοάεις βοᾷς, velitque consuetudinem sequi, per me licet; interim cum vidi in infinitivis aliam rem esse, et *Etymologum* recte dixisse, liceat mihi hunc sequi. Idemque placuit *Bengelio*, qui in utraque N. T. editione infin. in ᾶν sine jota subscripto ubique expressit. Ex monumentis vett. plura deinde. Reitz. Aldini editores pro more suo in *Luciani* quoque editione utraque *Etymologi* illud praeceptum orthographicum secuti sunt. Basileenses contra σιωπᾷν, ἀγαπᾷν, ὁρᾷν, et cetera hujus generis, edere soliti; jota legitimo subscripto. *Legitimo* inquam, mea qualicunque persuasione nixus, qua γελᾷν arbitror non minus recte scribi et pronuntiari, quam γελᾷς. Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 735. sq. Ed. 1802. Quamquam scio, hodiernorum Grammaticorum et Criticorum plurimos vel in tradenda, vel in applicanda, regula contrariae sententiae favere coepisse, secutos maxime *Fischeri* (ad *Weller.* Vol. I. p. 118.) *Wolfii* (Analectt. literar. Tom. II. p. 419. sqq.) et *Buttmanni* auctoritatem. Nunc ego tanto minus *Reitzii* vestigiis ingressus ab *Hemsterhusiana* scriptura, prius per hanc editionem observa-

ta, recedere volebam, quum hanc scribendi inconstantiam libro cuicunque viderem ingratam ac turpem efficere faciem, quam veteres saltem editores celebriores quam maxime perhorruerunt. Recte itaque recentiores *Reitzio* editores *Hemsterhusio* maluerunt obsequi, quam *Reitzio*. Cf. etiam *Belin.* ad h. l. In verbis his ipsis memorabilis est syntaxeos ratio: *ὥρα σιωπᾶν — ἀκουστέον, ἢ εἰδέναι*, ubi exspectasses *ἢ ἰστέον*, vel plenam orationem: *ἢ εἰδέναι δεῖ.* Sed repete ex antecedentibus *ἢ* (*ὥρα*) *εἰδέναι.* Sensum scilicet verborum magis, quam verba ipsa, h. l. respexit *Lucianus.* LEHM.

Pag. 55. l. 9. *Ἀσκληπεῖον*) Sic hic quidem libri omnes, et Icarom. cap. 16. At Demon. c. 27. *Ἀσκληπιεῖον* iidem habent. Vid. et Piscat. c. 42. et utroque modo scribitur. SOLAN. *Ἀσκληπιεῖον* Ms. Reg. 3011. et ita ubique scribendum monet cl. *Belinus*, ab *Ἀσκληπιός.* BIP. Secutus etiam *Schmiederus.* Grammaticus Bekk. p. 450. *Ἀσκληπιεῖον πεντασυλλάβως λεκτέον.* Vid. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 370. LEHM.

Ead. l. 11. *Ὑπὸ κόλπου*) Conf. infra Alexand. c. 39. SOLAN. Sic etiam saepius. Vid. Adnot. ad Piscat. c. 36. unde patebit, etiam *ὑπὸ κόλπον* dictum veteribus fuisse. LEHM.

Pag. 56. l. 2. *Γὰρ — γὰρ*) Sic W. Sed forsan pro posteriori *γὰρ* melius legeretur *γε.* SOLAN.

Ead. l. 12. *Ἀνάθημα*) De differentia inter *ἀνάθημα suspensum donarium*, et *ἀνάθεμα*, quod sacris Scriptoribus *devotionem* s. hominem *diris devotum* significat, cum tamen ejusdem thematis sit utrumque, vid. *Periz.* contra *Sanctium* disputantem, ad *Sanct.* Minerv. L. IV. c. 14. p. m. 762. Distinguit etiam *Hesych.* Sed illa distinctio non videtur antiquior aevo Christiano; et vel postea tamen ab nonnullis Ecclesiast. Scriptt. promiscue usurpata: exempla exhibet *Suicerus* in thesaur. Eccles. h. v. Ubi etiam ex *Zonar.* ad Canon. 3. p. 263. *Ὡς τὰ ἀναθήματα προσαγόμενα τῷ θεῷ, χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος, ἐκκόπτεται καὶ ἀποδιαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωσιωμένων τῷ θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ προσκληροῦται τῷ διαβόλῳ, καὶ ἀνατίθησιν αὐτὸς ἑαυτόν.* *Quemadmodum donaria Deo oblata separantur a communibus et humanis rebus: ita etiam anathema factus exscinditur et segregatur a coetu fidelium consecratorum Deo, et ab ipso Deo, atque destinatur diabolo, seque ipsum ei consecrat.* Plura non addam in re nota, nisi quod apud antiquos ac profanos Scriptt. *ἀνάθεμα* ne quidem scriptum invenerim, sed semper *ἀνάθημα.* REITZ.

Pag. 57. l. 17. *Ἐπὶ πάντας ἴεν*) Sincera lectio *ἰέναι*. Brod. In A. 2. est *ἰένε*, in B. 3. *ἴεναι*. In reliqq., quas vidi, vett. Edd. recte *ἰέναι*. Lehm.

Pag. 58. l. 1. *Αὖ τὸ*) Sic M. et plerique impressi. P. et Ms. Gr. *αὐτὸ* minus commode. Solan.

Ead. l. 2. *Ἀποδυθησομένων*) Scribendum ex Ms. *καὶ γὰρ αὐτὸ τὴν πολλὴν ἀπορίαν παρεχόμενον τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἕκαστος τῶν ἀποδυθησομένων ἔχει τὶ πάντως· hoc magnam dubitationem affert, quod eorum, qui exuentur, unusquisque omnino aliquid habet.* In editis legitur *ἀποδυσομένων*, hoc est, *qui exuent.* Graev. *Ἀποδυθησομένων* W. etiam, et P. et L. Valeat ergo vulgatum. Solan.

Pag. 59. l. 1. *Παρὰ*) Ex W. Impr. enim corrupte *περί*. Solan.

Ead. l. 4. *Εὐανδρίδου*) Idem haud dubie, qui de iis, qui Olympiis ludis vicerant, librum scripserat, quem laudat *Pausanias* L. II. p. 185, 29. Sed ibi tamen *Εὐανορίδας* scribitur ejus nomen. Solan. Locus *Pausaniae* est L. VI. c. 8. p. 471. Kuhn. At nimium rursus *Solanus* nominum similitudini tribuit. Haud dubie fictum h. l. non solum Euandridae nomen, sed etiam persona. Lehm.

Ead. l. 12. *Φύλλα δάφνης*) Sensus abruptus, interpellante Luciano; nec facile, quae verba secutura fuissent, patet. Rationem tamen comparandorum athletarum edisserere volebat, quae olim obtinuerat. Solan. Post *δάφνης* . . . . quatuor puncta in *Junt.* fecerat (nisi fallor) *Solanus*, aliquid deesse indicans; nam spatium, quantum ad quatuor literas requiritur, vacuum ibi erat. Sed hoc non est certum indicium: solet enim inter personas et in hac Ed. et in *Ald.* semper ejusmodi spatium relinqui. Deest quidem aliquid ad plenam orationem, sed nihil tamen addendum: nam interpellatur sermo dedita opera a persona sequente. Reitz. Figuratus videlicet sermo est. In sequenti repente interpellantis responso attende Ellipsin: *μή μοι τὰ πάλαι (εἴπῃς)*, ut in Philopatr. cap. 7. *μή μοι τὸν κακόδουλον τοῦ ἀσελγεστάτου Διὸς* etc. Vid. Commentatores ad *L. Bos* de Ellipss. pag. 636. ed. Schaef. et *Reusner.* ad. *Devar.* de Partt. p. 221. Lehm.

Ead. l. 15. *Κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται*) Sic c. 57. In calpidem, sive capidem, sive capedinem, sive capidulam, sive capedunculam, (tot enim nominibus Romani vas illud denominant) solebant injicere sortes luctantium, et currentium, ut patet lineis seq. unde recte in Gl. Phil. *urna κληρωτὶς, κάλπις, ὑδρία.* nec male doctus Grammatic. *Hesych.* apud quem *κάλπις ἵππος βαδιστὴς καὶ εἶδος δρόμου*, tangit etiam rem, quae

sortes sequitur, sc. equorum agitationem. De Latinis nominibus superius allatis dico alibi, ut et de sortibus. Bourd. *Κάλπις*, *Sortes Olympicae.* Guyet.

Ibid. *'Αργυρᾶ*) Cum *Junt.* etiam (aeque ac reliquae) legeret *ἀργυρὰ*, *Solanus* adscripserat: an *ἀργυρᾶ*; Recte; nec dubitarem recipere invitis Edd. quae saepe peccant in accentibus: Sola autem *B.* 2. hic bene legit *ἀργυρᾶ*, quam sequor. Reitz. Mendum hoc in Edd. vett. frequentissime obvium. Sic *πορφυρὰν* (pro *πορφυρᾶν*) *ἐφεστρίδα* Charon. c. 14. *πορφυροὶ* pro *πορφυροῖ* Timon. c. 20. *πορφυρὰ διφθέρα* De Merc. Cond. c. 41. Talia vel invitis omnibus Editionibus emendanda sunt. H. l. non solum B. 2. sed etiam B. 1. et 3. rectam scripturam tenuerunt. Lehm.

Pag. 60. l. 7. *'Αντέχει*) Anglic. *ἀνέχει*. Bourd. Recte meus cum Angl. *ἀνέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα*, *manu elata*; ut ap. *Hom.* *ἀνασχὼν τὴν χεῖρα*. Male vulgo *ἀντέχει τὴν χεῖρα*. Graev.

Ead. l. 9. *'Αλυτάρχης*) *Pete Varinum.* Brod. Vid. Marm. Oxon. p. 109. et quos isthic laudat cl. vir *H. Prideaux* (*Cod. Theod.* XV, 9. *Cujac.* Obs. II, 13. *Gothofr.* ad *Cod.* l. c. *Phavor.* et *Etym.*) Praeerat hic *τοῖς μαστιγοφόροις*, quos *ἀλύτας* Elei vocabant. Solan. *Varinum* ait *Brod.* id est *Phavorinum*, qui olim *Guarinus*: sed ipse maluit *Varinus* audire, *Phavorinus* vero a loco natali cognominatus, quo cognomine hodie notior, quam altero. Reitz.

Ead. l. 13. *Παγκρατιάζειν*) Pancratium quid, tradit *Lucianus* de Gymnas. *Philostratus* de athletis refert, *pancratium* palaestram simul et pugillatum vocari. Cogn.

Pag. 61. l. 2. *Γράμμα τι*) Misere in re facili fluctuant Edd. Nos ex Grammaticorum canonibus, qui non patiuntur duos accentus acutos in syllabis contiguis unius vocis scribi, ejusmodi minutias corrigimus, quamvis millies *λόγός τις*, et similia in editionibus et scholiastis reperias, et viri etiam eruditi hodie sibi in his apicibus collocandis non constent. Reitz.

Ead. l. 6. *Συμπεσεῖσθαι*) Conf. infra Jov. Trag. c. 40. med. Et Toxar. 38. Solan.

Ead. l. 10. *'Επισκόπησον*) Anglic. *ἐπισκοπεῖς*. Mend. in hac pag. nomina loquentium varie confusa erant. Bourd. Rectius iidem libri *ἐπισκοπεῖς τὰ γράμματα*, pro vulgato *ἐπισκόπησον*, *circumiens inspicis literas.* Graev. Angl. et Gr. adstipulatur Ms. Reg. 3011. Bip.

Pag. 62. l. 1. *'Εκεῖνός ἐστι*) Lego *εἰ ἐκεῖνό ἐστι*· refertur enim haud dubie ad *γράμμα*. Nec aliter interpretes, quos viderim, licet libri omnes servent *ἐκεῖνος*. Gesn. Si vulgatam

servamus, ἐκεῖνος referendum ad praecedens ἔφεδρος· ut sensus sit, *etsi inveneris literam, tamen nescias, num ille praeses* (potius: *subsessor*. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 436. Lips.) *sit, penes quem invenitur illa litera, s. qui indicatur litera illa inventa.* Reitz. Haud ingrata haec est sermonis variatio, posita illa in personae cum personae signo commutatione. Eadem ratione mox: ἄχρις ἂν ἐκεῖνός σοι περιλειφθῇ, ὁ τὸ μόνον γράμμα ἔχων τὸ ἀνανταγώνιστον. quamquam Neutra praecesserunt, τὸ γράμμα significantia. Lehm.

Pag. 63. l. 15. Ὀλυμπιάσιν) Olympicum certamen quinto quoque anno fieri solebat in honorem Jovis Olympici, cujus auctorem Herculem fuisse putant. Cogn.

Pag. 64. l. 1. *Μὲν γὰρ*) Hae particulae et alibi conjungi amant, ut supr. de Merced. Cond. c. 17. versus fin. Ibid. c. 26. med. et 29. pr. ac frequenter alibi apud *Nostrum*; quare nil curo omissionem Ms. M. Reitz. Propius erat exemplum supra eodem capite ineunte. Verum nullius omnium vis est ulla ad defendendam particulae h. l. positae integritatem. Neque attulerit facile quisquam unum locum, ubi γὰρ mediae periodo procedenti post Participium, ut h. l., insertum sit. Ergo curanda sane fuit Codicis M., qui γὰρ omisit, auctoritas. Equidem non dubito cum *J. Seagero* facere, qui in Class. Journ. Vol. XIII. p. 72. γὰρ delendum censet. Peperit hanc ineptiam librarii incuria, qui memor conjunctarum fere particularum μὲν γὰρ, et securus de verborum nexu, alteram hanc particulam de suo interposuerit. Lehm.

Ead. l. 2. *Γράφωμεν*) Ita quoque in Cod. M. sed a recentiore manu esse, testatur *Solanus*: quare conjicit, an forsan γράφοιμεν scriptum fuerit, uti paullo post. Reitz. Ipsa lectionum γράφομεν et γράφωμεν, quarum neutra satisfacit, varietas vocem depravatam arguit. Vix dubium esse potest, quin sic scripserit auctor: *Τί δαὶ, εἰ ἐξελόντες — — τὰ μὲν ἄλλα — γράφοιμεν.* quemadmodum paullo post: *Τί γὰρ, εἰ μηδὲ γράμματα γράφοιμεν* etc. ubi non minus, quam h. l., genuina lectio γράφοιμεν in Cod. 3011. in spuriam γράφομεν abiit. Lehm.

Ead. l. 3. *Τὸ δὲ Ζ.*) Procedet Luciani ratio, modo sic intelligatur, ut *inscio judice Z* unicum sit injectum: alias claudicat argumentatio. Nisi autem adhaesisset illi consuetudini, quae in ludis obtinebat, dicturum fuisse longe clarius existimo, quinque literarum paria immissa, quarum novem ab athletis, una in fundo relicta, educantur. Sic enim nemo, nisi omnibus visis, quas athletae sortiti sunt, co-

gnoscere queat, cuinam antagonistae solitaria illa obtigerit. Solan.

Ead. l. 12. *Κυνοκέφ.*) Horum figuras si videre lubet, adi Mensam Isiacam *Pignorii*, et *Kircherum*. Solan.

Pag. 66. l. 2. *Φιλοσοφίας πέρι*) Jam recte et constanter sic praepositionis accentu propter anastrophen mutato exhibent edd. Conf. supra c. 20. ibique adductum *Jensium*. Reitz.

Ead. l. 3. *Πασῶν*) Notat *Solanus* in W. reperiri *πασῶν*, additque id verum; editiones autem prave *πάντων* legere. Quod mirabar, cum *Jens.* in Ferculo liter. pag. 245. ubi lectt. hujus Codicis ad Hermot. pertinentes profert, tam notabilem variationem aut correctionem omiserit. Re vero examinata, cum *Solano* credo *πασῶν* legendum, quia intelligitur *ὁδῶν*, de quibus supra egit, et mox agere perget; nam statim sequitur *μιᾶς ἀπείρατοι*, et — *ἀρίστη ἐκείνη*. Et pr. §. seq. *μίαν ἐξ ἁπασῶν ὁδόν*. Jam quoque illud *αὐτῷ*, quod vulgatae *αὐτῶν* praestare putares, sponte concidit. Quod enim *S.* *αὐτῷ* legat, et ex ea *Amst.* id operarum tantum aberratione factum credo; quia in versione ejusd. Latina, aeque ac in *Paris.* tamen legitur *ab illis*. Interim, si quis *πάντων* ad viae duces, de quibus supra, referre velit, quod *λεγόμενα ὑπὸ τῶν ὁδῶν* insolentius videatur, et viae s. sectae hic non ut personae loquentes inducantur, non jam nimis repugnem; sed qui *πασῶν* praeferet, pro *ὑπὸ* legat *ὑπὲρ*, et sic omnia plana erunt. Reitz. Qui *πασῶν* scripsit, non cogitavit proxime *ὁδῶν*, sed *φιλοσοφιῶν*, ex antecedentibus scilicet *φιλοσοφίας πέρι, ἥντινα φιλοσοφητέον*, repetitum. Atqui non fuit is *Lucianus* ipse, sed argutulus quidam homo, quem offenderet *πάντων*. ad Substantivum femininum relatum. Legamus *ὑπὸ πάντων*, intelligamusque *philosophos*, e voce *φιλοσοφίας* illos facile deducendos. Sic Diall. Deor. VI, 2. in *αὐτοὺς* intellige *ἀνθρώπους*, in voce *φιλανθρώπους* latentes. Ibid. extr. *τοῦτο* pertinet ad vocem *ἔρως*. Diall. Mortt. XII, 4. *Ἑλλὰς* praecedit, et *αὐτῶν* (i. e. *Ἑλλήνων*) illuc refertur. Similiter XIII, 2. *κολακεύοντες* ad *Ἑλλὰς* referendum; XIV, 1. *οὐδεὶς* ad *οἰόμενοι*· XV, 2. *ἐκείνη* ad *δοκάριον*, et XXVIII, 2. *ἀθλίας οὔσας* ad *τὸ γυναικεῖον*. Eundem fere in modum de hujus nostri loci lectione *πασῶν* rejicienda judicavit Vir eruditus in censura Editionis Reitz. Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 242. sq. Quodsi adhuc fluctues, adi sequentis cap. initium, ubi *τὰ ὑπὸ πάντων λεγόμενα* illustrantur. Quod autem *Schmiederus* in Varr. Lectt. ad h. l. *πασῶν* refert cum Cod. W. habere videri Codd. Pariss., id nescio equidem,

unde conjecerit. In *Belini* quidem enarratione nihil ejus generis inveni. Lehm.

Ibid. *Αὐτῶν*) Restituenda est postliminio sincera lectio ex antiquis editionibus, *Ὁ τὰ ὑπὸ πάντων αὐτῶν λεγόμενα εἰδώς.* Posteriores perperam dederunt *αὐτῷ·* quod idem fecerunt c. 53. fin. *Ἢν δὲ τοὺς οὐκ εἰδότας λέγῃς, οὐδέν τι τὸ πλῆθος αὐτῷ προςάξεταί με πιστεύειν*, cum recte in prioribus *αὐτῶν*. *Si vero de imperitis loquaris, nihil me eorum multitudo adducet, ut credam.* Jens.

Ead. l. 4. *Ἀτελεῖς*) Pendebam animi, *ἀτελῆ* ne hic putarem, quem interpretatione expressi, quem Romae dicebant *capite censum*, qui cum nihil conferat ad rempublicam, neque ad suffragia admittitur, neque honorem sperare potest; an *non initiatum?* Sed cum hujus intellectus nulla dum allata sit auctoritas, isque potius videatur esse *ἀτέλεστος*, mansi in solenni vocis usu, quique optime huc faciat. Gesn. Nostro scriptori *ἀτελὴς* esse solet is, *qui non est perfectus in suo genere;* vel *nondum maturus*, ut Bacchus embryo Diall. Deor. IX, 2. vel *mutilus*, ut Combabus exsecto pudendo De Dea Syr. c. 20. H. l. *ἀτελεῖς* videntur esse philosophiae doctores *manci*, qui suae tantum sectae placitis capti tenentur, alia omnia vel ignorantes, vel non curantes. Lehm.

Ead. l. 11. *Αὐτὸ μόνον*) Libri, quos inspeximus, omnes *αὐτὸ*, quod quomodo convenire huc possit, nondum equidem video, nisi forte ad *μόνον* referatur, et vim illius augeat; cujns tamen rei exemplum adhuc nullum observavi. Interpretatus sum, ac si legatur *αὐτοῦ*. Gesn. Non semel hanc formulam usurpavit *Lucianus*, securus de Substantivi adnexi genere, casu et numero. Sic *αὐτὸ μόνον ἐργάτης* Somn. cap. 9. Sic *βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ αὐτὸ μόνον συνεῖναι* De Merc. Cond. c. 9. quae temere a nonnullis tentata esse videbis in Varr. Lectt. Sic Diall. Merett. VI. versus fin. *οἱ καλοὶ δὲ αὐτὸ μόνον καλοὶ θέλουσιν εἶναι.* Non differt multum *αὐτὸ τοῦτο παῖς* Diall. Deor. IV, 3. Recte igitur etiam h. l. solennem formulam contra *Gesnerum* tuetur *Valckenarius* in *Callimachi* Elegg. Fragmm. pag. 28. Vid. etiam *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 56. et Lectt. Aristaenn. p. 167. Lehm.

Pag. 67. l. 5. *Τελευτὼν*) *Τελευτῶν*, *denique*, *postremo* interpretatur *J. Brod.* Misc. IX. c. 16. circumflectens ultimam, et sic Lexicographi cum eo: Edd. vero *J. H. Par. S.* constanter ultimam accentu gravi signant, more adverbii. Utrum rectius, mihi non liquet, circumflexum tamen veriorem credo, quia participium est, etsi quasi adverbialiter sumendum. Reitz. Cf. Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 6. Ὁδὸν) Per viam hic intelligendam *Sectam*, ut in Act. Apost. IX, 2. Ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, veluti ibid. c. XXIV, 14. diserte dicitur, ὁδὸς ἣν λέγουσιν αἵρεσιν. Ac paullo supra apud *Nostrum*, ἁπάσης ὁδοῦ πεπειράμενος ἐν φιλοσοφίᾳ, vertit, *omnes philosophiae sectas expertus.* Recte quidem; verum quia hic sequitur ἄγει, rectius ad verbum convertitur, *via, quae ducit;* viam interim quamcunque agendi methodum significare in omnibus linguis, satis notum est. Reitz.

Ead. l. 7. Ἄγει εὐθὺ τῆς εὐδαιμονίας) Sic etiam cum accusandi casu ἄγειν sine praepositione, pro *agere, ducere ad aliquid, Budaeus* in Comment. ex *Xenoph.* de Venat. ἄγειν τὰς κύνας τὰ τραχέα. Item ἄγειν δὲ ἄμεινον τὰς κύνας τὰ ὄρη πολλάκις. Nisi hic malis construere, ἄγει εὐθὺ, *ducit recta,* τῆς εὐδαιμονίας *usque ad felicitatem,* ita ut μέχρι intelligendum relinquatur, vel πρὸς τόπον· de qua ellipsi vid. *Bos* de Ellips. qui ex *Nostro* in Bis Accusat. Εὐθὺ τοῦ Ἀρείου πάγου, nec non alia similia ex aliis auctoribus ita exponit, quae hic non repetam; nam et *Noster* etiam alibi non semel sic loqui amat, ut Dial. Mort. XXVII. pr. Ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσοντες, *recta ad Averni descensum ambulaturi,* ubi *Hemsterhusius* jam plura. Reitz.

Pag. 68. l. 7. Ἐξιέναι) Rescripsimus ex margg. Ms. Reg. 2954. et Ed. *A.* 1. *W.* monente *Belino.* Vulg. ἐξεῖναι. Bip.

Ead. l. 13. Τινὸς τῶν σοφῶν) *Epicharmi.* Vertit *Cicero: nervi atque artus sunt sapientiae, non temere credere.* (Vid. *Suid.* v. νῆφε) Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενᾶν. Laudat etiam *Polybius.* Solan.

Ibid. Τῶν σοφῶν) Septem sapientium. Brod. Minime septem illos intelligere h. l. potuit *Lucianus,* de quibus ipse Diall. Mortt. XX, 4. An vero *Epicharmum* quisquam audierit in eorum numero fuisse? Sed οἱ σοφοὶ sunt *philosophi* omnino, quos Aeacus intellexit ibid. §. 3. Menippum interrogans: Βούλει σοὶ ἐπιδείξω καὶ τοὺς σοφούς; Et sic sexcenties apud *Lucianum.* Lehm.

Ibid. Νῆφε) *Epicharmi* esse, adscripserat *Solanus.* Idem jam fecerat *Guyetus.* Reitz. *Vafri illius Siculi Epicharmi,* qui *Ciceroni,* quod testatur ad Att. 1, 19. *crebro insusurrabat cantilenam illam suam:*

Νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Gesn.

Ead. l. 16. Τοῖς ἑξῆς λόγον) *Aliis loquendi copiam.* Brod.

Pag. 69. l. 5. Μὴ) Non reveritus sum optimarum Editt. auctoritatem, quae μοι ἐξαίρει pro μὴ ἐξ. habent. Sed unius

Cod. L. lectionem hic praefero, quia sequentia evincunt sic scribendum; nam cum statim subjiciat, *cum his igitur quinque*, quae adeo adnumerari voluit, i. e. *non excipi*. Absurdum autem foret, si dixisset, *excipe, aufer illos annos*, quos tamen illico addit. Sed jam alterum illud καὶ deletum velim. Reitz. Non magis alterum καὶ expungendum, quam mox in verbis: ἔτι μὴν καὶ Ἀριστοτέλει οὐκ ἐλάττω. Recte vertit Interpres: *Nec excipe etiam quinque illos silentio annos*. Quod affirmative sic sonat: *Adsume etiam*. Lehm.

Ead. l. 6. *Πέντε ἔτη*) Confer supra Vit. Auct. c. 3. Reitz.

Ibid. *Τὰ τῆς σιωπῆς*) Nam quinque annos tacebant Pythagoraeorum discipuli. Brod.

Ead. l. 9. *ΛΥΚ. — ΕΡΜ.*) Omittitur hic Luciani nomen in plerisque Edd. Nos ex Ed. J. et ex ipso Cod. M. et P. reposuimus. Et reliqua perturbatis admodum partibus ex eadem J. et L. restituimus. Quae *Marcilio* nescio quomodo jam innotuerant. Solan.

Ibid. *ΛΥΚ.* εἶτα etc.) Ἑρμό. θῶμεν οὕτως, εἶτα ἑξῆς etc. Excidit notatio personae Luciani, nempe: Ἑρμο. θῶμεν οὕτως. *ΛΥΚ.* εἶτα ἑξῆς. Marcil. Idem jam monuit *Brod.* Misc. IX. cap. 16. Reitz.

Ibid. *ΛΥΚ.* εἶτα) Quinquies hic in seqq. personarum nominibus erraraint omnes Edd. praeter *Junt.* quas recte ex ea ac Mss. P. et L. restitui jussit *Solanus*. Non tamen cum eo miror, unde *Marcilio* id jam suboluerit; nam vel sine Mss. error detegi poterat: primo enim, absurdum erat Hermotimum hic dicere, (quod Edd. faciebant) se ex Luciano audisse, quot anni philosophiae forent impendendi, cum is Lucianus c. 6. rogaverat, quanto temporis spatio ad id opus sit? et ab Hermot. responsum tulerat, forsan viginti annis opus fore etc. Deinde cum tandem in ordinem redirent personarum nomina, versus finem hujus cap. s. §. 48. bis posita erat Hermotimi persona, nempe: *ΕΡΜ.* ὑπὲρ διακόσια, ὦ Λυκῖνε in fin. recte, sed ante rursus *ΕΡΜ.* Εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Cum alternatim saltem deberent loqui. Hac igitur inquisitione cum veritatem et ego detexerim, cur alii acutiores id non tanto magis possent? Reitz.

Ead. l. 11. *Οὐ γάρ*) *ΛΥΚ.* *Οὐ γάρ.* *ΕΡΜ.* *Χρυσίππῳ δέ γε* etc. Male trajecta nomina personarum. Esse debet, *ΕΡΜ.* *οὐ γάρ.* *ΛΥΚ.* *Χρυσίππῳ δέ γε.* Marcil.

Ead. l. 14. *Οὕτως*) *ΛΥΚ.* οὕτως. Ἑρμο. εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Rursus vitiosa personarum trajectio. *Lucianus* enim voluit: Ἑρμο. οὕτως. *ΛΥΚ.* εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Patet fine ejusdem paginae. Marcil. Et hoc et praecedens quoque mo-

nuit *J. Brod.* in Miscell. modo adductis scribens: Οὐκ ἐλάττω. *ΛΥΚ.* Emenda Ἑρμο. Et οὐ γὰρ Ἑρμο. corrige *ΛΥΚ.* Μόγις ἱκανά. *Λυκ.* repone Ἑρμο. οὕτως. *ΛΥΚ.* Εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Reitz.

Pag. 70. l. 7. Ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τί· ἢ τοῦτο μόνον) Εἰδέναι τὶ ἢ τοῦτο μόνον. Marcil.

Ead. l. 11. Ἐν κεφαλαίῳ) *In summa.* Brod.

Ead. l. 14. Βούλει οὖν ἀφαιρῶμεν) Edd. ἀφαιροῦμεν, et sic, opinor, etiam Codd. omnes. Verum βούλει in hac structura semper apud *Lucianum* Conjunctivum habet comitem, vel Futurum quoque simplex, (vid. ad Catapl. c. 9. Adnot.) nunquam, quod sciam, Praesentis Indicativum, quamquam, si arguteris, etiam haec ratio aliquo modo excusari posse videatur. At vero argutiis istis supersedebimus, si e margine A. 1. W. rescripserimus ἀφαιρῶμεν. quod licet probaverit *Reitzius,* non tamen recipere ausus est. Lehm.

Ibid. Ὡς πεντεκαίδεκα) Cod. Angl. πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, mend. Bourd. Dixit Hermotimus, plures ducentis annis, juxta calculum Luciani, impendendos esse omnium sectarum placitis discendis, respondit Lucianus, age auferamus quartam partem, ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη ἱκανὰ εἶναι, ἢ τὸ ἥμισυ ὅλον. Πεντεκαίδεκα ἔτη, non possunt esse tres partes ducentorum annorum. Quis non videt, *Lucianum* reliquisse, ut Anglicanus et meus prae se fert, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, *centum et quinquaginta:* et si dimidium detraxeris, *centum* sufficient. Quamvis corrupte scribatur πεντήκοντον in Mss. Graev. Sive πεντεκαίδεκα, aut cum Angl. Ms. Gr. P. et L. legas, res eodem redit; sed rectius hoc vulgatarum Edd. et M. visum est, ut ad tempus ediscendae disciplinae cuique sufficiens referatur: quo quarta sui parte mulctato, summa itidem quarta sui parte minor evasura est. Solan. Ego quinque Codicum consensum potiorem, quam editionum, existimavi, maxime cum pleniorem calculum ponant: nam cum proxime Herm. dixerit, *ducenti,* et hinc statim dicat alter quartam auferendam, nonne restant 150? Si vero rationem *Solani* sequaris, cum vulg. *quindecim* legens, id referendum erit ad numerum *viginti,* qui paullo altius memoratur, cujus pars quarta est *quinque.* quam si detraxeris a *viginti,* restabunt *quindecim.* Sed quid opus est ad remotiorem numerum recurrere, cum propiorem habeas, cui recte respondeant sequentia? Praeterea numerus major placet, ut eo magis ridere videatur philosophorum derisor. Verum si jam πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν legas, illud ἔτη ablatum velim, ideoque uncis inclu-

dendum curavi; nam ingratum ibi sonum, ingratam repetitionem facit: si ἔτη autem retinendum, πεντήκοντα simpliciter, sublato ἑκατὸν scriberem. Reitz. Quomodo, salvis rationibus, ἑκατὸν tolli possit, non equidem perspicio. Imo vero tres partes numeri ducenarii quarta demta, efficere centum et quinquaginta, omnes docent Arithmetici. Neque adeo certius quidquam esse potest, quam Codicum lectio πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, quam librariorum negligentia turbasse videtur. Nam quod *Solanus* putat etiam πεντεκαίδεκα cum hoc ratiocinio conciliari posse, casui justo plus tribuit, quamquam non sine quadam sagacitate. Denique *Reitzius*, quum ἔτη ob ingratum sonum et ingratam repetitionem *Luciani* ipsius esse negat, fastidiosiorem h. l. se praebet, quam alias. Equidem fateor me illud fastidium non sentire. Lehm.

Pag. 72. l. 8. *Οὐδὲν δέον*) *Cum minime oporteat.* Brod.

Ead. l. 9. *Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ*) *Haud auspicato, malo omine.* Brod. Ut *Brodaeus* jussit, ita recte habet Paris. ed. versio. Sed ἐπ' ἀγαθῷ τινι, est bono consilio, s. ad boni aliquid faciendum. *Aristoph.* Pl. 889. *Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὶν οὐδενί.* Reitz.

Ead. l. 17. *Κατὰ τὸν Τιθωνὸν*) *Erasm.* in proverbio, *Tithoni senecta.* Brod. *Ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν ζῆν* Diall. Mortt. VII, 1. ubi vid. *Hemsterhusii* notulam. Lehm.

Pag. 73. l. 2. *Σκεπτόμενος*) Confer infra Demonact. Vit. I. §. 57. *Ἀθηναίων δὲ σκεπτομένων* etc. Solan.

Pag. 74. l. 2. *Ἀδυνάτων ἐρᾷς*) Vid. idem supra Deor. Dial. VIII. Vulcani et Jovis, vers. ult. πλὴν οἶδα ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς, ibique nott. *Brodaei, Solani, Hemsterhusii.* Reitz.

Ead. l. 6. *Ἰδιώτας*) *Omnium ignaros.* Brod.

Ead. l. 12 *Διαίρεσιν*) Sic Dial. seq. cap. 1. med. Conf. et Quom. Hist. Conscr. c. 9. Solan.

Pag. 75. l. 3. *Ὅτῳ ἂν πρώτῳ*) Ita Mss. Regg. 2954. et 3011. Vulg. ὅτῳ πρώτῳ ἄν. Bip. Sic et *Schmiederus* edidit, monente *Belino.* Lehm.

Ead. l. 4. *Κἀκεῖνος Ἕρμαιον ποιήσεταί σε*) Imperite in *Basileensi* et *Bourdelotiana* vertitur *atque ille te certum faciet*, tanto utraque ineptior, quod secundae vocis primam literam majore charactere efferant. Itaque adscripsit pater, *atque ille lucrifaciet te.* Sed et correxit *Benedictus.* Gron.

Ibid. *Ἕρμαιον*) Vid. supr. Somn. cap. 9. καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν. Solan.

Ead. l. 7. *Φοίνικος*) Hinc adagium, *Phoenice vivacior.* Brod.

Ead. l. 13. *Δεήσῃ*) Mallem δεήσει. Solan. Emendatio-

ni *Solani* suffragantur Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip. Unde nec dubitavimus cum *Schmiedero* necessariam omnino emendationem admittere. Lehm.

Pag. 76. l. 1. *Προςάξεταί με*) Sic habere J. et Fl. notaverat *Solanus*. Quid tum? Habent et sic reliquae, ut *Par. Hag.* plures enim jam consulere nolo, quia non dubito, quin rectum sit; vid. *Zeux.* c. 2. *προςάγεσθαι αὐτούς*. Et Phalar. 1. c. 3. *ἐς τὸ πείθεσθαι προςάξεσθαι τούτους*. Forsan maluerit *προάξεται* alicubi invenire, vel potius activam formam *προςάξει*. Sed mediam et sic recte construi, vel ex *Isocr.* loco, quem Lexica proferunt, patet. Adde tamen *Wollium* de Verb. med. p. 184. §. 17. Ubi quidem differentia ostenditur inter *ἄγεσθαι γυναῖκα*, et *ἄγειν γυναῖκα*, quod prius significet, *ducere uxorem in matrimonium*; alterum vero, *ducere mulierem quamcunque in aliquem locum*: tamen utrumque habet accusativum patientem, et in sensu metaphorico active usurpatur. Sic eod. significatu, quo Noster, etiam *Herodian.* I, 3, 12. *Ἀλλὰ τοὺς μὲν πειθοῖ . . . προςηγάγετο.* Ibid. 12. 9. *ἤλπιζε προςάξεσθαι τόν τε δῆμον — ἐπιδόσεσι λαμπραῖς.* Ne plura ad rem nimis facilem demonstrandam congeram. Reitz.

Ead. l. 2. *"Αχρις ἂν ἢ μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες περὶ ἁπάντων ἀποφαίνωνται*) Miris interpretationibus hoc colorant viri docti! *Obsopoeus, donec de omnibus nullius ignari definiendi facultatem sibi paraverint. Benedictus, donec aut nihil aut unum scire de omnibus ostendant.* Quando alterutrum horum erit? Et quid si vel paraverint cum illo, vel cum altero ostenderint illud, quod praedicat, an tunc adducetur Lucianus, ut credat? Illene tunc, cum nihil scire ostendant? Ridiculum prorsus. Itaque tentavit juste haec mollire pater, adscripsitque se legere vocula ἢ omissa, *ἄχρις ἂν μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες π. ἁ. ἀποφ.* cum versione Latina, *quamdiu non nisi unius gnari de omnibus pronuntiabunt.* Gron. Nihil hic intellexerant interpretes. Sed sola interpretatione nostra satis consultum puto sententiae horum verborum. Nota est enim illi verbi *ἀποφαίνομαι* significatio; nec quemquam credo repugnaturum: *Quamdiu aut nihil, aut unam disciplinam singuli scientes de omnibus pronuntiabunt.* Solan.

Ead. l. 17. *Φειδίαν*) *Plut.* in commentario de defectis oraculis videtur ad Alcaeum referre, *οὐ κατ' Ἀλκαῖον*, inquit, *ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας.* Cogn.

Ibid. *"Ονυχα μόνον λέοντος*) Unde ortam paroemiam, *ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα*, ferunt nonnulli. *Brod.* V. *Plut. II. Χρηστ.* 730, 1. *Οὐ κατ' Ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας.* Solan.

Ead. l. 18. *Ἀναλελογίσθαι*) Praeteritum passivum, active tamen interpretandum, tum quia activ. *ἀναλογίζω* in usu non est, tum quia hujusmodi tempora passivae terminationis in aliis etiam verbis active valent; vid. *Jensium* infra ad Tyrannicid. cap. 12. Reitz.

Pag. 77. l. 12. *Οὕτω, καί μοι* etc.) Verba *καί μοι τόδε ἀπόκριναι*, *Solanus* in *Junt.* parenthesi incluserat, recte quod ad sensum, sed sufficit eum commatibus distinxisse: si quid tamen mutandum, pro *οὕτως*, legerem *ὅπως quomodo*, id enim sensum facit planiorem; etsi formulas interrogandi etiam sine particulis hujusmodi poni scio, ideoque mutationem haud adeo necessariam puto. Reitz. Talem certe mutationem, quicunque particulae *ὅπως* usum norit, graviter haud dubie repellat. Lectioni *οὗτος*, quam Codd. L. et 3011. et Ed. Fl. praebent, maxime favet *Belinus*, vertens: *mon ami, réponds — moi.* Bene quidem; at vereor, ne sic orationis cursus impediatur, nimisque abrupta jam sequatur interrogatio. Neque *Jacobsii* conjectura, *οὑτωσί μοι* mihi quidem probatur, quum *καὶ* in omnibus libris compareat, neque temere sit excludendum. Simplicissima est *Solani* ratio, quam etiam *Reitzius* quodammodo amplexus videtur. *Οὕτως* est *sic*, i. e. *quae quum ita sint.* Nunc in interrogatione: *siccine?* Quae autem sequuntur, *καί μοι τόδε ἀπόκριναι*, quasi parenthetice interjecta vividiorem reddunt orationem, ut nihil, meo quidem sensu, jam desiderari possit. Lehm.

Pag. 78. l. 4. *Οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον*) *Erasm.* in adagio, *nihil ad Bacchum.* Brod. *Nihil ista ad Bacchum.* Haec clausula in proverbium abiit, quo significatur, illa nihil ad rem attinere, et nimium inaequalem esse comparationem. *Alcaeus* in Baccho. Vid. *Erasm.* Chiliad. Cogn.

Ead. l. 5. *Ὦ παῖ*) *O puer, o imperite.* Brod. *Ὦ παῖ λέγων*) Ita M. P. L. et impr. plerique. Sed quid haec sibi velint, nemo, credo, intelligat: ego certe locum corruptum pronuntio. Fl. *ὦπται.* Vide num respexerit ad *ὁ πᾶς λέων*, quod supra usurpaverat Hermotimus c. 54. Nisi malis *ὁ πᾶς λόγος*, ut De Merc. Cond. c. 4. et Jov. Trag. c. 16. Pro *λέγων* in Exc. Periz. est *γέλων*. Vid. *Plut.* 892. B. *Clem. Alex.* p. 19. A. *ἐμοὶ μὲν οὐδ' ὁ πᾶς ἂν ἀρκέσῃ χρόνος.* Sic *ἅπας ὁ οἶνος*, c. 58. *ἅπας ὁ πίθος*, c. 59. *ἅπασα φιλοσοφία*, c. 61. et c. 66. Ego *ὁ πᾶς λέων* Lucianeum esse, non dubito. Similem errorem vide admissum a multis Navig. c. 26. Solan. Adscripserat vir quidam doctus margini Edit. *Hagen.* *ὦπται*, nescio num *Simon. Servetus*, an *Jo. Bellagrius*, utriusque enim no-

men, ut possessoris, in fronte hujus libri scriptum invenio. At illud ὤπται certe convenientius foret, quam ὦ παῖ, quod hic ἀπροσδιόνυσον est. Sic enim dicit *Lucianus: nihil adpositum visus est dicere Phidias.* Nam etsi dicas, a Luciano puerum vocari Hermotimum, per ludibrium, quod junioris instar discipuli quotidie scholam philosophicam frequentet, ut initio hujus Dialogi innuit, id tamen minus huc quadrare videtur. *Solanus* adjecerat, legendum ὁ πᾶς, non male, et conferendum Navig. cap. 26. Ubi in quibusdam Edd. quoque ὁ παῖς legitur, cum aliae ibidem recte ὁ πᾶς habeant; nimirum ὁ πᾶς πλούτων (πλοῦτος), *totus thesaurus, totae divitiae.* Praeterea et pro λέγων, legit λέων, quod scil. licebat, quia alii γέλων exhibent: ita ut totum sic constituat, οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον, ὁ πᾶς λέων, *nihil enim ad rem facit totus leo.* Eligat igitur, quod quis volet. Reitz. *Suidam* in οὐδὲν laudat, nihilque opus esse emendatione h. l. bene adnotat *Belinus.* Bip. Gratum quidem nobis fecit *Belinus,* quod *Suidam* s. v. Οὐδὲν citat, a quo triplici modo proverbii origo explicatur. Verum errat, quum sic putat simul dilui crimen, in quod *Solanus* verba *Luciani* vocavit. Non enim ille de proverbio ipso agit, neque adeo verba, οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον tentavit. Sed tangit criminatio ejus, quae adduntur, verba: ὦ παῖ, λέγων. Et jam haec videndum, num sana sint. At sunt sanissima. Phidiae tribuitur proverbium, non quasi primus ille haec verba locutus sit, quod *Gesnerus* falso ex h. l. colligit, sed fingitur Phidias, tanquam ipse Lucianus, ea ad Hermotimum nostrum dicere. Sic invidia rei mollitur. Deinde allocutio, ὦ παῖ, potius blandientis est, ut esse solet, quam despicientis. Neque adeo cum *Brodaeo* imperitum puerum, vel cum *Gesnero* et *Reitzio* tironem, cogitare h. l. debebimus Hermotimum. Vid. *Schaefer.* Melett. p. 115. Sic patet non solum probam, sed etiam exquisitae elegantiae esse hanc omnem Luciani orationem; quam si assecutus fuisset *Solanus,* neutiquam opinor eum res novas fuisse h. l. moliturum. Lehm.

Ead. l. 6. Φειδίᾳ) Ad Phidiam igitur proverbii hujus originem refert Lucianus? quasi is olim ita reprehenderit puerum vel tironem, eaque verba nunc ad Hermotimum repetat. Tale quid sane verba sibi volunt, si ita dedit *Lucianus,* de quo vix est ut dubitemus, licet aliis alii ap. *Erasm.* tribuant. Gesn.

Pag. 79. l. 7. *Εἰ μὴ ἀνέχῃ τὴν διατριβὴν*) *Obsopoeus, nisi exercitii impigro studio illud consecutus fueris. Benedictus, nisi*

recipias disquisitionem illam. Immo simpliciter, *nisi hanc moram sustineas,* tantum temporis colloces: nam respicit, quod Hermotimus dixerat de μορίῳ ἡμέρας. Gron.

Ibid. Ὡς ἀκριβῶς) An ὥστ'; *F. Guyet.* Non, mi *Guyete,* ὡς ἀκριβῶς enim est *quam accurate:* auget enim interdum illud ὡς, ut ὡς ἀληθῶς *Aelian.* V. H. III, 24. Sic ὡς σφόδρα *per quam, maxime;* de quo vide *Bud.* Comment. p. 588. Alibi ὡς dicitur πλεονάζειν· vid. eundem, et *Maittaire* de Dialectt. pag. 76. f. Reitz. Imo, mi *Reitzi,* diligentius, quam tu, inspexit locum *Guyetus.* Non enim, ut tu vis, ὡς ἀκριβῶς conjungi h. l. possunt, sed ὡς, ad Infinitivum ἑλέσθαι pertinens, capiendum est pro ὥστε, qua vi praeditum singulis paene *Luciani* librorum paginis occurrit; ut mirer, qui *Guyeto,* nexum verborum recte perspicienti, in mentem tamen venire potuerit ὡς in ὥστε mutandum conjicere. Ceterum καὶ recte habent Edd. veteres pleraeque. Junge ἀκριβῶς et κατανοήσας, *diligenter, et ita, ut unamquamque rem integram perpendas.* Neque itaque lectione B. 2. et 3. καθ' ὅλον (vel, quod conjicias, καθ' ὁδὸν) opus est, neque *J. Seageri* (Vol. XIII. p. 72.) conjectura: καὶ — κατανοῆσαι. Lehm.

Ead. l. 11. Ἑκάστοις) W. ἑκάστης, quod forsan melius. Solan. Exquisitior est Dativus. Diall. Deor. V, 5. ἐφ' ἑκάστῃ (τῇ κύλικι) δὶς φίλει με. Et Femininum h. l. habet, in quo offendas. Vox enim ὁδὸς, quae suppleatur, nimium videtur remota. Lehm.

Pag. 80. l. 1. Ἅτινά σοι αἱρ.) *Quam philosophorum sectam.* Brod.

Ead. l. 2. Καταθύεις) Lege καταθύῃ. Brod. Καταθύοις. Ordo: καὶ θυσιάζῃ τῷ μηδὲ παρακαλεῖν, i. e. διὰ τοῦ, ne advocato quidem sacerdote. Guyet. Καταθύῃς M. In impressis καταθύεις et παρακαλεῖν. Conjecturam *Marcilii* quod attinet, ingeniosa est; sed si recipias, lege, meo periculo, non δέον cum illo, sed δέων. Verum ultima vox in M. et P. reperta, omnia restituit; quamvis in illo quidem a prima manu non sit. Solan. Vide, si lubet, quae supra de simili modorum differentia, ad c. 24. hujus Dial. notavi, ubi διεξέλθοι καὶ ἐπιδείξεται legitur. Reitz.

Ead. l. 3. Καὶ θυσιάζῃ) *Καὶ θυσιάζῃ τῷ μηδ' ἱερέα τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλεῖν, Et sacrifices eo ipso, quod non advoces sacrificum aliquem pretiosum* etc. Sed fortean fuit, καὶ θυσιάζῃ θεῷ μηδ' ἱερέα δέον τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλεῖν. *Et sacrifices Deo; neque opus sit arcessere sacrificum aliquem pretiosum.* Marcil.

Ibid. Μηδ' ἱερέα) Possis forte dicere, illud τῷ μηδ' ἱερέα — παρακαλεῖν, dictum esse per ellipsin τῆς ἐν. Sed mollius mihi videbantur haec ita a *Luciano* composita, *subjiciam tibi aliud:* quid igitur? τὸ μηδὲ παρακαλεῖν, et hoc secutus sum in interpretando, neque piaculum puto, si quis in ipsum contextum orationis, adnotata tamen altera quoque lectione, retulerit. Caeterum hinc apparet, quo ex fonte hauserit ille, qui circa decimum hujus seculi annum idem remedium stabiliendae inter Christianorum sectas concordiae proposuit, castigatus, ut decebat, a *Jo. Conr. Schrammio* inaugurali oratione de remediis quibusdam ante doctrinae sanae conciliationem ad concordiam ecclesiasticam necessariis, Helmstadii dicto anno habita. Gesn. Locus hic graviter vexatus gravius etiam vexavit Criticos. In Edd. vett. vulgo ita habet: *Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἄλλο τι* (καὶ alterum interponi velim) ἀπραγμονέστερον ὑποθήσομαί σοι, ὡς μὴ ἱερεῖα καταθύεις (καταθύῃς B. 2. 3. et M.) ταυτὶ, καὶ θυσιάζῃ τῷ (καὶ θυσίας ζητῶν 2954. 3011.) μηδ' ἱερέα τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλεῖν (παρακαλῇς M. P. 2954. 3011.) ἀλλ' etc. Quorum conspectum si quis sibi attente proponat, accurateque perpendat, primum patet idoneis testimoniis comprobari Conjunctivos ad ὡς μὴ relatos, καταθύῃς, θυσιάζῃς (non θυσιάζῃ, quam Medii formam activa vi sumendam recte damnat *J. Seagerus*) et παρακαλῇς. Deinde maxime fit probabile, τῷ esse in τῳ mutandum, quemadmodum *Jacobsius* et *Seagerus* jam conjecerunt. Atque sic, nisi fallor, simplicissima ratione, et quae proxime ad vulgatas lectiones accedat, refinxisse locum videbor. Nam *Marcilii* θεῷ, pro τῷ, audacius est commentum, *Belini* autem conjectura, καὶ ἐν θυσίᾳ ζητῶν, prorsus nihili aestimanda. Porro *Gesneri* emendatio, τὸ μηδ' ἱερέα — παρακαλεῖν, habet quidem, quo commendetur, citra tamen probabilitatis fines sitam arbitror. Denique, quos *Seagerus* vult, Infinitivi καταθύειν, θυσιάζειν, παρακαλεῖν, etsi linguae legibus nullo modo repugnent, externi tamen pretii minus manifesto habent, quam nostri Conjunctivi. Lehm.

Eod. l. 4. Ἐς κάλπιν) Mirari subit, cum hunc *Luciani* jocum lego, virorum quorundam, quos gravissimos esse decebat, stuporem incredibilem, qui nobis fabellam Imperatoris Mogolici, religionem eadem ratione simiae divinatrici subjicientis, et Christianam veram illam esse, quam, serione an joco haud facile dixeris, quaerebat, mira sane ratione, deprehendentis. Inter *Ludicra pia* serio narratam invenies ab *Angelino Gazaea* Iesuita, p. 94. qui se eam ex literis Indi-

cis *Antonii Figueredo* ex eadem societate anni 1611. hausisse ait. Solan. Quae in urnam conjici vult Lycinus, dicuntur γραμμάτια· ita enim legendum ex Edit. Fl. non solum hic, sed et infra, γραμματίων. Quod vulgatur γραμματεῖα, ex ambigua vocis γραμματία, ut in Fl. editum est, pronuntiatione ortum et haec rursus scriptura γραμματία e falsa accentuatione prodiit; cf. De Merc. Cond. c. 36. ubi quod vulgo falso accentuatum reperitur γραμματίον, a nobis vero γραμμάτιον scriptum, in Cod. W. γραμματεῖον legitur. Sic et in Toxar. capp. 13. 14. et 16. eaedem *literae amatoriae*, (billets doux) quae De Merc. Cond. l. l. significantur, γραμμάτια vocantur in Edd. vett., sed e Mss. P. et L. in primo et tertio loco *Reitzius* magna cum inconstantia et imprudentia edidit γραμματεῖα, in medio vero γραμμάτια, neque recentt. dedignati sunt sequi. Porro Diall. Merett. X, 2. et Rhet. Praec. c. 23. de eadem re vulgatum γραμμάτιον, non variantibus libris. Sed in Demonact. Vit. cap. 17. ubi *tabula inscripta ac publicata* indicatur, Codex quidem 3011. γραμματεῖον exhibet, reliqui vero libri omnes rectius edunt γραμμάτιον. Etenim vi sua propria ita differunt γραμματεῖον et γραμμάτιον, ut illud, *Suida* interprete, denotet τὸ συμβόλαιον, i. e. *libellum judicialem*, vel *publicum quemcunque* (vid. De Mort. Peregr. c. 16.) hoc vero τὸ μικρὸν γράμμα, *scriptiunculam quamcunque*; v. g. *epistolam amatoriam*, ut fere apud nostrum scriptorem (cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 486.) vel *schedulam literis nominibusve quibusdam inscriptam*, ut h. l. Quid de loco Demosth. Encom. c. 23. sq. statuendum sit, suo tempore videbimus. Nam et ibi pro vulgato γραμματεῖον in Ed. Fl. legitur γραμματίον. Lehm.

Ead. l. 6. Ἀμφιθαλῆ) Patrimum, ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντα, καὶ μηθενὸς ὠρφανισμένον. Sic hanc vocem, ex interprete *Aristophan.* ad Aves, interpretantur *Scal.* ad *Catull. Marcil.* ad *Horat.* Morem tangunt interpretes *Theocriti*, *Eustath.* ad *Homer.* Bourd. Commode citat *Belinus* locum *Tibull.* Eleg. I, 3, 9. sqq.

Delia non usquam: quae me quam mitteret urbe,
  Dicitur ante omnes consuluisse deos.
Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi
  Retulit e triviis omina certa puer.

Et recte idem monet sortes illas Romanis dictas fuisse *Praenestinas*. Vid. *Cic.* de Divin. II, 41. Lehm.

Ead. l. 10. Καὶ οὐ κατὰ σὲ) *Ac te indigna.* Brod.

Pag. 81. l. 5. Τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι) *Obsopoeus*, *cui sub initium bono et digno incideris.* *Benedictus*, *in*

quod bonum et dignum incideris, perperam omittens, quod omitti non debet τῷ πρώτῳ; tum neuter ostendit vim vocis ἀξίῳ, cui pater adscripsit εὐώνῳ. Sed et mox perperam iidem κοτύλην verterunt *sextarium* vel *sestarium*, cnm deberent *heminam*, ut adnotavit idem. Gron.

Pag. 82. l. 1. *Εἶ*) Cod. W. recte εἶ, quod in reliquis omissum, sensum perturbat. Solan.

Ead. l. 2. *Ὤνησάς γε*) *Gratum mihi fecisti.* Brod. Recte *Brodaeus*; modo pro *gratum* scripsisset, *utile*, *commodum.* Contra J. *Seagerus*, qui Class. Journ. Vol. XIII. p. 75. οὐδὲν addi vult, longe aberravit a vero sensu. Quodsi enim sic mentem Lycini cepit: *nihil tibi profuisti*, turpiter confudit ὀνάναι et ὄνασθαι. Quem errorem vitasset, opinor, si additum in textu fuisset Objectum με, quod tamen, cave, ne adjiciendum putes. Ὤνησας enim, vel Objecto non addito, formula est solennis, quae facile Objectum externum intelligi patiatur. Sic Diall. Deor. XXVI, 1. Apollo ad Mercurium: Ὤνησας, δείξας τὰ γνωρίσματα, *bene meruisti*, (de me) *monstratis signis.* Lehm.

Ead. l. 9. *Εἰ μὴ ἄρα*) Duas illas voces ex conjectura supplevimus, quas et sensus postulat, et vox εἴη, ut omitteret, librario oscitanti ansam dedit. Solan. Ἄρα scilicet in hac structura minime ferri potest. Sed ut omnino felicissime verba *Solanus* emendavit, ita tamen vellem εἴη statuisset illud ipsum esse, quod *Lucianus* scripserit, εἰ μὴ, neque vero εἴη tantummodo ansam dedisse, ut εἰ μὴ adderetur. Pro εἴη itaque confidenter edidi εἰ μὴ, praesertim quum verbum Substantivum h. l. magis sit supervacaneum, quam necessarium. Cf. similem locum Char. c. 11. *Καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ, ὅ, τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόςεστιν, εἰ μὴ ἄρα ἓν τοῦτο μόνον, ὅτι* etc. Lehm.

Ead. l. 10. *Ὥςπερ οἱ κάπηλοι*) Conf. *L. Bos* (bene monente cl. *Hemsterh.*) ad Ep. 2. ad *Corinth.* p. 154. ubi καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ explicat ex *Aeschyl.* 7. Theb. καπηλεύειν μάχην, quod *Ennius cauponari bellum* dixit, i. e. cum dolo bellum gerere, et auro magis, quam ferro ac virtute. Peculiariter de philosophis veteribus dicunt Graeci scriptores καπηλεύειν σοφίαν, μαθήματα, de malis et Sophistis, qui sapientiam et disciplinas quaestui habebant, et falsa pro veris docebant, bonis mala miscebant, haud aliter ac caupones, qui vinum aqua mixtum vendunt, vel qui dolose metiuntur; eaque pluribus exemplis firmata videantur ibidem. Hinc καπηλικὸς pro fraudulento apud *Aristophan.* aliosque. Olim vero in partem non ita malam valebat, quin significaret omnem lucrandi modum, id praecipue mercaturae genus,

quod per nummos fit, opponiturque priscae mercium permutationi: quare *καπηλικὴ τέχνη* et *καπηλικὸν* recte vertitur *nummularia* ap. *Aristot.* I. Polit. cap. 9. ubi bis ter occurrens hoc verbum, nec non capitt. sqq. videri potest. Reitz.

Ibid. *Κερασάμενοί γε*) *Aquam immiscentes.* Brod. In venditione vini triplicem fere fraudem cauponum notant veteres: quod illud diluant, mangonizent, et falsa mensura vendant. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 244. Solan.

Pag. 83. l. 3. *Ἆρα ταὐτὰ*) *Ἆρα ταῦτα* Edd. Lege *ταὐτά.* Guyet. Rogat Hermotimum Lucianus, *ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἆρα ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι. πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε. ἢ οὐκ ἂν εἰκὸς ἔτι παρέμενες αὐτῷ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα περινοστῶν, καὶ περιπλανώμενος, εἰ τὰ αὐτὰ ἔλεγεν, ἀλλ᾽ ἀπέχρη ἄν σοι καὶ ἅπαξ ἀκούσαντι;* Vertitur, *Praeceptor tuus num haec quotidie dicit vobis, et de iisdem verba facit, an vero alias alia proponit? multa enim sunt, ut patet, amice. An non vero etiamnum, ut par est, apud ipsum instar Ulyssis circumeundo, et oberrando perduras, si eadem loquitur, vel tibi satis est aliquid semel inaudivisse?* Sed nihil certius juxta et manifestius, quam pro vulgato *ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι*, legendum *ταὐτὰ π. ὑ. λ. ὁ.* Patet ex re ipsa, et sequentibus. Duo rogat, utrum magister eadem semper, an identidem alia proponat. Respondebat ipse, illud esse *πρόδηλον*· scilicet alia identidem proponi, cum multa sint excutienda, et discipuli propterea longum tempus debeant adhaerere praeceptori: nam si eadem semper proponerentur, sufficeret vel semel audivisse. Res per se plana est. Immo jam video non aliter haberi in editione Flor. Jens. Secuti sumus L. et Cod. Fl. quem *Jensius* inspexit, qui, ut id obiter moneam, differt hic a Fl. qui Oxoniae in Bibliotheca *Bodlejana* asservatur. In Oxoniensi enim illo manifeste *ταῦτα*, ut et in reliqq. edd. legitur. Solan.

Ead. l. 4. *Πολλὰ γάρ ἐστι* etc.] Haec verba sic mutanda censuit *Schmiederus:* — — *πολλὰ γάρ ἐστι. ΕΡΜ. Πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε. ΛΥΚ. Ἦ οὐκ ἂν* etc. At, si mutanda haec vere sint, nescio, quidni potius sic videantur: *ΕΡΜ. πολλὰ γάρ ἐστι. ΛΥΚ. Πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε· ἢ οὐκ ἂν* etc. Nam, si quid omnino recte sentio, compellatio, *ὦ ἑταῖρε*, nunc omnium minime in Hermotimum, valide ab amico adversario ad incitas redactum, cadere poterat. Verum, ut statim rem ipsam tangam, nihil prorsus in hac sermonis forma mutandum est. Ipse Lycinus sibi h. l. nomine Hermotimi respondet, persuasissimum habens, neque illum aliter respondere posse. Hermotimus autem, quum deinde ad eandem

quaestionem eodem modo respondeat, non poterat, credo, idem de eadem re bis declarare. Dissectus Lycini sermo mihi quidem idem depravatus videbitur. Neque *Jacobsii* sententiam omnino probo, qui voci *πολλὰ* praemitti vult *ὅτι*, ut arctius sit hujus enuntiationis cum *πρόδηλον* vinculum. Nam abruptae, vel potius, separatae enuntiationes: *πολλὰ γάρ ἐστι, πρόδηλον*, (int. *τοῦτό ἐστιν*,) *ὦ ἑταῖρε*, magis mihi in hujus vividioris loci ingenium convenire videntur, quam arctissime connexae. Lehm.

Ead. l. 5. *Εἴκοσιν ἔτη*) In omnibus antea legebatur *εἰκὸς ἔτι*, nec quisquam praeter *Vorstium* exstitit, qui corruptum locum pronuntiaret. Is autem margini sui Codicis pro *εἰκὸς* adscripserat *εἰκῇ*. Sed ne sic quidem sanabatur. Ego vero, qui meminissem Hermotimum XX annos perpetuos magistro Stoico operam dedisse, (c. 2. et 77.) eundem etiam numerum annorum ex Ulyssis, cui comparatur, *militia et erroribus* colligi non ignorans, meam emendationem in textum recipere minime dubitavi; praesertim cum levissima interpolatione Codicum scripturam repraesentet. Utinam eadem facilitate reliqua apud hunc corrupta sic liquido restituere daretur! Verum non semper sic patet ad emendationem via. Cui enim hic in mentem XX illi anni venissent, nisi alibi in eodem libello de iis legisset? Non semper itaque inertiae Enarratorum, Editorumve imputandum est, quod corrupta apud veteres scriptores verba edantur. Suut enim absque Codicum ope quaedam insanabilia. Tum demum merito culpandi sunt, cum prava et corrupta pro sanis et tradunt et enarrant. Solan. *Εἰκὸς ἔτι*) *Εἴκοσιν ἔτη Solanus* jussit reponi, pro absurda scilicet vulgata; ex c. 2. et 77. hujus Dial. Cui parere vix dubitarem, quia emendatio est adeo manifesta, et mutatio adeo exigua. Verum quia neque ullo Codice, neque Editione est suffulta, et *Gesneri* versio sensum ex vulgata elicit satis planum, non ausim ipsum contextum mutare, etsi *Solani* emendationem valde probo. Reitz. Scita quidem est versio *Gesneri*, sed necessitate expressa, ita scilicet comparata, quasi in textu legatur: *ἦ οὐκ ἂν εἰκὸς ἦν παραμεῖναί σε αὐτῷ* etc. Neque adeo haec nobis norma esse potest textus constituendi. Ergo quam egregiam *Solani* emendationem probarunt *Reitzius* et *Schmiederus*, eam nec haesitantes iidem recipere debebant. Quod equidem nunc tanto lubentius feci, quum etiam *Belinus* et *Wielandius* illam *Solani* lectionem in interpretationibus suis secuti sint. Sic illud *κατὰ τὸν Ὀδυσσέα*, quod alias nescio an nimis vagum foret, certam accipit ac destinatam vim, salsamque simul viceunii

illius philosophici, ab Hermotimo jam consumti, notationem. Lehm.

Ead. l. 6. *Περινοστῶν*) Vid. *Demon.* p. 598, 2. Solan.

Ead. l. 9. *Ἀπὸ τοῦ πρώτου γεύματος*) Pro *ἐκ τοῦ πρ. γ.* quod frustra negasse alios in verbis Epist. ad *Rom.* I, 20. *ἀπὸ κτίσεως κόσμου*, ubi *ἐκ* dicendum fuisse volunt, satis multis probat *Jac. Elsner.* ad Novi foederis libros T. 2. pag. 6., quem ideo saepius ad partes voco, quia et is *Lucianum* plurimum ad partes vocat. Reitz.

Ead. l. 12. *Ὥςτε*) Scribo *ὥςτε μηδὲν, ὦ — κἂν ἄλλως.* Vorst. Et hic locus corruptus; sed medicinam ei ego facere non possum. Alii viderint. Solan.

Ead. l. 13. *Μεθύων περιήεις*) Acute. Alias ebrii fiunt, qui totum ebibunt; tu nisi totam ad fundum philosophiam exhauseris, ut ebrius oberrabis. Gesn. Recte *Gesnerus* auctoris mentem et cepit et reddidit. Neque adeo justae sunt *Vorstii* et *Solani* suspiciones. Unum forte *κἂν*, quod pro *καὶ* conjecit *Vorstius*, probabit, si quis strictae legi inhaereat. Verum in promtu sunt particulae *ἂν* etiam in Indicativis omissae exempla. Supra c. 39. *ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἦν καὶ οὕτως, ὅστις, ὁ τὰ τοῦ θεοῦ ὑφῃρημένος.* Prom. s. Cauc. c. 18. *ὅπου γε, εἰ καὶ τὸ πᾶν τοῦτο πῦρ ὑφελόμενος κατεκόμισα εἰς τὴν γῆν, μηδ᾽ ὅλως τι αὐτοῦ καταλιπὼν, οὐ μέγα ὑμᾶς ἠδίκουν. Ἄλλως* autem *περιϊέναι* maxime convenit in ebrium, temere, huc illuc oberrantem, nec pedibus, nec oculis, nec consiliis rationibusque bene fixis. Vid. ad Piscat. c. 20. Lehm.

Ibid. *Ἐν τῷ πυθμένι*) Ex *Hesiod.* Bourd.

Pag. 84. l. 5. *Ὥςπερ φασὶν ἐν Δελφοῖς*) Dico ad *Paus.* Bourd.

Ibid. *Ἐν Δελφοῖς*) Delphos tellus a principio vaticinari solita fuit, quae paullo post Daphnem constituit, a qua Themis eandem facultatem adepta est, a Themide autem Apollo dono accepit: qua de re *Pausan.* in Phocicis. Cogn.

Ibid. *Τοῦ ἱεροῦ νάματος*) *Fontis Cresphontis.* Brod.

Ead. l. 8. *Τῷδε*) N. L. Solan.

Ead. l. 12. *Καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων* etc.) *καὶ ἄλλα ποικίλα, πρόςει δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων* etc. *Et alia omnimoda. Accedis vero tu emere volens.* Marcil. Hermotimus, quo probaret, sufficere, si quis unam sectam experiretur, ad judicandum de caeteris omnibus, usus fuerat similitudine ementis vinum, qui si unum pocillum biberit, judicare possit de toto illo dolio, unde haustus ille pocilli esset depromtus. Atqui negat Lucianus rem hanc ita

sese habere, cum non sicut in uno dolio vinum sibi per totum dolium simile est, ita omnes sectae inter se sint ejusdem generis. Quo autem clarius id ostendat, *Age*, inquit, ὁ μὲν γὰρ πίθος ἔτι μενέτω σοι, καὶ ὁ κάπηλος, ἐνέστω δὲ μὴ οἶνος, ἀλλὰ πανσπερμία τις πυρὸς ὑπὲρ ἄνω. καὶ μετὰ τοῦτο, κύαμοι. εἶτα κριθαί. καὶ ὑπὸ ταύταις, φακοί. εἶτα ἐρέβινθοι, καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, οὗπερ ἦν, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς ἴδοις, ἆρα οὖν ἔχοις ἂν εἰπεῖν εἰς ἐκεῖνο ἀποβλέπων, εἰ καὶ οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ, καὶ οἱ φακοὶ εὐτακεῖς etc. *Dolium quidem et caupo retineantur, atque insit non vinum, sed seminum omnis generis mixtio; triticum desuper, postea fabae, dein hordeum, et sub his lentes, mox cicer, praeter varia alia semina. Jam si tu semina emere velis, et institor, accepto tritico, tibi specimen inspiciendum in manus indiderit: possesne tu, illud intuitus, dicere an cicer mundum, an lentes maceratu faciles* etc. *Marcilius* hic legit, καὶ ἄλλα ποικίλα. πρὸς εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων. Puto eum voluisse πρόςει. *Tu vero adeas, accedas, emere volens.* Sed nulla emendatione opus. Satis sana est et structura, et sententia; praesertim si sequentia consideres. Quod autem Noster ait, καὶ ἄλλα ποικίλα πρὸς, id recte interpres, *praeterea varia alia*, semina scilicet. Ita enim πρὸς simpliciter pro *insuper* in extremo periodi fine ponitur. *Demosthenes* I. contra Philippum, Τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. *Aeschylus* in Prometheo v. 73.

Ἦ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε πρός.

Persequitur hoc argumentum Lucianus, aitque, philosophiam quoque non posse ab uno, quod quis primum dixerit, cognosci, quemadmodum universa sit. Neque enim eam unum quid esse, sicuti vinum quocum eam compararat Hermotimus, eandem specimini similem esse ratus. Τὸ δὲ, pergit, ἑτεροῖόν τι ὤφθη, οὐ παρέργου τῆς ἐξετάσεως δεόμενον. οἶνον μὲν γὰρ φαῦλον πρίασθαι, ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ὁ κίνδυνος. αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. Subobscura haec: neque enim oratio illa infinita (αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι) pendet ab sequentibus, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, cum haec verba seorsum sint consideranda, et separatum sensum habeant: nimium tamen illa separavit interpres; quippe qui ea plane omisit. At si bene attendatur, apparet, omnem orationem pendere ab ὤφθη. Sic itaque interpretor: *Hoc vero alius esse naturae apparuit, neque perfunctoriam disquisitionem exigere: nam vinum quidem emisse vitiosum, duorum obolorum esse jacturam*, (κονδύλην tantum intelligit, ut patet ex

seqq.) *aliquem vero ipsum in faece plebis perire, ut tute ipse initio dixisti*, (p. 530. E. adde p. 549.) *non parvum esse malum*, scilicet ὤφθη. Quin et verba illa οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν sunt tanquam nominativus posita, referenda itidem ad ὤφθη· ut sit, αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ ἀπολεῖσθαι, οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν ὤφθη, *aliquem vero ipsum in faece plebis perire, non exiguum malum visum est.* Jens. Καὶ ἄλλα ποικίλα πρὸς) Ita *Noster* supra Catapl. c. 8. Ubi etiam duo alia similia dedit *Solanus.* Reitz. Non dubius est iste Praepositionis usus, et h. l. paene necessario tale quid requirebatur, ubi praecesserant ὑπεράνω, μετὰ τοῦτο, εἶτα, ὑπὸ ταύταις, et rursus εἶτα. In qua autem maxime offendisse puto *Marcilium*, structurae verborum: εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐ θ έ λ ω ν τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν — ἀνέδωκέ σοι etc. insolentia, neque haec exemplis apud Nostrum quidem caret. Simillimum est Pro Merc. Cond. c. 9. δέδοικα μὴ — προςλαβὼν, κᾆτα εὑρίσκωμαι, ubi vid. Adnot. Ergo gratus quidem fuit casus, sed nil nisi casus isque temerarius, quod Codex 2954. *Marcilii* (non *Jensii*, ut scribit *Belinus*) conjecturam: καὶ ἄλλα ποικίλα. Πρόςει δὴ σὺ etc. confirmare quodammodo visus est. Neque adeo *Schmiederus* hanc violentam textus mutationem arripere debebat. Lehm.

Ead. l. 13. *Πρὸς*) Sic Graeci solent. *Demosth.* 116. C. et *Noster* Catapl. c. 8. Solan.

Ead. l. 14. *Ἀφελὼν*) Ὁ κάπηλος. Guyet.

Pag. 85. l. 2. *Εὐτακεῖς*) *Facile macerantur.* *Οὐ διάκενοι, inanes non sunt.* Brod.

Ead. l. 5. *Ἀφ' ἑνὸς*) Vid. supra Pro Merc. Cond. c. 11. ubi id illustravimus. Sic quoque infra occurrit Conviv. c. vel §. 32. ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἐννόμως φιλοσοφοῦντος — μετρεῖτε τὸν Κλεάνθην etc. Solan.

Ead. l. 6. *Τοῦ πρώτου*) Intellige γεύματος. Brod.

Ibid. *Μάθοι*) Legendum μάθοις, et ita interpretati jam sunt viri docti. Gesn. *Μάθοι ἂν* etiam legi in Flor. Edit. notat *Solanus.* Sed quid tum? Legitur et in caeteris. Nec quisquam dubitet, quin μάθοιο vel μάθοις invenire optaverit. Quod si alicubi invenissem, sine haesitatione recepissem. Reitz. B. 3. vere edidit μάθοις, et hinc nisi fallor, *Seyb.* Non dubito sequi, licet etiam μάθοι ἂν (int. τὶς ex antecc.) quodammodo, quamquam aegre, defendi posse videatur. Lehm.

Ibid. *Ὁποῖά ἐστιν*) Indicativus ille, pro quo Latini aliique populi amant subjunctivum, adeo est frequens et usitatus Graecis, ut puderet quidquam de eo monere, nisi scirem,

eundem nonnullis tamen interdum suspectum fuisse. Quare, si cui exempla non succurrunt, videat *Jensii* Lectt. Lucian. a p. 27. ad 35. et quos frater *G. O. Reitzius* adducit in Belg. Graec. p. 385. Quibus tantum addo *Ael.* V. H. 2, 36. ἠρώτησε, πῶς ἔχει, ubi tamen facile suspiceris, ἔχοι legendum, quia cap. proximo dixerat, ἤρετο, τί πράττοι. Sed nihil opus est. Conf. mox c. 63. οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις; et *Nostrum* infra c. 81. f. καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν, τί ταῦτα ληρεῖ. Et sexcenties alibi. REITZ.

Ead. l. 10. Ἐν δυοῖν) Dubitavi aliquamdiu, num sic, aut ἑνὸς ἢ δ. legendum esset; sed video et *Isocratem* sic ferme locutum, p. m. 85, 1. ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας ὥςπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν· et *Demosth.* 148, 1. ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν. SOLAN.

Ead. l. 11. Ὡς καὶ αὐτὸς — ἔφησθα) Vel ita dedisse videtur *Lucianus*, σὺ καὶ αὐτὸς ἔφησθα οὐ μικρὸν εἶναι κακόν· vel ita, ὡς κ. α. ἔ. οὐ μ. ἐστι κακόν. Illud enim ὤφθη huc revocare, cum alia jam constructio intercesserit, videbatur duriusculum. GESN. Non dubitavi, cum *Solano* illud ὡς, quod Edd. habebant, praeeunte Cod. P. ejicere; nam sic sensus fit planus: si enim ὡς retineas: illud sequens εἶναι in ἔσται vel ἐστὶ mutandum foret, ut nexum indaganti patebit. Ceterum ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι οὐ μικρὸν κακὸν, habuimus etiam supra c. 2. REITZ. Retinuisse tamen ὡς deprehenditur *Reitzius*. Sed *Schmiederus* recte omisit, Codicem P. secutus. Pro εἶναι *Seagerus* Vol. XIII, pag. 73. mallet εἴη ἄν, servata tum particula ὡς. Sed prior ratio haud dubie praestat. LEHM.

Ibid. Ἐν ἀρχῇ) *In hujus Dialogi initio.* BROD.

Pag. 86. l. 4. Κατὰ τὴν παροιμίαν) Sic illa, ἄλλην μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἡ δὲ ἐπιῤῥέει· consule paroemiographos. In Anglic. Cod. dramata paginae 315. omnino corrupta. BOURD.

Ead. l. 5. Ὁ τῶν Δαναΐδῶν πίθος) *Erasmus* in proverbio, *Danaïdum dolium.* BROD. Δαναΐδῶν) Apud alios scribitur alio accentu, Δαναΐδων. In *Par.* erat vitiose Δαναΐδῶν duplici accentu. At nos scripturam Edd. *J. Ald. B.* 2. et *S.* etc. expressimus, quae circumflexum agnoscunt, recte quidem, si ab recto Δαναΐδης formetur; quod tum communis generis credendum: id quod tamen vix mihi persuadeo; sed rectius cum *Suida* Δαναΐδων scribendum existimo a nominativo Δαναῒς, ut ἐλπὶς, ἐλπίδων, λαμπὰς, λαμπάδων. Interim constantem vett. Edd. lectionem expressisse mihi fraudi non erit. REITZ. Graviter tamen propterea in *Reitzum* animadvertit Censor ejus in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. pag. 257.,

tam manifesta peccata affirmans vel tacite editori esse corrigenda. Correxit itaque *Schmiederus.* Cf. Timon. c. 18. ibique *Hemsterh.* Tom. I. p. 410. Lehm.

Ead. l. 12. Ἀκαριαῖον) Confer supra c. 6. fin. Et infra Qu. Hist. Conscr. c. 7. Solan.

Ibid. Ἀποξύσας) Vid. Dial. omnium primum c. 2. ait *Solanus.* At cum ibi legatur ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, nihil aliud credo, indicare voluit, quam ἀποξέω et ἀποξύω utrovis modo dici. Reitz.

Pag. 87. l. 1. Ἀποθάνοιο) Ferri sic potest; sed *Lucianus,* ni fallor, scripserat, ἀποθάνοι ὁ προσενεγκάμενος. Solan. De hoc *Solani* judicio satis certo equidem judicare non possum, quippe dubius, ubinam tandem offenderit, utrum in persona secunda, an in Media forma. Nam illa quidem ferri facile potest, non solum per se, de quo nemo dubitet, sed nunc quoque, ubi tertia persona τις praecessit. Nam non desunt exempla transeuntis orationis in universali sententia a voce τὶς ad secundam personam, ut supra c. 23. in Lycini verbis, et vice versa a secunda persona ad vocem τὶς cap. 4. ubi Lycinus: εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε — εἰ καὶ μὴ — βαδίζοι τις etc. De Plurali vocem τὶς sequente egit *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 240. et exempla e *Xenophontis* scriptis collecta habet *Sturz.* Lex. Xenoph. Tom. IV. p. 298. §. 17. Non autem ferri potest Media haec Optativi forma, quum verbi θνήσκειν et ἀποθνήσκειν Optativus Aoristi semper sonet ἀποθάνοιμι, nunquam, quod sciam, ἀποθανοίμην. Hanc igitur ob caussam corrigenda sane erat vox vulgata, minime vero sic, ut conjecit *Solanus,* quamquam haec ratio simplex et facilis esse videatur. Nam articulus ὁ hoc quidem loco longe alienissimus est. Corrigendum potius ἀποθάνοις, in quo haud scio, an veram *Luciani* manum agnoveris. Lehm.

Ead. l. 6. Ἐν ἀρχῇ) Vid. supra hoc Dial. c. 1. Solan.

Ibid. Ὁ μὲν βίος βραχὺς) Virgil. X. Aen.

— breve et irreparabile tempus
Omnibus est vitae. —

Horat. Od. 4. L. I. *Juvenal.* Sat. 9. Cogn.

Pag. 88. l. 1. Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;) Doct. *Abresch.* legit δρᾶσον, in animadv. ad *Aeschyl.* T. I. p. 510. ut sit per hyperbaton, pro δρᾶσον οὖν, ὃ οἶσθα, ut in Tox. c. 62. ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσομεν. Et ex *Eurip.* Iph. Taur. 1203. οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω, aliisque id probat; nec displicet, quia interrogatio hic in *Luciano* minus apta. Reitz. Reclamat locus Diall. Mortt. XIII, 6. ubi vide, quae adnotata sunt. Tom. II. p. 574. Lehm.

Ead. l. 7. *Καὶ μὴ εὖ εἰδέναι*) *Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι.* Marcil. *Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ* etc.) Hermotimus denique vix quidquam amplius dicere habens, quo Lucianum male de experiundis sectis omnibus disserentem coarguat, pueriliter ait, eum id prae invidia facere, videntem, quantos jam in disciplinis philosophicis progressus fecerit Hermotimus. *At tu,* respondet, *nil morare me, tanquam insanientem, tuque iter tuum confice, et, quod videatur, agito.* Ἀλλ' οὐκ ἐᾷς, subjicit Hermotimus, *σὺ βίαιος ὢν αἱρεῖσθαί τι, ἢν μὴ πειραθῶ ἁπάντων, At tu, violente, non sinis me quidpiam eligere, nisi cum per omnia iverim.* Lucianus: *Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλο εἴποιμι.* Culpatur *Benedictus*, quod haec ultima non bene verterit, *Atqui me nunquam aliud dicturum, probe scias oportet.* Quidni bene *Benedictus* verterit, non video. Ait Hermotimus, *At tu, qui violentus es, non sinis quidpiam arripere, nisi ubi omnia perquisierim.* Respondet ille: *Atqui probe scias oportet, me nunquam aliud dicturum,* me nunquam aliam de hac re sententiam laturum. Belgice magis convenienter Graeca haec efferri possint, *la gy moet weten, dat ik noit anders sou seggen.* Sic c. 75. *Οὐκ ἂν ἑκόντες εἴποιεν* etc. *Non ultro id dicerent.* c. 77. *Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, Neque enim id recte dicas, diceres, dixeris.* Sed statim non bene *Benedictus* haec tractavit (*ἔστ' ἂν μὴ ἕτερός σοι λόγος συμμαχήσας, ἀφέληται τῆς βίας, ἤδη ἀγόμενον*) vertens, *Nisi dum altera pro te faciens oratio, quod jam illatum est, auferat a violentia;* cum debuerit, *Donec nulla alia oratio tibi succurrens, ex vi te, qui jam raperis,* duceris, *eripiat,* vindicet. Jens.

Ibid. *Ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλο εἴποιμι*) *Obsopoeus, ut ne quid interim dicam aliud. Benedictus, me nunquam aliud dicturum.* Immo, ut recte notavit pater, *ut ne quid dicam a ratione alienum.* Gron.

Ead. l. 8. *Ἀναίτιον — αἰτιᾶσθαι*) *Homer.* Il. N. Brod. *Homer.* Il. *Δ*, 653. Solan.

Ibid. *Δοκεῖς μοι — αὐτὸν — ἀγόμενον*) An sic scribendum et distinguendum? *δοκεῖς μ. κ. τ. π. αἰτιᾶσθαι, αὐτὸς ἔστ' ἂν μὴ ἕτερος σ. λ. σ. α. τ. βίας, ἤδη ἀγόμενος.* Nam violentiae certe crimini ipse, donec altera auxiliatrix oratio te liberet, obnoxius eris. Guyet.

Ead. l. 9. *Αὐτὸν*) Salebrosus hic locus; nec, quid decernam, in promtu est. Aut dormitabat, cum haec scriberet *Lucianus,* aut oscitabant, qui descripserunt, librarii. Ut enim verba nunc leguntur, ex illo *αὐτὸν* nemo, credo, sensum eliciet commodum. Aliter autem a *Luciano* scriptum fuisse, tum ex absurditate verborum constat, tum etiam ex

litura, quae in M. apparet, cuique hodierna scriptura a recentiore manu inscripta est. SOLAN. *Αἰτιᾶσθαι αὕτως* corrigit *Th. M.* Et marg. *B.* 2. REITZ. Spero, qui interpretationem nostram hic cum Graecis contulerit, illum nihil absurdi amplius in iis deprehensurum. Sed clariora erunt Graeca, si primo observes, *αὐτὸν* jungendum cum *ἀγόμενον*, deinde, si post *αἰτιᾶσθαι* incidas: Latina autem illustriora erunt, si in verbis, *a vi ME liberet*, Me illud vel omittas simpliciter, vel in *illum* mutes. Nam de se quidem loquitur, quo respectu *me* mihi in mentem venit, sed loquitur in tertia persona. GESN. Haec quidem rectissime habent. Quod autem idem *Gesnerus* in versione ita interpretatur: *donec alia ratio tibi succenturiata a vi me liberet*, mentem Luciani pervertit manifesto. Nam ratio illa non Hermotimo, sed ipsi Luciano, dici debebat succenturiata. Unde *Wielandius* pro *σοι* legi voluit *μοι*, sensum quidem rectum, judicium vero minus subactum, secutus. Neque enim ullo modo verba vulgata mutanda sunt. Imo vero *σοι* unice tenendum, modo ne cum *συμμαχήσας* conjungas, sed cum sequentibus *ἀφέληται τῆς βίας*. Dativum autem cape pro Genitivo, ita, ut cogites *τῆς βίας σου*, et omnem jam sententiam sic redde: *donec alia ratio, mecum faciens, a tua vi me liberet.* Eadem prope ratione dictum *πᾶσαν ἀποκέκλεικέ μοι* (non *μου*, sicut in C.) *τὴν θάλατταν*. Quod autem pro *αὐτὸν* *Wielandius* scribendum censet *αὑτὸν*, non perspexit vim vocis *αὐτὸν*, quam *Gesnerus* bene reddidit: *qui ipse — auferatur.* Tantum abest, hoc vult Lycinus, ut vim tibi inferam, ut ipse contra a te vim patiar, a qua per aliam rationem jam necesse est me liberem. LEHM.

Ead. l. 14. *Αὐτῷ*) *Τῷ λόγῳ* sc. GUYET.

Pag. 89. l. 6. *Τῷ τοιούτῳ*) *Τῷ κριτικῷ.* GUYET.

Ibid. *Καὶ προθέμενον*) Supplendum *τὸ δεῖ*. GUYET. Fatue *Benedictus* et inde haec editio, *omnibusque in medio positis eligendum eum, qui differt et cunctatur.* Recte *Obsopoeus*, *omnibus in medium propositis eligere oportere cunctantem et tardantem* etc. GRON. *Καὶ προθέμενον ἅπαντα εἰς μέσον αἱρεῖσθαι διαμέλλοντα, καὶ βραδύνοντα, πολλάκις ἐπισκοποῦντα.* Interpres: *omnibusque in medio positis eligendum eum, qui differt et cunctatur, saepe contemplando.* Sed *Lucianum* non assecutus est. Illud, ut puto, voluit *Lucianus*: *Omnibus in medio positis, oportet eligere immorantem, et cunctantem, saepe considerantem.* Vult enim, non temerariam et inconsideratam debere fieri istiusmodi *αἵρεσιν*. VITRING.

Ead. l. 9. *Τοὺς Ἀρεοπαγίτας*) Areopagitae in tenebris judicabant. GUYET.

Ead. l. 14. Ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν) Ubi Lucianus dixisset, Hermotimum suum tum denique certo et liquido philosophari posse, ubi omnia diligenter examinarit, nulla neque aetatis, neque speciei, neque existimationis dicentis ratione habita; respondet Hermotimus, *Μετὰ τὸν βίον φῄς· ἐκ γὰρ τούτων, οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἂν ὡς ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν, καὶ ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπιδεῖν, καὶ ἐπιδόντα κρίνειν (κρῖναι), καὶ κρίναντα ἑλέσθαι, καὶ ἑλόμενον φιλοσοφῆσαι. Post vitam dicis. Ex his enim sequitur, nullius hominis vitam satis longam esse, ut omnia perlustret, et accurate singula perspiciat, perspectaque judicet, judicata eligat, delectuque habito philosophetur.* Saepe supra et infra in hoc libello utitur auctor formula illa loquendi, *per omnes ire*, sectas scilicet, perquirere, perlustrare, excutere; idque Graece per ἐπὶ πάντα, vel πάντας, ἐλθεῖν· in hoc tamen loco mirifice mutat, si modo ipse mutationis sit auctor. Certe pag. seq. κἂν ἐφ᾽ ἅπαντας ἔλθωμεν πειρώμενοι, *etiamsi per omnes iverimus, experimentum capientes.* Cap. 68. δεήσει τοίνυν σε, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ᾽ οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν, *oportebit igitur te, si Stoicorum optimum cogniturus sis, si non per omnes, per plurimos saltem istorum ire.* Supra c. 45. ἐπὶ πάντας ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα· c. 42. δεήσει ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν· c. 41. ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς. Jens. *Πάντα*) Emendationem *Jensii* secutus essem πάντας legentis pro πάντων, quod in omnibus impressis legitur, nisi in M. et L. πάντα invenissem, quod verius puto. Vid. tamen c. 41. ubi itidem ἐπὶ πάντων sine ἐλθεῖν. Solan. Sed quoniam ibi sine ἐλθεῖν, nihil huc facit illud ἐπὶ πάντων. Legendum aut ἐπὶ πάντας, aut, ab Codicum assensum, potius ἐπὶ πάντα, i. e. τὰ λεγόμενα. Lehm.

Ead. l. 15. Ἀκριβῶς ἐπὶ δεῖν) Restituo ἐπιδεῖν. Brod.

Pag. 90. l. 1. *Γὰρ*) Ita, uti conjeceram, M. P. et L. pro καὶ, quod in aliis omnibus erat. Solan.

Ead. l. 4. Ἔτι μοι δοκοῦμεν) *Παρέλκον* illud μοι. Guyet. Imo haec observatio παρέλκει. Lehm.

Ead. l. 6. Οἱ ἁλιεύοντες) Videtur ad fabul. *Aesop.* alludere. Vorst.

Ead. l. 13. Οὐκοῦν πειρῶ διεκδῦναι) Hoc *Obsopoeus* verterat, *proinde ego te rursum extricare conabor.* Longe aliter *Benedictus: Ergo da operam, ut effugias.* Utrumque verba haec significare possunt, si sola spectentur; verum nexus sequentium satis ostendit, posteriore modo accipienda esse. Reitz. Medium est πειρῶ· de Activo ne cogitari quidem potest, nisi ab eo, qui discrimen inter πειρᾶν et πειρᾶσθαι,

quod diligenter observavit scriptor noster, plane ignoret. Cf. πειρῶ ἀληθεύειν supra c. 36. Lehm.

Ibid. Σὺν θεῷ) Verba haec σὺν θεῷ γὰρ οἶσθα νεῖν, *Obsopoeus* reddiderat, *neque enim mihi dubium est, peritia natandi te praecellere.* Melius *Benedict. juvante enim Deo natare scis.* Posterius verum esse, si probatione indiget, adi *Aristophan.* Plut. 114. Et *Kusterum,* idem ex *Eurip* adstruentem. Reitz.

Pag. 91. l. 12. Ὁ δὲ πέντε) M. et *Fl.* Ed. haec verba habent, quae in reliquis non reperiuntur. Solan.

Pag. 93. l. 10. Ἰδιώτην τινὰ βίον) *Jens.* aliud agens in Lectt. Luc. p. 90. fatetur quidem, *Benedictum* non plane aberrasse, qui *privatam vitam* verterit; tamen non intellexisse veram vim, cum significet vitam *rudem, indoctam, impolitam, incultam:* aliaque exempla adfert, ubi ἰδιώτης exponatur per ἄμουσος. Et adpositionem illam duorum substantivorum pluribus illustrat, ut στρατιώτης βίος, τέχνη βάναυσος etc. Confer infra cap. 81. Reitz.

Ead. l. 11. Τοῦ φιλοσοφεῖν ΛΥΚ.) Expunge ΛΥΚ. quod quidem post verba haec εἴτε καὶ μὴ substituendum est hoc pacto: εἴτε καὶ μή. ΛΥΚ. Brod. Delenda nota personae ΛΥΚ. Marc.

Ibid. Τοῦτο ξυμβαίνει γε ἐξ ὧν φῂς ἀδύνατον εἶναι φιλοσοφῆσαι) *Obsopoeus, illud quidem accidit, quod dicis, philosophari promtum non esse.* At *Benedictus, illud quidem accidit, quod dicis, non esse promtum philosophiae incumbere,* et hujus nasuta commutatione vocum, et utriusque interpretatione non satis valida vocis ἀδύνατον. Intellige cum patre, *illud quidem colligitur ex iis, quae tu dicis, non posse philosophari.* Nam ξυμβαίνειν hic ponitur, ut supra, μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων, nempe ἐκ δυοῖν δυάδων συντεθεισῶν. Gron. Interpres, *Illud quidem accidit, quod dicis, philosophari promtum non esse.* At non videtur intellexisse verbum ξυμβαίνειν, quod saepe usurpant Graeci, cum significari volunt, ex dictis aliquid consequi, effici, vel colligi. Desumtum ab arithmeticis, atque ita etiam h. l. Vertas igitur verba: *Hoc quidem sequitur ex iis, quae dicis.* Vitring. Haec verba perperam in vulg. et M. Luciano tribuuntur: quod et *Marcil.* viderat, et Ed. *J.* confirmat. Solan.

Ibid. Ὧν φῂς ἀδύνατον) An ἐξ ὧν; Guyet.

Pag. 94. l. 2. Ὑπερήμερον) Vocis ὑπερήμερον notionem eleganter declarat illud *Longini* s. 14. ubi ὑπερήμερόν τι τοῦ ἰδίου βίου καὶ χρόνου φθέγξασθαι recte interpretatus est ex *Cicerone Tollius, dicere aliquid, quod non iisdem regionibus terminetur, quibus vitae nostrae spatium circumscriptum est.* Gesn.

Ead. l. 3. *Τελευτῶν*) Sic supra c. 46. Hic rursus Edd. *J. A.* 1. *H. Par. S.* quas consului, *τελευτῶν* adverbii more, non *τελευτῶν*, ut *Bud.* in Comment. Reitz. Sed B. 3. recte edidit *τελευτῶν*, et jure suo *Bipp.*, *Seyb.* et *Schm.* a *Reitziana* scriptura recesserunt. Vid. Varr. Lectt. ad c. 46. et ad De Merc. Cond. c. 42. Lehm.

Ead. l. 5. *Εἴτε καὶ μή. σὺ δὲ πῶς*) Excidit nota personae, *Εἴτε καὶ μή. ΛΥΚ. σὺ δὲ πῶς.* Marcil. W. P. et Ed. *J.* agnoscunt Luciani personam, quae in reliquis non notatur. Solan.

Ead. l. 8. *Ὅ, τι εὕρ.*) Lege *ὅτι*. Guyet. Hoc ita verum est, ut lectores rogem, habeant pro eodem, ac si ita edi curassem; licet pristinam lectionem non mutaverim, quia variationem in ea non inveni. Reitz. In Basileensi saltem tertia *ὅ τι* legitur, intervallo quidem parvo relicto inter *ὅ* et *τι*, sed commate tamen solito omisso. Sed vel sine ulla libri ullius auctoritate rescribendum erat *ὅτι*, sensu ita flagitante. *Τἀληθὲς* enim Subjectum est in *εὕρηται*, neque vero omnino, quodcunque ab antiquioribus philosophis forte inventum videatur. Lehm.

Ibid. *Τί εὕρηται*) *Τί εὕρηται πρὸς αὐτῶν; ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι, καί τοι πόσα ἄλλα* etc. Excidere nomina personarum, videlicet: *τί εὕρηται πρὸς αὐτῶν; ΕΡΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι. ΛΥΚ. Καί τοι πόσα ἄλλα.* Marcil. Conjectura *Marcilii* ita mihi vera visa, ut mihi non temperarim, quin in contextum reciperem deficientes in Edd. personas, maxime, cum Cod. M. viam ad id muniat. Et minus apte alioqui eadem persona interrogaret ac responderet. Cum vero *Marcilii* conjecturae responderet Cod. M. solitis suis punctis designans Hermotimi personam, eamque sequi lectionem decrevissem, necessario et proximum *ΛΥΚ.* ex *Marcilio* recipiendum erat, etsi Codex ibi non addiceret; nam si hanc omisissem, nova confusio orta foret. Reitz.

Ead. l. 9. *ΕΡΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι. ΛΥΚ.*) *Ἑρμ.* agnoscit M. quem suis punctis, pro more designat. Sed *ΛΥΚ.* idem Cod. non habet; sententiae tamen id necessario postulanti reddimus. Solan.

Pag. 95. l. 13. *Καὶ σὺ καὶ πρὸς τοῦτο ὅρα*] Haec verba facile falso capi possunt ab eo, qui *πρὸς τοῦτο* cum *ὅρα* conjungat, et reddat *ad hoc*, i. e. *insuper, praeterea.* Quod quidem accidere non potest ei, qui sciat teneatque, vim istam exprimi formula *πρὸς τούτῳ*, vel *τούτοις*. Verum etiam callidiori, si minus sit attentus, idem accidere potest, quum vulgo in Edd. post *τοῦτο* nulla prorsus distinctio reperiatur,

qua indicetur πρὸς τοῦτο non ad ὅρα, sed ad verba ὅσον δεῖ τοῦ χρόνου, referendum esse, vertendumque: *ad hoc* (*negotium*). Itaque commate ego suo loco posito errori isti occurri, versionemque Latinam: *Tu vero hoc etiam vide, quanto opus sit tempore,* ad hanc rationem castigavi. Lehm.

Ead. l. 16. Ἕν τοῦτό ἐστιν) Intellige ὁ χρόνος. Guyet.

Ead. l. 19. Καὶ ὑπάρχειν) Non poterat hic abesse conjunctio, alioqui lubens cum W. eam omisissem, quia καὶ jam nimis frequenter est repetitum: nam qui paullo supra, a verbis καὶ διαγνῶναι incipiens numerare velit usque ad καὶ τέχνην, inveniet vicies positum καὶ, intra viginti versus. De quo supra jam questus sum. Sed Latini hic Graecos copia vincunt, qui orationem variare possunt per *et, ac, que, atque, nec non, etiam, quoque, tum, cum* etc. dum Graeci καὶ et τε solis fere contenti sunt, etsi ἠ μὲν, ἠδὲ interdum pro iis adhibeant. Reitz. Mireris has *Reitzii* rationes. Verum praetermisit etiam idem unum καὶ, non solum numerando, sed etiam edendo; illud scilicet, quod post σοι in omnibus Edd. vett. insertum reperitur; quodque fateor facilius abesse potuisse, quam cetera viginti. Unde prope abest, ut suspicio mihi oriatur, non illud καὶ, quod ante ὑπάρχειν, sed hoc, quod ante κατὰ positum est, in Cod. Witt. omissum esse. *Reitzium* nimis securi secuti sunt recentt. Editores. Lehm.

Pag. 96. l. 3. Ἥκεις) Retinui vulgatam, etsi ἄγεις, quod Cod. P. habet, non malum. Interdum enim ἄγω ita absolute usurpatur, pro *venio*, i. e. quasi ἄγω με, *adduco me*, quod Lexicogr. jam notarunt. Sic ἐπάγειν et προσάγειν sine accusativo *Arrian.* Exp. Alex. I, 1. ὥστε Ἀλέξανδρον — ἐπάγοντα οὐκέτι ἐδέξαντο. Ib. c. 2. p. 6. f. ed. *Gron.* προσάγοντος Ἀλεξάνδρου ἐκ πολλοῦ συμπεφευγότες ἦσαν. Id. L. 2. c. 3. p. 63. προσάγοντα δὲ κώμῃ τινὶ τῶν Τελμισσέων, ἐντυχεῖν παρθένῳ ὑδρευομένῃ. Reitz.

Ead. l. 5. Τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι) *Erasmus* in proverbio, *naribus trahere.* Brod. Cf. Diall. Deor. VI, 3. Alia, eaque haud pauca, loca Index suppeditabit. Lehm.

Ibid. Θαλλῷ) Vid. *Athen.* 25. A. B. et *Casaub.* qui *Platonis* etiam ea de re locum affert. Utitur eadem figura et *Philostr.* pag. 587. τούτῳ ἀμφορέα μὲν οἶνον προσάγων, ἢ ὄψα, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἀργύριον, εὐμεταχειρίστῳ ἐχρήσατο, καθάπερ οἱ τὰ πεινῶντα τῶν θρεμμάτων τῷ θαλλῷ ἄγοντες. Solan. *Junt.* non hic modo θαλῷ, uno λ, sed et supra Reviv. c. 46. quod quidem eodem redit; verum plurium Edd. consensum sequimur. Reitz.

Ead. l. 6. *Τῷ ἐπιτραπεζίῳ*) Hoc est, *τῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἐκχεομένῳ ὕδατι, ὃ διὰ τὴν ἰσοῤῥοπίαν καὶ τὸ ἀπαρέγκλιτον τῆς τραπέζης ἐπὶ χώρας μένον, καὶ τῆς ἐπιφανείας ἐπανεστηκὸς τῷ δακτύλῳ ὀχετηγοῦντι αὐτὸ φιλεῖ ἕπεσθαι, ῥυτῆς φύσεως ὑπάρχον, καὶ ἀτρεμεῖν μὴ πεφυκός.* Caetera usque ad pag. 317. crebrae sunt repetitiones comparationum, quae passim alibi. BOURD.

Ibid. *Ἐπιτραπεζίῳ ὕδατι*) *Aquae super mensam injectae vel effusae.* BROD.

Ead. l. 8. *Καλάμῳ τινὶ*) Homo inconstans itidem arundini a quolibet vento motae comparatur in Novo foedere, *Luc.* VII, 24. ubi *Elsner.* et hoc *Luciani* adducit. REITZ.

Pag. 97. l. 14. *Τὸ δὲ πολὺ*] Sic haec conjuncta leguntur in B. 1. et 3. In aliis, et in *Reitziana* quoque, et recentt., commate post *δὲ* posito separata: *τὸ δὲ, πολὺ ποῤῥωτέρω.* Unde error natus, *τὸ δὲ* absolute positum esse, et *πολὺ* referendum ad Comparativum. Quapropter jam *Seagerus* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 73., quum illud *τὸ δὲ* concoquere non posset, medicinam loco, non suo stomacho, quaesivit, eoque tandem devenit, ut legere cuperet, *τὸ δ' ἐναντίον, πολὺ* etc. Tantum turbarum prava interpunctio excitare potuit! Conjunge, quaeso, *τὸ πολὺ*, et redde: *maxima ex parte:* et omnia, spero, sana erunt. LEHM.

Pag. 98. l. 1. *Γάρ τι λυπ.*) An *γάρ τοι*; GUYET. Inter *γὰρ* et *λυπηρὸν* inserebatur *τι*, quod duce M. delevimus. SOLAN. Immerito ejectum *τι* a *Solano, Reitzio,* et recentt. Editt., negligenter omissum in Cod. M., perperam tentatum a *Guyeto*, qui *γάρ τοι* legi, et a *Seagero* in Class. Journ. l. l. qui admodum insulse corrigi vult: *πάνυ γάρ τι λυπηρόν τε καὶ* etc. Ignorarunt nempe hi omnes, vel neglexerunt vim formulae *πάνυ τι*, quae sic significat *quovis modo*, ut *πᾶς τις*, *quilibet* est. Hanc vere Atticam phrasin, si quis ignoret, discet e *Sturz.* Lex. Xenoph. Tom. III. p. 406. Elegantia itaque non privasse, sed ornasse videbor *Lucianum*, quum restituero illud *τι*, in quo omnes Edd. vett. consentiunt. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἐπιγνώμων*) Hujus vocis vim hic locus ostendit Lexicographis non satis perspectam. Vid. *Suid.* SOLAN.

Pag. 99. l. 1. *Πείθειν ἡμᾶς βιάζ.*) Ordo, *βιάζονται ἡμᾶς πείθειν εἰδέναι.* GUYET.

Ibid. *Τοῖς*) Ex P. et L. In reliquis enim *ταῖς*. SOLAN.

Ead. l. 3. *Ὅμως*) Solus W. Codex hanc vocem agnoscit. SOLAN. At *Obsopoei* versio exprimebat illud *tamen*. REITZ.

Ibid. *Εἴ τις οἴοιτο* etc.] Hac ipsa argumentatione ab eo, quod altaria sunt, ad id, quod dii sint, utitur Timo-

cles Stoicus in optima forma in Jov. Trag. c. 51. ad quem locum Scholiastes observat, *Themistio* teste, Chrysippum primum formulam istam usurpasse. Lehm.

Ead. l. 8. *Εἰργάσω*) Hermotimus, ubi plane convictus ab Luciano erroneae suae opinionis esset, exclamat, *Οἷά με ἐργάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀποφήνας.* Et hoc nimirum inter foedas corruptae Lucianeae lectionis sordes; cui similem labem addas licet ex Astrolog. cap. 23. *ἐργάζοντο.* Corrige tandem hic *εἰργάζοντο*, illic *εἰργάσω.* In poëtis quidem augmenti, quod vocant, neglectus frequens: at in hujusmodi scriptoribus talia sunt librariorum flagitia. In contrarium peccatum est in Fugitivis c. 6. ubi *εἰργάσασθαι* scribitur pro *ἐργάσασθαι.* Jens. *Jensii* emendationem auctoritate sua firmant Codd. W. et L. Solan.

Ibid. *Ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν*) *Erasmus* in prov. *Thesaurus carbones erant.* Brod. Infra rursus Zeux. c. 2. f. Solan. Hoc proverbium respiciens Timon in Timon. c. 41. invento magno thesauro exclamat: *πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; ἢ που ὄναρ ταῦτά ἐστιν; δέδια γοῦν μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀνεγρόμενος.* Cf. Philops. c. 32. et Adnot. ad Zeux. c. 2. Lehm.

Ead. l. 13. *Περὶ ὄνου σκιᾶς*) *Erasm.* in paroemia, *De asini umbra.* Brod. Proverbii hujus historiam habes ap. *Plut.* 1558. Demosthenes pro concione interpellatus, fabulam narrare incipit de duobus hominibus iter una facientibus, quorum alter asinum alterius conduxerat. Fervente aestu de umbra asini discidii caussa orta est, utroque sibi eam vindicante. Dominus enim operam, non umbram, locasse ajebat: ille vero et id operae esse partem contendebat. Hoc dicto, silet Demosthenes: instat populus, postulatque, ut litis finem narret: ad quos ille, vos vero, inquit, de asini umbra audire cupitis, de Rep. dicenti operam dare recusatis. Vid. etiam *Aristoph.* Sch. *Σφηξὶ*, v. 191. et *Plat.* Phaedr. ed. Bas. p. 208. A. In proverbium deinde abiit, *de rebus nihili* cum disceptatur, quod etiam apud *Menandrum* exstitisse ait *Zenob.* VI, 28. Et Schol. *Aristoph.* l. c. Solan.

Pag. 100. l. 4. *Εἰς Ἰνδ. τελ.*) *Thucyd.* *ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσε*, *Pharsalum pervenit.* *Εἰς Ἰνδοὺς τελεῖν*, pro *τελεῖν τὴν ὁδόν.* Guyet.

Ead. l. 8. *Ἐκθορεῖν*) Vox poëtica, quam alibi tamen iterum usurpat. Vid. Prom. in Verbb. c. 4. et Ver. Hist. c. 35. nisi quod in iis locis *ἀναθορεῖν*, non *ἐκθορεῖν* legitur. Solan.

Ead. l. 11. *Κενὴν μακαρίαν*) Sic pag. 934. ed. Paris. Talis autem illa est, qualis felicitas Micylli in Gallo, *ἡ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐγγινομένη, τοιαῦτα τοῖς ὀνειρώττουσιν ἐμποιοῦσα*

τὰ εἰς τρυφὴν καὶ εὐετηρίαν, κενὴ, ὅτι μηδὲν ἑστὸς ἔχει καὶ βέβαιον, quae omnia recte interpretatur *Gregor. Nazianzen.* qui (ut alibi dixi) totus est in Luciano. BOURD. Vid. Gall. c. 5. extr. LEHM.

Pag. 101. l. 3. Ὡς ὑπὸ τοῦ ἐρομένου) *Ut ab eo, qui hoc percontatur.* BROD.

Ead. l. 11. Παραπέμψει) Conf. infra Bis Accus. c. 1. Navig. c. 1. Epp. Saturnn. c. 17. et Diall. Merett. c. 1. SOLAN.

Ibid. Τὰ κοινὰ) Quae a Stoicis paradoxis merito abhorrent. BROD.

Ead. l. 12. Ἱπποκενταύρων καὶ χιμαιρῶν) *Virgil.* VI. Aen. facit Centauros et Scyllas in infernûm vestibulo stabulare, cum somniis. Centauros et Chimaeram fuisse negat *Lucret.* L. IV. et V. COGN. In animo habuit auctor locum *Platonis* in Phaedr. p. 1211. B., ut observavit *Hemsterhusius* ad Prometh. in Verbb. c. 5. Tom. I. p. 225. LEHM.

Pag. 102. l. 4. Ἢ τὴν Οὐρανίαν εἶναι) Ἢ τὴν Οὐρανίαν ἐκείνην etc. nempe Ἀφροδίτην. MARCIL. De statua intellige, quae Athenis celebratissima. Vid. *Meurs.* AG. IV, 830. Simulacrum erat marmoreum, Phidiae opus. Erat et aliud Alcamenis, ib. 855. Pro εἶναι L. habet οἶμαι. Neutrum placet. Credo scriptum fuisse καί. SOLAN. Magis placuerit οὖσα. Nihilo tamen mutavi laxiorem structuram, in qua saltem aliquod est vinculum, quod Infinitivum εἶναι cum ἀκούσας nectat. Indulgere autem sibi nonnihil *Lucianum* nostrum, maxime in dialogis, nullum ejus familiarium fugit. LEHM.

Ead. l. 16. Εἰ ἀληθής ἐστι) *Brod.* IX. Misc. 16. ait: εἰ ἄλθης, emenda εἰ ἀληθής ἐστι. Sed quod is emendat, id nostrae Edd. jam recte habebant. REITZ.

Pag. 103. l. 2. Καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενον] In his etsi αὐτῶν non habeat per se, in quo offendas, suspectum tamen magnopere est eo, quod non solum in Fl., sed etiam in Codd. 2954. et 3011. deest. Recte abesse judicat *Belinus. Schmiederus* cautius retinuit uncis inclusum: et hunc nos sequendum duximus. Sed J. *Seagerus* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 73. magnam his verbis vim inferri vult, quum sic ea legi jubet: καθάπερ τὰ πρόβατα τοῖς (ἴχνεσι) τοῦ αὐτῶν ἡγουμένου. Quae quamquam non diffiteor *Lucianum* scribere potuisse, scripsisse tamen non credo. Offendit *Seagerum* haud dubie phraseos ἀκολουθεῖν πρός τινα insolentia. Quam si ferre nolis, hanc commendo haud ignotam, nec molestam, viam, ut e verbo ἀκολουθεῖν notionem τοῦ ἰέναι deducas, et jam formulam loquendi statuas hanc, ἰέναι πρὸς τὸν ἡγούμενον. Πρὸς autem cum Accusativo junctum

convenientiam quoque, vel accommodationem *ad*, vel *secundum* aliquid denotare, non est, quod moneam. LEHM.

Ead. l. 7. *Πότε τρικέφαλος*) Geryon. Vid. *Apollod.* II. pag. 51. B. SOLAN. Verba *ὡς γένοιτο* corrigenda putavit *Belinus* *ὡς ἐγένετο*. laborare enim ea duplici soloecismo, primum, quod sequerentur Indicativi *ἠφίει*, *ἤσθιε* etc. deinde, quod *ὡς* cum Optativo sine *ἂν* significaturum esset: *afin que.* At neutra ratio quidquam valet. Prior quidem si quid valeret, ad eandem normam non solum locus cap. 71. *ὥςπερ εἴ τις δακρύοι, καὶ αἰτιῷτο τὴν τύχην, ὅτι μὴ δύναιτο ἀνελθεῖν ἐς τὸν οὐρανὸν, ἢ ὅτι μὴ — ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ — τελεῖ.* sed innumera quoque alia corrigenda forent. Altera autem ut per se falsa, ita etiam in *Belino* quidem nostro mira. Nam *ὡς* cum Optativo non uno modo usurpatum occurrit: hunc ipsum modum agnosces in Diall. Deor. VII, 4. *ἔλεγε δὲ ἡ Μαῖα, ὡς οὐδὲ μένοι τὰς νύκτας ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' — κατίοι*, et saepius. Mirum autem profecto, quem *Belinum* sexcenties jam vidimus *ἂν* reponi, vel sine ulla Codd. auctoritate, jussisse, ubi *ὡς* Optativo junctum *finem* significaret, eundem nunc praeceptum dare, illi consilio temerario plane contrarium. Sapere itaque coepit, sed alieno loco. LEHM.

Ead. l. 12. *Οὐχ ὥςπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσί*] Ridiculam, quam habet, sententiam hanc tolli vult *Belinus*, sublata particula negandi *οὐχ*. Ridiculus sic ipse factus, quum non videret, verba *ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσί* nonnisi ad *ἡμεῖς* referenda, omnino autem orationem ellipticam esse, quae sane rationis ope haud difficulter ita expleri possit, ut *sex manuum* imaginem ex antecedente descriptione, recentissimae illa memoriae, repetas. LEHM.

Ead. l. 14. *Πέλτην, ἢ γέῤῥον, ἢ ἀσπίδα*) Uterque interpres medium vertit *parmam Persicam.* An credimus utique Lucianum voluisse ea voce id exprimere? Et cur non peltae addunt interpretes gentem, cui illa in usu? GRON.

Pag. 104. l. 3. *Εὐθὺ σκοπεῖν*) *Wessel.* ad *Diod. Sic.* II. c. 12. n. 31. legit *εὐθὺς*, me non contra nitente, quia ab sequente *σ* facile absorptum sit alterum. Multa tamen adnotavi, ubi differentia illa inter *εὐθὺ* et *εὐθὺς*, de qua *Ammonius*, non observatur. Sed quia longe frequentissime tamen observatur, praestat eam tenere; et, quae collegi, jam non addere licet. REITZ. *Εὐθὺς* Ms. Reg. 2954. teste *Belino*. BIP. Unde *Schmiederus* *εὐθὺς* recepit. Idque tanto probabilius, quum per hunc dialogum semper, et paullo ante minimo intervallo bis, *εὐθὺς*, non *εὐθὺ*, dictum sit. Nihilominus du-

bitabam h. l. εὐθὺς scribere, quum εὐθὺ haud raro, etiam apud nostrum scriptorem, pro εὐθὺς dictum occurrat. Exempla, quae hic *Reitzio* non placuit afferre, idem ille ad Amorr. c. 42. complura collegit. Cf. etiam Diall. Mortt. XII, 2. extr. ibique notulam in Varr. Lectt. Tom. II. p. 182. sq. Lehm.

Ead. l. 10. *Οὐκ ἐννοοῦντες*) Ista verba, *οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτο ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῶν, καὶ ψεῦδος ὂν*, pessime interpretantur, *nec in mentem veniat, ni falsum etiam sit, quod priori est consentaneum;* cum haec sit sententia: *non considerantes, sicubi quid se invicem consequatur,* (vel *sibi congruat*) *quamvis falsum sit:* ut si quis credat, bis quinque esse septem, *credat etiam* quater quinque esse quatuordecim. Paullo post *δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης*, non est, ut Latinus, *datis uniuscujusque sectae principiis*, sed *admittentes, concedentes principia uniuscujusque sectae.* Statim haec quoque verba non intellexerunt iuterpretes, *καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη*, *cumque a falso principio exordiatur, vera tamen ad falsam demonstrationem vult dicere.* Haec ex Graecis verbis ne fidiculis extorqueas, quae sic interpretanda: *et postulat pro demonstratione vera dicere, ex falso principio progrediens*, hoc est, pro demonstratione vult haberi principium, quod ponit, quia verum dicat, seu hoc ipsum verum dicere, quod jactat, vult pro demonstratione accipi, cum tamen illud principium, quod pro vero circumfert, sit falsum. Graev.

Ibid. *Εἴ πῃ*) Fors. εἴπερ. Certe sensus est, *numquid antecedentibus satis consonum, falsum tamen sit.* In M. et Fl. εἴ τι. Solan.

Ibid. *Ἀκόλουθόν τι αὐτῷ*) Sic *Plato* p. 2. B. *τὸ ὅσιον ταυτὸν αὐτῷ* et *αὐτὸ αὐτῷ ὅμοιον.* Mutarunt Par. S. et Amst. ac fecerunt prave *αὐτῶν*. Solan.

Ead. l. 11. *Καὶ ψεῦδος*) *Καὶ* cum *Graevio* hic vertit *quamvis*, *Elsnerus* ad Evang. *Joan.* XVII, 25. ubi *καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων·* quod eod. modo reddit, *etsi mundus te non cognoscat, ego tamen te cognosco*, adducitque *Thucydid.* VI, 16. *Τῶν ἔπειτα ἀνθρώπων προςποίησιν ξυγγενείας τισὶ, καὶ μὴ οὖσαν, καταλιπόντες*, ubi *καὶ μὴ οὖσαν* quoque signif. *quamvis nulla* (cognatio) *intercedat.* Sed cum *Gesnerus* paullo aliter vertat, ego me non interponam: quid enim voluerit Lucianus, ex praemissis satis adparet. Reitz.

Ibid. *Λέγοι*) Ita, uti conjeceram, M. Reliqui *λέγει*. Solan.

Ead. l. 13. *Τεσσαρεσκαίδεκα*] Formam hanc in Edd. vett. editam et Codd. Parisiensium auctoritate confirmatam nullo jure *Reitzius* et recentt. Editt. in τεσσαρακαίδεκα mutatam dederunt. Certum quidem est et manifestum, requiri h. l. genus Neutrum. Verum non minus certum est, formam compositam τεσσαρεσκαίδεκα non solum de omnibus generibus dictam, sed etiam omnino ut indeclinabilem in priore parte vocem per omnes casus occurrere. Quod quidem luculenter patet ex iis exemplis, quae maximam partem studiose congesta *Stallbaumii* liberalis amicitia mecum communicavit. Cum Substantivo Neutrius generis occurrit, e. g. ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα *Herodot.* I, 86. ἔθνη τεσσαρεσκαίδεκα *Strab.* VII. p. 323. Ed. Casaub. III. ἔτη τεσσ. *Herodian.* V, 3, 7. et *Appian.* Syr. 48, extr. μέρη *Plutarch.* Apophth. p. 146. Ed. Bas. Non per casus flexum deprehendas e. g. ἐτῶν τεσσαρεσκαίδεκα *Polyb.* XV. pag. 530. et *Herodian.* VII, 1. in ἐθνῶν τεσσαρεσκ. *Strab.* IV. p. 189. ἀνδράσι τεσσαρεσκ. *Athenaei* L. XIII. cap. 89. ἔτεσι τεσσαρεσκ. *Herodian.* VI, 9, 5. et 15. δήμους τεσσαρεσκ. *Strab.* IX. p. 434. τοὺς ἐλευθέρους τεσσαρεσκ. *Xenoph.* Memorr. II, 7, 2. Weisk. Contra τετταρακαίδεκα cum Foeminino ἡμέρας ap. *Diog. Laërt.* X, 15. Quin etiam ordinalis numeri formae promiscue in usu erant, nunc τετταρακαιδέκατος *Diog. Laërt.* X, 40. nunc τεσσαρεσκαιδέκατος *Herodian.* VI, 1, 15. et VI, 2, 2. Lehm.

Ead. l. 14. Ὅτου) Ex Ed. J. est. Reliquae ὅτε, et ipsi Codd. M. et P. nisi quod hic ὅτι praefert. Solan. Ὅποι restitutum cupit *Belinus.* Bip. Satis quidem importune. Lehm.

Pag. 105. l. 3. Σημεῖά τινα) Sic enim ea definit *Euclides*: Σημεῖον ἐστὶν, οὗ μέρος οὐδέν· γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές· quae nullo pacto consistere posse credunt Epicurei. Brod. Est in primis illis Geometriae definitionibus, quod jure quis carpat: dicendum enim fuit, *superficiem* esse extrema corporis, in quo corpore crassities quidem, sed cujus in superficie nulla habetur ratio. *Lineas* vero extrema superficiei, quando non tota jam, sed divisa in partes contiguas consideratur, nulla latitudinis, quae ceteroquin superficiei inest, ratione habita: *Puncta* linearum extrema, sive id, in quo lineae divisae partes se mutuo contingunt. Atque haec quidem vera, firma et inconcussa maneant: neu si quid in eo edisserendo aut definiendo a Geometris peccatum, arti certissimae et praestantissimae fraudi sit. Quod si in rebus hujusmodi, cujusquam auctoritas valeret, Luciani certe nulla ratio habenda foret, qui se Mathematicarum disciplinarum rudem omnino prodit. Vide, quaeso, si non memineris, quam im-

perite Pythagoreorum symbolicam figuram in Pro Laps. descripserit c. 5. Vide etiam, quam iniquus sit in viros illos summos, qui Mathesin excoluerunt, Hipp. cap. 3. Solan. Imperitiae quidem et ignorantiae rerum geometricarum, quam et *Wielandius* ad h. l. *Luciano* satis confidenter exprobrat, equidem ingenue fateor testimonium in hoc auctoris judicio me non invenire posse. Callide enim noverat Euclideas definitiones, quibus universa geometria tanquam fundamento suo, tum a veteribus fere Mathematicis, inaedificari solebat, tum etiam a plerisque hodiernorum solet. Neque est, quod credamus altiora eum hujus disciplinae decreta ignorasse, quum id ipsum h. l. ab eo vituperetur, quod a falsis principiis vulgo geometrici profecti saepe his falsis falsa alia adnectant, ita tamen, ut recte alterum ex altero, et vero necessario, consequi videatur. Quid, quod non multum abest, quin mihi persuadeam, Lucianum nostrum, etsi raro Mathematices mentionem injiciat, peritiorem certe ejus fuisse, quam, qui eum tam graviter notarunt, *Solanum Wielandiumque*. Recte enim ille vidit, quod hi non viderunt, licet moniti, *punctum* e. g. non definiri posse lineae partem, cui ipsi nulla sit pars (ἀμερὴς), vel quae dividi non possit; quoniam sic punctum e finibus geometriae, in qua de rebus mensurabilibus, ergo de sensibilibus, agitur, prorsus relegatur in regionem, quae omnem sensuum aciem excedit. *Putre* itaque sane dici poterat geometriae *fundamentum* (σαθρὸν θεμέλιον) et quae hinc concluduntur, aut falsa sunt, aut, si vera sunt per se, illinc certe non recte consequuntur. Sic fere etiam *Belinus* de hac auctoris sententia judicat. Quod autem nec Euclidis auctoritatem noster ita reveretur, ut ei totus assentiatur, id non intelligo, quomodo mirum habere possit eum, qui hunc scriptorem norit nulli qualicunque formulae, sed solius sanae rationis effatis, addictum. Miror contra, in hac ipsa certissima, quam *Solanus* vocat, disciplina hos *Euclidis*, quem ceteroquin maximi semper feci, errores per tot secula a praestantissimis quoque Mathematicis accipi, teneri et tradi potuisse. Haec de h. l. dicta sufficiant. Quem superiorem locum Pro Laps. 5. *Solanus* in memoriam revocat, unde Luciani imperitia geometriae demonstretur, neque illinc probatur mihi quidem id, quod vult *Solanus*. Pentagrammum enim illud Pythagoreum breviter quidem ibi ab auctore describitur, vel potius adnuitur tantum, ut ad eum lectorem, cui plura dici non opus esset, sed tamen non falso, nec obscure, id factum largietur, si quis non plane ejus rei sit rudis. De Hippiae autem loco c. 3 ubi iniquitatis in sum-

mos Mathematicos nomine auctorem accusant iidem *Solanus* et *Wiclandius*, suo tempore agetur. Nunc saltem imperitiam rerum Mathematicarum, atque adeo stupidissimam, i. e. pessimi et maxime contemnendi generis, insolentiam, quae ab insania non longe distat, ab hoc politissimi ingenii judiciique elegantissimi scriptore vel maxime alienam fuisse ostendere volebam. Lehm.

Ibid. *Τὰ τοιαῦτα*) Ubi legitur *σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα*, mirum, ni perperam illud ultimum *τὰ τοιαῦτα* iteratum est ab dormitantibus descriptoribus. Jens. Ita et *Wielandio* visum. Sed injuria. Nam si desint h. l. *τὰ τοιαῦτα*, defore simul patet Objectum enuntiationis. Quaeri enim nunc poterit, vel necessario etiam oportebit, quaenam, vel qualia, putribus istis fundamentis superstruat geometria? Respondet ipse Lucianus, *τὰ τοιαῦτα*, i. e. *ἀλλόκοτα, οὐδὲ στῆναι δυνάμενα*. Lehm.

Ead. l. 10. *Καταγνῶναι*] *Damnaverint* vertit *Gesnerus*. At loci indoles ostendit, nihil aliud h. l. esse *καταγιγνώσκειν*, quam quod supra c. 30. Charon. c. 21. et saepius, i. e. *recte, penitus, cognoscere.* Lehm.

Ead. l. 13. *Ἐξομολογήσασθαι*) *Jens.* in ferculo liter. p. 9. et 10. existimat hoc verbum solis fere sacris scriptoribus proprium, nec facile alibi reperiri; sed non aegre feret, scio, si ei hunc *Luciani* locum opposuero, aliosque ex *Plutarch.* Num. pag. 71. 76. Coriolan. 215. et p. 943. Nec non *Heliod.* L. IX. p. 427. quos adfert *Jac. Elsn.* ad Evang. *Matth.* III, 6. ut probet, verbum *ἐξομολογεῖσθαι* etiam profanis scriptoribus non inusitatum esse. Reitz.

Ead. l. 14. *Πράγματα παίδων ἔχοντες*) *Puerilibus quibusdam nugis vacare.* Brod.

Pag. 106. l. 1. *Παραμυθίαν*) Confer supra Diall. Mortt. XV. §. 3. Solan. Illa *Solani* citatio nihil aliud vult, quam *Juntinam* Ed. ibi male habuisse *παρὰ μυθίαν*· quod vitium *H.* quoque cum obsideret, ex aliis et collatione hujus Lucianei loci id sustulerat *Solanus*. At id in variantibus lectt. ibi non comparet. Nec refert. Id autem omissum, quia Edit. *Junt.* in qua editionum varietates notaverat noster, non possidebat *Hemsterh.* Etsi forsan, si possedisset, ejusmodi minutias non adnotasset. Cur autem nos notemus, in praefatione dicendi locus erit. Reitz.

Ead. l. 12. *Ἢ ἰδόντες*) Angl. *εἰδότες*. Bourd. *Εἰδότες* A. P. et L. Melius, quam quod in cett. et ipso M. *ἰδόντες*. Solan.

Pag. 107. l. 2. *Καὶ λήθη — πρὸ Εὐκλείδου*) Duo inveniuntur Euclidae inter Archontas, quorum nomina supersunt. Primus anno 2. Olympiadis 88. quinto anno belli Peloponnesiaci, de quo non est hic sermo. Alter anno 2. Olympiadis 94. quem intelligit hoc loco Lucianus: eo enim praeturam obtinente facta est amnestia, ut narrat *Xenophon* Lib. 2. Hellenic. Ideo saepe apud auctores historiae et rhetoras fit mentio *τῶν πρὸ Εὐκλείδου*, quorum non licebat meminisse, nec exprobrare, et eo anno Atheniensium respublica instaurata fuit, facta inter cives pace. Palm. Apud *Montfaucon* in Biblioth. Coslej. p. 490. in Excerptis inscriptis *Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ*, ad h. l. haec legas: *Τὰ πρὸ Εὐκλείδου νῦν ἐξετάζοντα. Παροιμία. Ὅτι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἀθηναίων περιγενόμενοι τριάκοντα τυράννους ἔστησαν παρ' αὐτοῖς, οἵ τινες τῶν πολιτῶν μετὰ ταῦτα κακῶς ἐκέχρηντο τοῖς λοιποῖς. καταλυθέντων οὖν τῶν τυράννων, καὶ γινομένου μετ' αὐτοῖς Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥςτε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι.* Quae ideo hic repeto, ut cum superiore Scholio conferri, et videri queat, idem esse, sed nonnulla aliter legi. Adde, si lubet, Schol. et Commentatores ad *Aristoph.* Plut. v. 1147. Reitz.

Ibid. *Πρὸ Εὐκλείδου*) *Ἀμνηστία.* Guyet. Vide Scholia, et *Καταπλ.* c. 5. Solan.

Ead. l. 6. *Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις*) *Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον.* Latinus interpres: *Etenim promissiones admirandas audio, quando qui summum fastigium attigerint, felicitate potientur.* *Ἡνίκα* hic quam frigeat, nemo non videt. *Luciani* manus est *ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν*, *ad quantam felicitatem perventuri sint.* Superius in Somnio c. 9. *ἡλίκα τὰ ἀγαθὰ ποριῇ λιθοξόος γενόμενος*, *quanta bona consequeris, si evadas statuarius.* Sic alibi apud Nostrum *ἡλίκα θαυμάσια*, *quam admiranda.* Nihil tritius. Graev.

Ead. l. 7. *Ἡνίκα*) *Demosth.* 210. C. *θαυμάσια ἡλίκα.* Noster ipse c. 2. *ἆθλα θαυμάσια ἡλίκα εἴρηκας.* Sed nihil tamen hic muto; quia *ἡνίκα* necessario retinendum est, ut sententiae consulatur, nisi aliter superiora scribantur, hunc in modum, *ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμάσιας ἡλίκας, ἃς εὐδ* — quod minus elegans foret. Solan. Scripsit *Lucianus*, ut *Graevius* optime vult, *ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν* etc. Cf. Prom. s. Cauc. c. 15. *οὐδ' ἂν συνίεμεν (οἱ θεοὶ) ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν* etc. *Solani* argutias non puto curandas. Lehm.

Ead. l. 9. *Τὰ τῷ ὄντι ἀγαθὰ*) *Quae haud dubie sunt bona.* Brod. Vid. idem supra Halcyon. sub init. Solan.

Ead. l. 10. *Καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ*) Melius, quam in Anglic. *ἐς Στωϊκὸν τὸ ἄκρον.* Bourd.

Ead. l. 11. *Ὑφ' ἡδονῆς*) M. Fl. *S.* Amst. recte. In reliqq. mendose *ἐφ'*, nisi quod in *J.* excidit litera ε, vel *v.* Solan. Male *Solanus* Aldinam Ed. incusat, aut saltem non satis expressit, quid illa habeat. Video enim, illam, nimirum Aldinam primam, neque *ἐφ'*, neque *ὑφ'* habere, sed sic: *μήθ' φ' ἡδονῆς.* unde tam *ὑφ'* quam *ἐφ'* efficias, id quod eodem modo in *Juntina* se habuisse, recte observarat idem. Reitz. Non uno modo erravit *Reitzius*, dum *Solani* errores notat. Primum litera A., qua usus est *Solanus* in Editionum, quae *ὑφ'* haberent, recensu, non *Aldinam* designat primam, quam ille aut per A. 1. aut etiam per *Ald.* significare solebat, sed *Amstelodamensem* (vid. Tom. I. Praef. p. CXLVIII.) aut etiam *Anglicanum* Codicem. Ego, ne hic codex cum illa Editione commutari posset, a principio hanc institui ac tenui rationem, ut, si *Amstelodamensis* Editio significanda esset, *Amst.* scriberetur, sin Codex *Anglicanus* *Angl.* aut *A.* Alterum, in quo peccavit *Reitzius* illud est, quod mancam vocem *φ'* in Edd. J. et A. 1. 2. utrum pro *ἐφ'*, an pro *ὑφ'* habeas, incertum esse dicit, quum ob praecedentem adspiratam *ϑ* in *μήϑ'* necessario pro *ὑφ'* habenda sit. Jam quum semel scriptum esset *ὑφ'*, ut scribendum erat, magna cum negligentia *Reitzius* tamen *μήτ' ὑφ'* edidit, male memor adhuc lectionis *μήτ' ἐφ'.* Neque diligentiores erant *Bip.* et *Seyb.* qui ea in re vestigia illius premerent. *Belinus*, vitio animadverso, *μήτε ὑφ'* scribi jussit, et sic adeo *Schmiederus* vere scripsit. At unice rectam lectionem jam nemo non agnoverit ex Edd. tribus vett. modo laudatis. Lehm.

Ead. l. 12. *Φθόνου δὲ κρείττονι*) Vid. supra ad c. 12. hujus Dial. vel c. 19. de Merc. cond. ubi de hac phrasi, perfacili, sed interdum non intellecta, paucis egi. Hic tamen plus videtur significari. Nam *invidia major*, est quidem, *qui non perturbatur invidia, qui spernit invidiam*, vel cui ea nocere non potest, ut *Horat.* 2. Od. XX. — *Invidiaque major urbes relinquam.* Sed et potest invidia tam activa, quam passiva, simul intelligi, id est, qui neque invidet alteri, neque curat, si alter illi invideat, utrumque enim philosophum decet. Reitz. Nimium hic quaerit *Reitzius.* Passiones animi variae recensentur a Lycino, quas a sapiente suo alienas esse vult, dolor, voluptas, ira, invidia, divitiarum amor; atque adeo *φθόνου κρείττων* nihil est, nisi *invidere ne-*

scius, ut cap. 12. θυμοῦ κρείττων, *ira superior*, et De Merc. Cond. c. 19. extr. κρείττων χρημάτων, *quem non regit habendi cupido.* Unice itaque active capienda est h. l. *invidia*, non simul passive. Lehm.

Pag. 108. l. 2. Κἂν πάντα πλείω ἔχῃ) *Vorst.* legit κἂν κατὰ πάντα πλεονεκτήσῃ τὰ ἄλλα. Solan. Non opus erit emendatione *Vorstii*, si cum Ms. Reg. 3011. legas, κἂν τὰ πλείω ἔχῃ. Bip. Neque hac haud dubie mutila lectione opus est ad restituenda *Luciani* verba, quae, uti dudum vulgantur, omnino recte habent. Formulam quidem πάντα πλείω ἔχειν per se nemo improbare potest, qui illud Promethei contulerit Diall. Deor. I, 2. καὶ τί πλέον ἕξω; et illud *Isocratis* Paneg. c. 1. οὐδὲν ἂν πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις. ubi vid. *Morus.* Significat *omnia, quaecunque quis concupiverit, nactum esse;* h. l. *quaecunque ad summam felicitatem efficiendam conferunt.* Quod autem πάντα dicit auctor, quum tamen praecesserit: καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδέων, non id mihi aeque *ridiculum* est, ac *Belino:* nam non lego πάντα ἔχῃ, sed πάντα πλείω ἔχῃ, quae ita sunt dicta, ut *minima* aliqua pars etiam deesse cogitari possit. Imo vero *Belinianum* τὰ πλείω (*plurima*) ἔχῃ, quod etiam *Schmiederus* adoptavit, aliquantum habet languoris, quum ob illud ipsum κατὰ μικρότατον major jam vis requiratur, quam quae vocibus τὰ πλείω inest. Ceterum integram hanc sententiam: ὁ γὰρ — πλείω ἔχῃ perspicuitatis gratia parentheseos notis designare placuit, quum *Gesnerum* animadverterim sequentia deinceps verba nimis contorte interpretatum esse: *Hoc vero si sit, non est, nondum, inquam, est beatus.* Vertit itaque, ac si ita distinguatur: εἰ δὲ τοῦτο, (scil. ἀτελής ἐστι) οὐχὶ οὐδέπω εὐδαίμων. At vulgo rectius distinguunt: εἰ δὲ τοῦτο οὐχὶ, οὐδέπω εὐδαίμων, i. e. *hoc vero* (quod in antecedentibus οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι — βίου expositum erat) *si non sit, nondum beatus dicatur.* Hinc patet caussa, cur parenthesin instituerim. Quam si tamen improbes, per me licet τοῦτο etiam e proxime praecedente ἀτελὴς explicare τέλειος. Lehm.

Ead. l. 11. Ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι) Τῆς ὁδοῦ in omnibus, etiam in M. et L. legitur: absurde. Quis enim *extra viam stare eum* dici ferat, *qui foribus adstat?* Audacter itaque repono τοῦ οὐδοῦ, ut *extra limen*, quod rei accommodatissimum, *stare* jam dicatur. Poëtica quidem est vox οὐδός, sed *Luciano* familiaris. Sic De Merc. Cond. c. 23. πάντα γὰρ ταῦτα, τὸ γένος, τὴν ἐλευθερίαν, τοὺς προγόνους, ΕΞΩ ΤΟΥ ΟΥΔΟΥ καταλείψων ἴσθι etc. Adde Pro Merc. Cond. c. 5. De Dom. cap. 18. et Demosth. Encom. c. 49. Eodem argumento ute-

bantur Stoici, quo probarent omnia peccata esse aequalia, apud *Diog. Laërt.* p. 192. F. καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν Κανώβῳ. Quod et *Suidas* affert in v. Κανωβ. Emendationem hanc reperies in notis *Jo. Clerici,* ad fragm. Menandr. pag. 250. editis mense Septembr. anni 1709. cum ego jam in specimine meo, quod prodiit mense Februar. anni 1708. publici juris feceram. Solan. Veritate victus recepi *Solani* emendationem, et mutavi *Gesneri* versionem, pro *viam, limen* reponens. In Edd. variationem non aliam reperi, quam quod *Ald.* et *Hag.* habeant ὁδοῦ ἐσμεν, enclitice. Aliae ἐσμὲν cum accentu. Et quamvis ἐστι hic quoque accentum amittere debeat, expressi tamen Mss. scripturam. Reitz. Ergo librariorum qualiumcunque auctoritatem majoris aestimavit, quam rationis; cui quidem omnino adversaretur accentus. Encliticas autem voces prae ceteris omnibus maximam librariorum incuriam vel licentiam expertas esse constat, ut ipsum vulgatum ἐσμὲν et ἐσμεν promiscue scriptum docet. *Solani* autem egregiam emendationem probavit etiam Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. et receperunt, ut par erat, recentt. Edd. Lehm.

Ibid. Ἔστιν) Sic M. et L. Melius, quam ut in reliquis est, ἐσμέν. Solan.

Ead. l. 14. Πλησίον) Haec vox in Par. nescio an consulto, certe prave, mutata est; πλέον enim ibi legitur. In omnibus impr. et M. recte πλησίον. Solan.

Pag. 109. l. 2. Ἐν ἀκηδίᾳ) *Piersonius* ad *Moer.* Atticist. (p. 61.) emendabat ἐν ἀηδίᾳ, assentiente *Belino*. Bip. Ἀηδίας πολλὰς ὑπομένειν vel ἀνασχέσθαι De Merc. Cond. c. 8. et 33. Praestare tamen h. l. mihi videtur ἀκηδία, *incuria sui, rerum suarum, imprimis domesticarum, neglectus*, qualis erat Stoicorum maxime; cf. cap. 10. quo et ipso loco κήδεσθαι de eadem re. Lehm.

Ead. l. 4. Εἴκοσιν ἔτη) Vid. supr. c. 59. fin. Solan.

Ead. l. 5. Ἢ τίς ἐγγυητὴς) Mira sunt haec. *B.* 2. εἰ· nihilo melius M. ἦ. Quid scripserit Lucianus, nescio; certe nihil horum. Solan. Scripsit εἰ, quod et B. 3. exhibet. Sic ἢ et εἰ confusa supra c. 20. quo loco ἢ vulgo editum, sed in iisdem B. 2. et 3. servatum genuinum εἰ. Vid. ibi Adnot. H. l. miratur *Seagerus* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 73. veram lectionem B. 2., quam *Solanus* ob oculos habuerit, fastidiose ab eo sperni potuisse. Lehm.

Ead. l. 8 Διώκοντες οὐ κατέλαβον) Sic fere in Novo Foedere, epist. ad *Rom.* IX, 30. Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιο-

σύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην. Ad quae verba *L. Bos* p. 114. ait: *Διώκειν* proprie dicitur, qui fugientem persequitur: *καταλαβεῖν* vero, qui eum, quem persequitur celeri cursu, comprehendit. Duo haec verba juncta, uti hic, reperiuntur apud *Comicum* in Thesmophor. Ἔτ' ἂν καταλάβοις, εἰ διώκεις ταύτῃ; *Adhuc ipsum comprehenderes, si insequereris hac?* Apud *Dion. Halic.* L. V. p. 313. ἢ οἱ διώκοντες κατελάμβανον. Et *Artemid.* L. I. pag. 295. οὐδὲ δραπέτην διώκων καταλάβοι. Haec ille. Sic Latini *persequi*, pro, hostili animo fugientem persequi, et aliquid sequi, donec acquiras, in bonam partem; vid. *Ambigua* nostra, ubi et exempla quaedam Graeca verbi διώκειν dedimus, pluraque jam dare possemus, nisi haec satis nota arbitraremur. Minime tamen vulgaria erant, quae ibidem ex doctiss. consobrini *Abreschii* Observatt. ad *Hesych.* petenda indicavimus; quaeque videantur in Observatt. Miscellan. ab eruditis Britannis inchoatis, Vol. V. T. III. anni 1735. p. 92. ubi docemur, διώκειν generaliter significare *celeriter currere*; adeoque interdum etiam de fugiente dici, velut *Hesych.* διώκειν etiam interpretatur, μεθ' ὁρμῆς φεύγειν, ac *Thucyd.* VIII. c. 102. Τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι· quod aliis exemplis probat idem *Abreschius* ibidem Reitz. Quod modo praecesserat, αἱρήσειν διώκων, (ubi animadverte adjunctum τυγχάνειν pro eo, quod deinceps ponitur καταλαμβάνειν) conferas cum αἱρεῖν διώκουσα Diall. Deor. XIX, 2. de Diana dictum, quae *studeat* capere feras. Lehm.

Ead. l. 9. Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε) Satis absurde *Obsopoeus* verterat, *sed esto, si videtur te comprehendisse*, quasi κατέλαβε legeretur; quod tamen non posse fieri, sequens ἔχε satis docere poterat: at forsan voluit, *si videtur, te comprehendisse*, pro *si videris comprehendisse*, tumque nimis ambigue. Reitz.

Ead. l. 14. Τῇ σορῷ) Id verum esse, jam dixi supra in Apolog. cap. 13. *Brod.* Misc. IX, 16. f. ait: Hoc enucleat *Erasm.* in proverbio, *alterum pedem in cymba Charontis habere.* Sed pro τῇ σορῷ scribit τῇ σοφῷ, non sua, sed operarum culpa. Interim genus recte ibi expressit. Reitz.

Ibid. Ἄλλον — βίον) Hoc vero est, quod nos Christiani, firmissimis ducti rationibus, auctore ipso Deo, speramus: quos adeo nihil eorum, quae hic a *Luciano* adducuntur, ab instituto retrahere aequum est, cum ne nos quidem tangant. Quamquam neque tantam ejus rationibus inesse vim, rem recte reputans invenies, ut vel a philosophiae studio homines Ethnicos deterrere prorsus valeant. Etsi enim perfectionem illam omnibus suis numeris absolutam as-

sequi non dabatur, ope tamen philosophiae et meliores sese et beatiores iis, quos sapientiae nulla cura tenet, evasuros in hac vita, ad virtutis sapientiaeque studium satis magnum momentum videri decuit. Neque ea *Luciani* mens, ut homines a sapientiae studio retraheret, sed ut a futilibus Logicorum tricis atque captionibus aliisque philosophiae sui temporis vitiis ad vitam recte atque honeste instituendam, ut in sequentibus videbis, revocet. Quemadmodum *Isocrati* operam dantes irridet apud *Plutarchum* M. Cato, in ejus schola senescentes, *apud inferos, si Diis placet, arte usuros,* p. 641. Confer autem Nostrum Bis Accus. c. 21. ad quem locum eadem dicta putes. SOLAN.

Pag. 110. l. 9. *Διατρίβετε*) Conf. infr. Qu. Hist. Conscr. c. 7. SOLAN.

Ead. l. 13. *῎Αφικτα*) Angl. et Ms. *ἄφυκτα*. BOURD. Lege *ἄφυκτα*. GUYET. *῎Αφυκτα* B. A. et M. Reliqui corrupte *ἄφικτα*. SOLAN. Proprie enim *ἄφικτος* de luctante, *qui aufugere non potest,* Anachars. c. 2. *ἄφυκτον* autem de loco vel conditione, *unde quis elabi non valet.* Solennis sic imprimis formula *ἐν ἀφύκτῳ εἶναι*, vel *ἔχεσθαι*, ut Deor. Diall. XVII, 1. de Marte in vinculis Vulcani haerente. Cf. Anachars. c. 29. Transfertur sic ad disputationes captiosas, quibus adversarius impediatur ita, ut se expedire nequeat. Bene itaque De Merc. Cond. c. 3. cum *πάνυ εὔλογα* conjungitur, *καὶ ἄφυκτα.* Et h. l. *ἐς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν* optime cadit in eos philosophos, qui versutis quaestionibus et argumentationibus alter alterum illaqueare student, donec adversarius se victum confiteatur. Lectio vulgata *ἐς ἄφικτα* ex imprudenti vocis *ἀνέφικτος*, quae et ipsa passim apud nostrum scriptorem occurrit, ut supra cap. 67., commutatione orta esse videtur. LEHM.

Pag. 111. l. 6. *῾Ολκοῦ*) *῾Ολκὸν* de corpore serpentis dici, idoneus auctor *Nicander* *θηριακ.* pag. 162. et praesertim 166. *῾Ολκῷ δὲ τροχόωσαν ἅλων' εἱλίξατο γαίῃ.* Caeterum *tractum* etiam Latini, certe poëtae, dixerunt non minus, quam *volumen.* *Germanicus* in *Arateis* 424. de hydro, *tractu subit ille leonem.* Add. *Nemes.* ecl. 4, 40. *torto non squamea tractu Signat humum serpens;* ubi *Burmannus* et *Germanicum* laudat, et *Ovid.* Met. 15, 725. Itaque non male *ὁλκὸν*, qui *ἀπὸ τοῦ ἕλκειν* sit, ut a *trahendo tractus,* sic reddi arbitrabar. De *volumine* res nota. GESN.

Ead. l. 7. *᾿Εκχέας*) Vid. supra Piscat. cap. 24. SOLAN. Praeterea ad hoc verb. notabat idem *Solanus*, *ἐκχέας* in *J. H.* et Fl. legi. Sed et legitur in reliquis, certe in *Ald.* 1. et *S.*

An igitur dubitavit, num ἐνχέας (ἐγχέας) praestaret? quia *infusam in mortarium aquam* recte vertitur. Sed nihil opus: nam aqua prius aliunde effunditur, ante quam infundatur in mortarium. Nec quidquam novi est, praepositionem sequi contrariam illi, cum qua verbum est compositum. Sic enim supra Dial. omnium primo §. 15. πρὸς μὲ ἀπιδοῦσα, ubi πρὸς et ἀπὸ *ad* et *ab* tamen junguntur, vel potius sese excipiunt. Sic Latinis oculos omnium in se *avertit* et *advertit* eod. sensu dicitur, (quod jam diximus in libello nostro de Ambiguis.) Ita fere de Domo c. 3. f. λαλοῦσαν ἐκ τῶν πετρῶν ἔνδοθεν. *Arrian.* de Exped. Alex. 2, 1. ἐς Μακεδονίαν ἀποστρέψων τὸν πόλεμον. Ubi εἰς et ἀπὸ quoque sunt opposita; sed pro ἀποστρέψων etiam ἐπιστρέψων dici posset, exiguo quidem discrimine. Ita ἐκφέρειν εἰς δῆμον, *efferre in vulgus*, notum. Reitz. Si relegisset *Reitzius* ea, quae *Solanus* ad Pisc. c. 24. breviter quidem, sed satis clare, declaravit, vidisset illum ἐκχέας h. l. mendose scriptum judicasse, hoc ipso vero loco satis religiose monuisse nihil in Edd. variae lectionis reperiri. Recte tamen *Reitzius* cuicunque emendationi sese opponit, nec male defendit vulgatam lectionem. Lehm.

Ibid. Πτίττοι — πτίττων) Scholia, πτίσσων vel πτίττων. M. autem hic πτήττων, et supra πτήττοι. Quod emendationem *Kusteri* apud *Suidam* in ἂν ἀπολῇς etc. egregie confirmat. Vid. *Plut.* 799, 2. Impressi omnes πλήττ —. Solan. Sic et Cod. 2954. Sed Codicis 3011. lectio a *Belino* non enarratur; unde, si de *Belini* constanti accuratione constaret, colligi posset, lectionem *Reitzianam*, quam *Belinus* sequi solet, ibi confirmari. Quidquid sit, certissima est Scholiastae lectio, quam tum Codicis M. πτήττων et πτήττοι, tum *Suidae* vox πίσσων a *Kustero* feliciter emendata, confirmant. Pro *Lucianeo*, ἂν ἀποβάλῃς, *Suidas* refert ἂν ἀπολῇς, minimo discrimine. Hoc autem turpiter corruptum reddit *Erasmus* Adagg. Chil. II. Cent. 1. n. 59. ἀναπολεῖς. Lehm.

Ead. l. 11. Οὕτω μὲν ὀργίλος) Quaerit Lucianus, num Hermotimus excepta eruditione, velit praeceptori suo similis esse, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὤν, καὶ φιλήδονος, νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. *ΕΡΜ.* τίσι γε; *ΛΥΚ.* ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσομαι. Primo male μικρολόγος vertitur *ita minutus*, cum sit *sordidus*, avarus; dein quid interrogatio τίσι γε sibi velit, non video. Nam cum dixisset Lucianus, velisne praeceptori tuo praeter doctrinam similis esse, cum sit tam iracundus, tam sordidus, tam rixosus, et voluptatis per Jovem amans, licet multis non videatur talis esse? subdit Hermotimus: *Quibusnam?*

Sed Lucianus subjicit narrationem de sordibus et iracundia alterius philosophi senioris, quae quaestioni Hermotimi non conveniunt. Cum tamen omnino ad convincendum Hermotimum ostendendum fuisset, quibusnam videretur esse φιλήδονος; nec quicquam soleat omitti a Luciano, quod ad Hermotimi pertinaciam expugnandam faciat. Itaque haec cum accuratius expendissem, persuasi mihi, levi mutatione locum hunc foede inquinatum sic posse purgari: εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. τί σιγᾷς, ὦ Ἑρμότιμε. *Quid taces, Hermotime.* Maxime hanc meam emendationem firmat antiquissima editio Luciani *Flor.* anni 1496. quam primam esse puto, in qua legitur quidem τισί γε, sed sine distinctione personarum. Sic enim illa habet: εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ τισί γε ὦ Ἑρμότιμε. Aequis lectoribus non difficulter, spero, me probaturum, hic me non fefellisse divam Criticen. GRAEV.

Ead. l. 14. *Τί σιγᾷς*) Emend. *Graevii* in textum recipere non dubitavi. Fl. τισί γε. Sic cap. 55. Vid. et c. 83. SOLAN. *Τισί γε*) Magnum ingenium *Graevii*, magna optimis artibus parta gloria. Itaque ratio hic reddenda, cur non secutus sim ipsius emendationem. Nempe, quia illam non ex libro protulit: illud vero, quod habent constanter libri, optimam habet sententiam. Jam diu vacillat Hermotimus, jam diffidere suo doctori didicit, jam crapulam viri et rixas supra commemoratas aliis, quam ante, oculis intuetur. Igitur cum dicit Lycinus, An illius velit esse similis? et in fine ponit ea verba, quibus docet, profecto vitiosum esse hominem, quantumvis vulgo talis esse non videatur: modeste Hermotimus, et velut immurmurans, τισί γε, inquit, h. e. *at quibusdam tamen*, mihi inprimis, postquam opera tua visum recepi, talis videtur, cujus proinde similis esse equidem jam nolim. GESN. *Solani* et *Graevii* periculo lectionem pristinam movere possem, sed mea auctoritate non auderem, etsi eorum conjectura perplacet. *Solanus* quoque personam *ΕΡΜ.* ante τί et *ΛΥΚ.* post σιγᾷς deleverat: quod necessarium erat, si cum illo σιγᾷς legat. At cum *Gesnerus* commodum sensum ex vulgata eliciat, eam sine Codicis ullius auctoritate immutare fas non est; alioqui fateor, etiamnum mihi adridere *Graevianam* emendationem, tum quia illud τί σιγᾷς Nostro usitatum, tum quia non sic solet illud τίσι γε usurpare. Immo quo plus considero, eo magis perspicio, nexum orationis id postulare: languet enim alioqui nova illa interrogatio θέλεις διηγήσομαι; Si vero praemiserit, *quid taces?* concinnius sequitur, *vin' igitur pergam?* Id est, *quia taces, ego porro narrabo.* Jam vero signum interrogandi, quod post τίσι γε

aderat in Edd. etiam omisi, quia *Gesn.* sic velle video. Reitz. Vulgatae lectioni, quam tuendam et interpretandam suscepi, illud etiam favet, quod ea, quam restitutam cupiunt *Graevius* et *Solanus*, si inventa esset in antiquis exemplaribus, nemini in mentem venire potuisset vel personam adscribere, vel *τί σιγᾷς*; lectionem planissimam, in *τισί γε* mutare. Si quid in hac arte firmum est, illud profecto est, non mutatam esse lectionem planam, facilem, quae nihil dubitationis haberet, in diversam. Neque sic errant descriptores, neque sic emendant. Gesn. *in Addend.* Vulgata verba: *τίσι γε*; per omnes Edd. vett., excepta Fl., propagata, interpretatus est *Belinus* in versione hunc mirum in modum: *Sur quoi? Du moins . . . .*, paullo melius *Obsopoeus: Quibus tandem? Graevii* conjecturam, qua verba sic immutantur: *τί σιγᾷς*; et Hermotimo adscribuntur, praeter *Solanum* etiam *Wielandius* probavit et in versione vernacula secutus est. *Reitzianam* denique lectionem *τισί γε*, in Ed. *Flor.* repertam, non solum *Gesnerus* expressit et defendit, sed receperunt etiam recentiores Editores. Mihi quidem *Graeviana* emendatio pariter ac *Gesnero* et *Reitzio* ut ingeniosa admodum ac perbella, ita tamen longe audacior visa est, quam cui locus dari posset; praesertim quum *Gesneriana* vulgatae lectionis defensio, quam *Wielandius*, nimium contraria sententia captus, jejunam minimum et frigidam (schaal und frostig, um nichts aergeres zu sagen) vocat, mihi quidem ut satis commoda et perita plus quam satis fecerit. In praecedentibus autem Lycini verbis: *καὶ φιλήδονος, νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ*, explicandis non possum cum *Gesnero* facere, cujus quidem versionem: *aeque voluptuarius, (talis enim est) per Jovem, licet vulgo talis non videatur*, nemo, opinor, probabit, qui formulae *καὶ νὴ Δία* usum et vim imprimis ex nostri scriptoris stilo cognoverit. Vid. ad Prom. in Verbb. c. 6. Tom. I. p. 227. sq. Gravissime enim omnium notatur h. l. doctoris voluptatum cupiditas, quam verissime (*νὴ Δία*) asserit auctor illi inesse, etsi vulgo non ita videatur; ob incredibilem scilicet dissimulantiam, qua quum palam mirificam morum gravitatem affectet, in obscuro tamen omnis generis deliciis immoderatissime et impudentissime indulgeat. Contulisse juvabit simillimi sensus colorisque locum Diall. Mortt. X, 8. ubi recensitis jam compluribus, quae philosophus mortuus deponere jubetur, nunc Mercurius pergit: *νὴ Δία καὶ χρυσίον γε τουτὶ καὶ ἡδυπάθειαν δὲ, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν· οὐ λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα περικρύπτεις αὐτά.* Lehm.

Pag. 112. l. 2. *Τινὸς λέγ. ἀνδρὸς*) Non possum hic cum viro eximio et de me optime merito sentire, qui haec de alio philosopho dicta vult. Dicuntur certe de Hermotimi magistro, sive is Thesmopolus fuerit, ut superius innui, aut alio quovis nomine notus homo. Miror autem in toto hoc Dialogo Luciani non solitam moderationem, qua hominis sordidissimi nomen reticere sustinuit. Unde colligo, omnia ejus opuscula, in quibus nominatim in sui temporis homines invehitur, ab eo post XL. aetatis annum scripta. Solan.

Ead. l. 6. *Ἕνη καὶ νέα*) Vid. *Aristophan. Schol.* ad Nub. Act. IV. Sc. 1, 1. ubi fuse enarrat, qua ratione id nomen ultimo mensis diei inditum sit, quia eodem die luna et desinit et incipit. Adde et *Plut.* in Solone, p. 168, 1. Solan. Quae mox vulgo edebantur verba: *καὶ ἐπὶ ταῦτα ἠγανάκτει*, intelligi plane non potest, quomodo per tot secula sic conservari potuerint; praesertim quum genuina ipsa Editoribus ob oculos versata fuerint. Primum enim illa absurdam continent repetitionem rei jam commemoratae, adeo illam absurdam, ut etiam *Gesnerus* ea pro lubitu quidem, sed sensum tamen elegantem suum secutus, in versione plane omittere decreverit. Deinde sequentia verba: *παρεστὼς ὁ θεῖος* patet nullo vinculo cum illis necti, atque adeo orationem sic reddi admodum inconcinnam et asperam, qualem vix unquam in *Luciano* invenias. Denique quaeso quis usquam legerit phrasin *ἐπὶ τὶ ἀγανακτεῖν;* Nihil itaque certius est, quam, praeeuntibus Codice L. et Edd. J. et B. 3., legendum esse: *Καὶ ἐπεὶ ταῦτα ἠγανάκτει, παρεστὼς ὁ θεῖος* etc. Et sic ego confidenter correxi. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἰδιώτης*) Non simpliciter *hominem privatum* significare, sed *ἄμουσον*, *rudem* et *incultum*, ex addito *ἄγροικος* adparet, et ex aliis, quos adduxit *Jens.* Vid. supra ad c. 67. Adde, si lubet, *Elsner.* ad Act. Apost. IV, 13. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἐκτετίκαμεν διάφορον*) Recte ibi interpres. Est enim *διάφορον* ex *Suid.* *τὸ τίμιον*, *merces.* Caetera hujus Dialogi antea sum interpretatus. Bourd. Conf. infr. Amor. c. 8. Solan.

Pag. 113. l. 2. *Δίκην ἔφυγον*) Scribo *ἔφυγεν*. Brod. Sed quia *S.* hoc jam habet, ego *ἔφυγε* propter euphoniam scribere non dubitavi. Reitz.

Ibid. *Ἔφυγεν*) W. Cod. et plerique impressi *ἔφυγον*. *S.* recte mutavit. Solan.

Ead. l. 4. *Αὐτοῦ ἐλάβετο*) *Quod cum manu prehendisset.* Brod.

Ead. l. 5. *Τὸν κάδην*) *Cadum, ut symbolum daret ac deponeret.* Brod. Sed vide, quam parum recte *κάδην* scribat, pro *κάδον*. Reitz.

Ibid. *Τὸν κάδον*) Mirum est, in editis legi *ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο, ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος τὸν κάδην.* Quid est *κάδης*, aut ubi invenitur? leg. *κάδον*, hoc est, *vini cadum in sinu efferentis.* Quae mox addit de crocodilis, et cornibus, intelligenda sunt de syllogismis Stoicorum, quos sic nominabant. Vide superius in Vit. Auct. (c. 22.) Pagina seq. *ὁ φιλόσοφος ὅρα οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν.* Vertitur: *vide, mi Hermotime, cujusmodi responsum, quam sene dignum philosophus ille reddiderit.* Atqui *πρεσβυτικὸν* responsum est *anile responsum*, ut patet ex sequentibus: *ἐπεὶ καὶ αἱ τίτθαι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες· siquidem etiam aviae talia de pueris dicunt, nimirum ad magistrum illis eundum, nam licet boni nihil possint discere, nihil mali tamen committent, dum ibi manebunt.* Graev. Mirum est, in omnibus impressis, si a Fl. et J. abeas, *κάδην* hic legi. W. recte *κάδον*. Solan.

Ibid. *Ἔχοι*) Antiquiores Edd. et ipse M. *ἔχει*. *B.* 2. et Par. *ἔχη* melius. *S.* et *A.* rectius *ἔχοι*. Solan. Vix obsequerer *Salmuriensi* soli, nisi res ita manifesta foret, ut paullo supra in *ἔφυγε* pro *ἔφυγον*. Sed eo ipso, quod M. non *ἔχη*, sed *ἔχει* habet, adparet, eum *ἔχοι* dare voluisse; ideo vulgatum *ἔχη* securus ejeci. Reitz. *Ἔχη* habent etiam Codd. 2954. 3011. et Ed. B. 3. Variationis hujus caussa quaerenda et h. l. in istius aevi pronuntiatione literarum *η*, *οι* et *ει*, ut supra c. 78. *προγυμνάζεις* legebatur, et *—οις*, et *—ης*. *Belini* conjecturam *ὡς ἂν ἔχοι* nihili esse, non opus est, ut denuo demonstretur. Lehm.

Ead. l. 11. *Ὁ Κροκόδειλος*) Hoc ante explicatum est, atque etiam illud *καὶ κέρατα ἀναφύει.* Brod. Vid. supra, Dial. Mort. I. non ita longe ab initio, et Vit. Auct. c. 22. Solan. Studio expressi *Brodaeanum* *ὁ* pro *ὡς*, etsi festinantis aberrationem credo. Reitz.

Pag. 114. l. 1. *Κέρατα*) Vid. iterum supra Dial. mort. I. Solan. Immo et saepe alibi de hoc syllogismi fraudulenti cognominatione dictum est, ut in Vit. auct. etc. Reitz.

Ead. l. 3. *Ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα*) *Ne quid audiat, quod eum, haec apud se meditantem, turbet atque interpellet.* Brod.

Ibid. *Αὐτὸν*) Malim *αὑτὸν*, adspirate. Reitz. Tacite obsecutus est *Schmiederus*, sed temere. Vide modo ad c. 3.

nott. [e]) et [h]) in Varr. Lectt. porro ad c. 17. Adnot. et Adnot. ad c. 26. Lehm.

Ead. l. 9. *Ληρεῖ*) Variationis notam adposuerat *Solanus*, nec tamen addiderat, qualis ea esset, fors rursus ληροῖ quaesivit; sed indicativus sese recte habet. Vid. nos supra ad c. 61. Reitz.

Ead. l. 11. *Μόνον βασιλέα*) Haec sunt nunquam satis derisa Stoicorum somnia. Brod. Cf. Vit. Auct. c. 20. Lehm.

Ead. l. 13. *Ὁ φιλόσοφος*) *Filii praeceptor.* Brod.

Ead. l. 17. *Καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδώς*) Perperam reddunt, *philosophia, et praeter hanc verecundia:* sensus enim est, *philosophia et reverentia erga eam.* Ita πρὸς saepe sumitur, ut in Tyrannicida, *Τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ.* In Abdicato, *Εὐνοίας πρὸς ἐμέ.* Sic etiam pro Imagin. Pseudomant. *Τὸ* (*τῷ*) *πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι* Sed ipsissimum hoc *ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδώς*, est in L. de Saltatione, *Οἵου με ἔφη θεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρηκεν.* Vitring. Quod *Horat. Vitringa* in pristina versione reprehendit, ex Benedictina est; id nec *Obsopoeus* melius reddiderat, *philosophia juxta ac verecundia.* Recte *Gesnerus* jam dedit, etiam non visa *Vitringae* correctione, quam ego ex ejus nott. Mss. quae quidem numero admodum sunt paucae, inserui. Et mirandum videtur, in locutione tam vulgari aberrare potuisse priscos interpretes: nam *πρὸς* cum accusativo significare *affectum esse erga*, vel *adversus* aliquem, ex omnibus Auctt. constat; sic *Herodian.* I, 4, 6. *Ἐκ γὰρ ὧν διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς.* Ibid. 9, 15. *ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Περέννιον διακείμενοι.* Sed plane Lucianeae dictioni similis haec apud eund. *Herodian.* I, 8, 5. *Καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους αἰδώς·* quod non opus est pluribus adstruere. Interim excusabilis est error, quia alibi tamen recte per *juxta* vel *cum* redditur, ut ap. eund. *Herodian.* I, 5, 5. *Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυςφορεῖν*, *communem esse mihi vobiscum super his calamitatibus moerorem, et vos non minus, quam me, graviter ferre.* Et III, 6, 5. *τοῦτο πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην*, *hoc cum illo divisi*, (*communicavi*) ac non semel alibi. Reitz.

Pag. 115. l. 7. *Ἀπιτέον*) Recte quidem. Sed alibi dicit *ἀπιτητέον* et *εἰςιτητέον*, ut hoc Dial. cap. 73. f. etc. Reitz. *Προςιτέον* Necyom. c. 1. Sed *παριτητέον* De Merc. Cond. c. 42. Lehm.

Ibid. *Ἐς διδασκάλου*) Scil. *οἶκον*. Vid. de hac Ellips. not. *Jensii* supra ad libell. de Sacrif. c. 1. et infra ad Parasit. sive Lectt. Lucian. p. 351. Adde *Hom.* Il. Z, 47. *ἐν ἀφνειοῦ πατρός.* *Aristoph.* Plut. 84. et Nub. 961. Plura *Kuster.* ad *Plut.*

Aristoph. 237. et 242. Et *Maittaire* de Dialect. p. 73. et *Solan.* ad Somn. c. 1. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἀποπλῆσαι*) Conf. infra Abdic. cap. 9. et 19. Item Toxar. c. 51. Solan.

Ead. l. 11. *Τῶν εἰδότων*) *Τῶν εἰδόντων* legerat in suo exemplari *Brod.* Vid. Misc. IX. cap. 16. Sed sibi placere ait *εἰδότων*. Quod jam in Edd. inveni, nec quidquam variationis ab *Solano* notatum est. Reitz. Aldina certe 2. hac menda typographica laborat. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἀνέγνωκε βιβλία*) Stoicorum libros. Guyet. Chrysippi liber erat *περὶ ἀξιωμάτων*. *Diog. Laërt.* 210. C. et *περὶ καταλήψεως*, idem 213. A. Alterius Stoici reliquos esse statuendum est. Apud *Arrianum* etiam, *οὗτός φησιν ἤδη καὶ δι' αὑτοῦ δύναται Χρύσιππον ἀναγινώσκειν*. I. c. 4. Solan.

Ead. l. 14. *Περὶ καθηκόντων*) *Περὶ καθήκοντος*, singulari numero, libros inscripsere Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Panaetius. *Officia*, numero multitudinis, maluit *Cicero*. *Quod de inscriptione generis, non dubito, quin καθῆκον* officium *sit: nisi quid tu aliud. Sed inscriptio plenior* de Officiis, inquit ille lib. 13. epist. ad Atticum, epist. 2. *Τὰ καθήκοντα* quoque legere est apud *Suidam* in *καθήκοντα*, et apud *Laërtium* in Zenone Cittieo. Menag.

Pag. 116. l. 10. *Ἀνάλωκα*) Tironi dico, cave hic quicquam mutes: sic enim docent Grammatici saepius efferri, et omnino sic *Demosthenes* aliique; quod ideo moneo, quia *B.* 2. mutavit. Solan. Cum B. 2. etiam B. 3. *ἀνήλωκα* habet. Recte autem *Solanus* et recentt. repudiarunt hanc mutationem, quamquam supra cap. 42. in *ἀνήλωται* omnes libri consentiunt. Vid. *Thom. Mag.* s. *ἀνάλωσα*, *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* Vol. III. a. p. 32. sq. *Osann.* ad *Lycurg.* in Leocr. p. 174. Reisk. et quos hic alios citat. Lehm.

Ead. l. 15. *Αἴσωπος*) Periit haec, cum multis aliis, *Aesopi* fabula: neque enim in *Aesopo* hodierno, aut in reliquis fabularum antiquis scriptoribus invenitur. Solan.

Ead. l. 16. *Ἐπὶ τὴν κυματώδη*) Cum Hermotimus deploraret jacturam temporis, quam impenderat philosopho, respondet Lucianus, nihil lachrymis profici, prudentius facturum, si Aesopo in fabulis monenti obsequatur: *ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα.* *Ubi dicit*, inquit interpres, *quendam in littore maris consedisse, ut numeraret undas.* Vides, *ἐπὶ τὴν κυματώδη* plane omitti ab interprete. Sed locum hunc mendosum esse non animadvertisse interpretes vix credi posset, nisi res ipsa loqueretur. Ipsi Grammaticorum canones doce-

bant, dicendum fuisse ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον τῇ κυματώδει. Ms. pro ἐπὶ τὴν κυματώδη scribit ἐπὶ τὴν κυματωγήν· quod argumento est, ἐπὶ τῇ ἠϊόνι esse glossam, et interpretationem magistri, quae in contextum irrepsit. Indubie scripsit *Lucianus*: ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τὴν κυματωγὴν καθεζόμενον ἀριθμεῖν τὰ κύματα, *dixit enim, quendam in crepidine littoris consedisse, ut numeraret fluctus.* Κυματωγὴ est ἠϊὼν κυματώδης, littus, quod fluctibus pulsatur. *Hesych.* Κυματωγὴ, ῥαχία, αἰγιαλοῦ ὑπεραγωγή. Usus etiam hac voce *Lucianus* est in Cataplo (Navigio potius c. 8.): Ἀπόξηροι δέ εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι παραθηγόμεναι τῷ κλύσματι, καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγὴν, καὶ τὸν ἦχον μέγαν· *erant rupes nudae et asperae, quas fluctus pulsabant, et valde horribilis erat illa crepido et magnus strepitus.* Extat etiam apud *Herodotum* in Calliope, ut dudum *Budaeus* observavit, apud quem tamen male scribitur κυματώγη, et in Ms. *Luciani* κυματογή. *Eustath.* ad Odyss. ε', ἐπιωχαὶ, ἐξοχαὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ πλατεῖς αἰγιαλοί. μάλιστα δὲ τόποι σκέπην ἔχοντες. ἔνθα καὶ ἰωὴ τουτέστι, πνοὴ ἄγνυται μὴ δυναμένη δηλαδὴ προϊέναι. καθ' ὁμοιότητα δὲ τούτου, καὶ κυματωγὴ παρ' Ἡροδότῳ ἡ ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυνται. GRAEV. Vid. Timon. sub finem: μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ 'γαθὲ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματώδους γῆς. Ubi itidem in Ms. legitur κυματώγης pro duobus postremis verbis. Pronuntiat ex *Eustathio Tan. Faber*, vulgatam esse glossema. Mihi, cui *Eustathius* ad manum nunc non est, nondum liquet. Locus a *Graevio* laudatus non in Cataplo reperitur, sed in Navigio; verum in eo nihil video, quod de littore intelligi κυματωγὴν cogat. Aliunde habere hanc fabulam *Aelianus* videtur, qui XIII, 15. Var. Hist. nomen isti fatuo facit Κοικυλίων. G. M. P. et L. κυματωγὴν habent; sed in M. quem solum ipse inspexi, prius fuerat κυματωδῆ. *Polyaen.* παρὰ τὴν ἠϊόνα παίζειν, Strat. I. p. 28. SOLAN. Κυματωγὴν) Etsi *Solanus* Editionum lectionem κυματώδη servari maluerit, ego hic *Graevio* et quinque Mss. potius auscultavi, licet alterutrum pro glossemate possit haberi, ut ἐπὶ τῇ ἠϊόνι, aut ἐπὶ τὴν κυματωγὴν superfluum sit. REITZ. Lectio κυματωγὴν satis fulcitur optimis testimoniis, et iis quoque, quae ad Timonis l. l. ab *Hemsterhusio* imprimis et *Tan. Fabro* adnotata sunt. Alterutrum vero horum: ἐπὶ τῇ ἠϊόνι et ἐπὶ τὴν κυματωγὴν, superfluum esse, et, ut *Graevius* ait, pro interpretatione magistri habendum, tum lubenter concedam, quum vel demonstratum fuerit ἠϊὼν et κυματωγὴ adeo idem significare, ut in uno eodemque loco utrumque poni non possit, vel etiam explicatum, qui fieri potuerit, ut a glossatore ἐπὶ

alii casui, quam in textu, jungeretur. Neutrum, vereor, ne satis prospere effici possit. Nam quum ἠϊὼν omnino significet litus maris fluminisve, bene quidem fatuus ille homo in hoc litore omnino fuisse dicitur; simul autem, ut intelligeretur, quomodo fluctus ille numerare posset, addendum erat, eum ad crepidinem consedisse, unde illud efficeretur. Verte itaque cum *Gesnero: sedentem in litore ad fluctuosum mare;* et intelliges etiam, cur ἐπὶ primum cum Ablativo, deinde cum Accusativo, constructum sit. Nec non patebit caussa, qua ductus comma post καθεζόμενον vulgo positum delere decreverim. Fabulam ipsam *Aelianus* V. H. XIII, 15. quem locum et *Solanus* laudat, Comico cuidam poëtae adscribit, stultum istum *Coecylionis* nomine appellans, quem *Eustathius* ad Odyss. *K.* *Πολύωρον* vocat; quamquam hic non ἀριθμῆσαι, sed μετρῆσαι, τὰ κύματα perhibetur. Jam quum in *Aesopi* fabulis haec non reperiatur, obscura adhuc manet fabulae, vel, si malis, historiae origo. Procedente autem tempore in proverbium abiisse videtur. Lehm.

Pag. 117. l. 8. *Μεταμαθήσῃ*) *Ald. Junt. Hag. Par.* Fl. nec dubito, quin et reliquae, habebant μεταθήσῃ. Quod mutavi, quia μεταμαθήσῃ hic longe aptius: significat enim, *alia vel meliora discere*, ac *pristina dediscere*, quod notum. Sed et *mutare animum* recte vertitur ap. *Aristophan.* in Plut. 925. *Οὐδ' ἂν μεταμάθοις; ΣΥ. Οὐδ' ἂν δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον αὐτόν.* Reitz. *Μεταθήσῃ* habent etiam A. 1. 2. B. 1. 3. neque id mutari debebat, judice etiam *Schaefero* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 86. *Μετατίθεσθαι* enim est *mentem, sententiam, vitam, moresve, suos mutare*, quod discas e Jov. Confut. c. 10. et Cynic. c. 18. ubi vide *Gesneri* notam. *Μεταμαθήσῃ* *Schaefero* glossema esse videtur, quod *Belinus* pro Subjunctivo habens vere miserabiliter in μεταμαθήσεις mutari voluit. Melius eidem *Belino* cessit emendatio ,ἤνπερ εὖ φρονῇς e Cod. 2954. pro vulg. φρονεῖς. Verum in universa loci structura sunt praeterea, in quibus offendas. Attende primum, qua ratione invicem conjungantur ἀξιῶν, καὶ συμπολιτεύσῃ (mutila est lectio Cod. 2954. πολιτεύσῃ), ubi exspectasses συμπολιτευόμενος. At nihil mutandum censeo, quum liberior haec quidem sit oratio, in qua facile ex sensu praecedentis Participii suppleas εἰ, quod cum Futuro nectatur, quemadmodum etiam interpretes omnes recte verterunt. Nec desunt in nostro scriptore hujus generis Anacoluthorum exempla. Cf. De Merc. Cond. c. 32. ibique notam. Nunc autem ostendatur mihi velim, quo jure, quove sensu, adnectantur verba: *καὶ οὐκ αἰσχύνῃ* etc. h. e. *nec pudet te* etc. in Praesenti, quum

praecesserit tamen Futurum? Variantem non deprehendi ullam lectionem, nisi quod plenius ante haec verba distinctum video in Edd. vett., commate tantum in *Reitz.* et recentt., et quod in *Ald.* utraque post βέλτιον interrogationis signum reperitur, haud dubie illud ineptissimo loco positum. Jam pleniorem illam interpunctionem revocare placuit, et pro *αἰσχύνῃ* levissima mutatione rescribere *αἰσχύνη*, jota sub η ejecto, ut hic exsisteret sensus, nisi fallor, germanus: *nec erit jam, quod te pudeat*, etc. *Οὐκ αἰσχύνη* (int. ἔςται) non minus Lucianeum est, quam phrasis *οὐδεὶς φθόνος* (ἐστὶ omisso). Cf. Diall. Mortt. XV, 1. *τὸν Πηλέως δὲ υἱὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὐτοῦ διανοεῖσθαι, πολλὴ αἰσχύνη* etc. *magno est dedecori.* Parasit. c. 58. *ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκοῦσιν ὥσπερ εὐεργοῦντες καὶ χαριζόμενοι τρέφειν αὐτοὺς οἱ πλούσιοι, καὶ εἶναι τοῦτο αἰσχύνην τῷ τρεφομένῳ, et esse, quod pudeat eum, qui sic alatur.* Lehm.

Ead. l. 12. *Ἐπὶ πάντας*) Scil. φιλοσόφους. Brod.

Ead. l. 13. *Ἥιρησο*) Dicit, se haec disputasse contra Stoicos, non quod singulari quodam odio illos prae ceteris philosophorum sectis prosequatur, sed quod Hermotimus huic se mancipasset, idem dicturus, si aut Platonem aut Aristotelem sectaretur. Sed in Graecis verbis menda latet. Sic eduntur: *τὰ γὰρ αὐτὰ πρός σε εἶπον ἂν, εἰ τὰ Πλάτωνος, ἢ Ἀριστοτέλους ἥρησο, τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς*· sed quid est *ἥρησο*; legendum omnino *ἡρήσω*· si aut Platonem aut Aristotelem praetulisses, sectatus esses. *Αἱρεσθαί τινος* est aliquem sectari. Hinc *αἱρέσεις* sunt sectae philosophorum. Infra *κεκολασμένη δίαιτα* est adstricta severa vivendi ratio, quam in victu et amictu tenebant philosophi, cui opponuntur *ἄνετα πάντα καὶ ἐλεύθερα*, *libera omnia et soluta*, ut *Cicero* loquitur. Sic et *Plutarch.* in Lycurgo duram illam disciplinam, qua pueri Lacedaemoniorum coërcebantur, vocat *δίαιταν κεκολασμένην*. Graev. Tenui spiritu omnes antea scribebant. Solan. Monente *Solano* spiritum asperum adsumsi; etsi *Brod.* quoque scribit *ἥρησο, delegisses.* Sed ex *B.* 2. punctum subscriptum addidi: est enim ab *αἱρέομαι, eligo,* non ab *ἔρομαι* interrogo, et plusquamperfect. passivae formae in hoc verbo active valet, veluti *τεθέαμαι, vidi,* Evang. *Joan.* I, 32. *δέδεκται*, *accepit*, *Act.* VIII, 14. Sunt enim haec verba deponentia. Sic *Herodian.* I, 13, 15. *ἐδεδουλῶντο* active ponit. Miror itaque Cl. *Graevium* rogare quid sit *ἥρεσο*? Reitz.

Pag. 118. l. 5. *Οὔτε δίαιταν κεκολασμένην*) Id est, *neque castigatam* (h. e. *strictiorem*) *vivendi rationem.* Sic *Aelian.* V. H. XI, 3. *κεκολασμένῃ τροφῇ διαβιῶναι.* L. Bos.

Ibid. *Δίαιταν*) Vid. supra Nigrin. c. 7. ex divisione *Solani*; sed quia alia ibi facta capitum divisio, erit caput proximum vel alterum ab illo, quod jam inquirere non vacat. REITZ. Caput est Nigrini 13. extr. in quo legitur *τῆς διαίτης τὸ ἀκόλαστον*. LEHM.

Ead. l. 10. *'Ελλέβορον πιεῖν* etc.) Alii multi bonique hoc de Carneade. Edissertavi hoc *ἀμφίλογον* ad *A. Persii* S. V. MARCIL. Conf. infra (Ver. Hist. 2. c. 18.) GUYET. Ipse Lucianus infra, verae Historiae lib. 2. *ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου* etc. Diximus pluribus ad *Laertium*. MENAG.

Ibid. *'Ες τὸ ἔμπαλιν*) *Ut eorum omnium oblivíscerer*. BROD.

Ead. l. 11. *"Εμπαλιν ἢ ὁ Χρ.*) Chrysippum enim helleboro cerebrum purgasse, ut ad meditandum aptior esset, memoria proditum est. Vid. *Menagii* not. ad *Diog. Laert.* et *Nostrum* in Vit. Auct. c. 23. et Ver. Hist. II. c. 18. SOLAN.

Ibid. *"Η ὁ Χρύσιππος*) Qui adversus Carneadem disputaturus helleboro caput purgasse fertur. Parum abfuit, quin praeterirem, verba haec, *ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττειν* in adagio, *Aquam in mortario tundere*, et illa, *ὁ γνώμων φασὶ*, in proverbio *Gnomon et regula*, explicari. BROD.

Ead. l. 13. *Παραφερόμ.*) Ex L. haec scriptura; in quo tamen mendose *παραφυρ—* legebatur. In reliquis *περιφερ—* minus apte. Vid. Timon. c. 25. SOLAN. Etsi primo intuitu admodum blanditur vulgatum *περιφερόμ.* quia *agitatum, circumerrantem* signif. tamen id non vult Noster, sed *abreptum, delatum* eo, quo tempestas fluctusque volunt, i. e. *vulgarem opinionem sequebar, non utens libero ratiocinio*, quod ipse mox per *συῤῥέοντα τῷ ὕδατι* clarius exponit. Ideoque non dubitavi trium Codd. lectionem recipere. REITZ.

Ead. l. 15. *Θεὸς ἐκ μηχανῆς*) Miror *Brodaeum*, qui hic more solito non dixerit, vid. *Erasm.* in proverb. REITZ.

Pag. 119. l. 1. *Ξυρῆσ.*) Vid. supr. de Merc. cond. c. 1. SOLAN. In eo quidem loco *ναυαγία* legitur de *naufragio*, secundum *Thomae M.* praeceptum. Nec semel alibi apud Nostrum. Neque tamen hoc satis erat caussae, cur *Reitzius* vel tacite lectionem hujus loci veterem et communem *ναυαγίων* in *ναυαγιῶν* mutaret, recentioresque Editores hunc sequerentur. Nam etiam *ναυάγιον* et *ναυάγια*, ut omnino apud seriores scriptores, ita etiam apud hunc nostrum, occurrunt de *naufragiis* usurpata. Catapl. c. 6. *οἱ ἀπὸ τῶν ναυαγίων*. Bis Accus. cap. 21. *ὥςπερ ἐκ ναυαγίου λιμένι προςνέοντα*. Navig. c. 14. *ὃς τηλικοῦτον ναυάγιον εἴργασμαι*. Vid. omnino de horum ipsorum et de hujusmodi aliorum vocabulorum permutationibus *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 517. sq. Jure itaque optimo

videor mihi veterem formam *ναυαγίων* pro *Reitziana ναυαγιῶν* restituisse. Lehm.

Ead. l. 3. *'Ελεύθεροι*) Conf. infr. Navig. c. 2. Solan.

IN HERODOTUM SIVE AETIONEM.

Pag. 120. l. 1. *ΗΡΟΔΟΤΟΣ*) Est *λαλιὰ*, sive *προςλαλιὰ*, cujusmodi etiam supra *Insomnium*, et infra *περὶ τοῦ οἴκου*. Et *'Ιππίας ἢ βαλανεῖον*. Et *περὶ τῶν διψάδων*. Marcil.

Ead. l. 3. *Μεῖζον γὰρ εὐχῆς*) Conf. supr. De Merc. Cond. c. 12. Solan.

Ead. l. 5. *'Αρμονίαν*) i. e. compositionem, numeros, quod in *Herodoto* agnoscit et praedicat *Dionysius Halic. περὶ συνθέσ.* s. 3. p. 22. Uptoni, seq. ubi etiam illud alterum de Ionica suavitate illustratur, *ἵνα μή τις ὑπολάβῃ τὴν διάλεκτον εἶναι τῆς ἡδονῆς αἰτίαν τῇ λέξει κ. τ. λ.* denique itaque concludit, *ἐξ ὧν ἄν τις τεκμήραιτο, ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἡ πειθὼ τῆς ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ συζυγίᾳ.* Add. *Quintil.* IX, 4, 19. *In Herodoto, cum omnia leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habet eam jucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.* Paullo ante s. 16. *Neque mihi*, inquit, *quamlibet magnus auctor Cicero persuaserit, Lysiam*, Herodotum, *Thucydidem parum studiosos* compositionis *fuisse* etc. Gesn.

Pag. 121. l. 2. *Πέρα τῆς — ἐλπίδος*) Confer supra De Merc. Cond. c. 7. fin. Solan.

Ead. l. 3. *Συγγράμμασι*) *Συγγράμματα* Herodoti esse *libros* ipsius *historicos*, satis ex iis constat, quae de vi hujus verbi ad *Thucydidis* principia disputantur ab *H. Stephano.* Gesn.

Ibid. *Γνώριμος*) Vox haec, sine qua manca prorsus sententia, in omnibus tamen vulgatis deerat. Nos ex L. et Ed. J. restituimus. Solan.

Ead. l. 4. *'Εν βραχεῖ κατ.*) Hic aliquid desideratur. An *γνώριμος*; Sic infra: *γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγένοντο*, pag. 118. Guyet. Vide, ut rem acu tetigerit *Guyetus*. Id ipsum enim, quod omissum conjecit, in L. et J. inventum restituimus. Reitz.

Ead. l. 5. *Πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας*) Cum *Plinio* non concordat *Lucianus*, nec *Suidas* cum *Luciano*. Nam *Plinius* L. 12. c. 4. de ebore haec ait: *tanta erat eboris auctoritas, urbis nostrae CCCX. anno. Tunc enim auctor ille* (Hero-

dotus) *historiam eam condidit in Thuriis in Italia.* Non igitur e Caria solvens adiit Graecos et conventum Olympiacum, ut historiam suam in ea celebritate recitaret, (ut hoc loco scribit *Lucianus*) si eam tum demum scripsit, cum patria relicta factus est Thurius civis. At *Suidas* cum *Plinio* et *Luciano* pugnat. Sic enim scribit in voce Ἡρόδοτος· *μετέστη δὲ ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον Ἁλικαρνάσσου. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον, καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'*, id est, *secessit vero Samum propter Lygdamin tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi factum. Sami igitur et dialectum Ionicam exercuit, et historiam scripsit in libris novem.* Quis eam litem dirimet? *Plinius* antiquior, *Lucianus* omnis Graecanicae antiquitatis, si quis alius, callens. *Suidas* sua omnia ex antiquis auctoribus, qui suo tempore exstabant, habet. Conjecturae etiam utrinque militant. Ex laudibus, quibus abunde perfundit Artemisiam, videtur ea scripsisse, dum sub tyrannide Lygdamidis ejus foeminae nepotis vivebat. At contra dialectus Ionica, qua exacte utitnr, suadet, eum non amplius Halicarnassum habitasse, quando historiam scripsit: nam Dorica dialectus ibi erat in usu. Itaque quando *ἀπορία* me torquet, (ut verbis *Ciceronis* utar) nullo praejudicio te onerabo, lector, et integrum hoc *σκέμμα* tibi relinquam examinandum. Palm. Confirmat hic locus, quod *Scaliger ὁ πάνυ* in notis ad *Eus.* Chron. p. 104. asseruit, scilicet ante scriptam ab *Herodoto* historiam, quam Thurios trajiceret. Vid. etiam *Fabricii* Biblioth. Gr. 661. Nihil tamen repugnat, quin novis curis, dum Thuriis degebat, primam illam editionem, ut ita dicam, Historiae suae, locupletarit et ornarit: quae etiam nobilissimi scriptoris nuperi *Humphredi Pridcaux* sententia est; quem vide P. I. L. VI. Gallicae autem a me factae versionis T. II. p. 206. Solan. Etiam *Wesselingii* haec est sententia in Vita Herodoti; nec non *Larcherus* in Vie d' Hérodote simili ratione diversas istas narrationes inter se conciliavit. Lehm.

Ead. l. 7. *Συγγραμμάτια*) Diminutivum istud quis ferat de Herodoti historia usurpatum? Eam autem, quam habemus, non alia scripta, intelligi, sequentia demonstrant. Lege ergo, meo periculo, invitis libris omnibus, *συγγράμματα.* Solan. Ferri posse Deminutivum credo, modo ex ipsius Herodoti mente dictum accipias. Quam rationem etiam *Gesnerus* quodammodo expressit, vertens: *tum si quid scripsisset.* Lehm.

Ead. l. 12. *Κατ' ὀλίγον ἀγείρων*) V. supr. Catapl. c. 17. Reitz.

Ibid. *'Αγείρων καὶ συλλέγων*) Haec verba, *οὔκουν ἠξίου διασπᾷν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν*, videntur, ratione locutionis emendatae postulante, sic esse rescribenda, *οὔκουν ἠξίου διασπᾷν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρειν καὶ συλλέγειν τὴν γνῶσιν· noluit igitur ita rem discerpere, neque partitione tali minutatim colligere et comparare sibi famam.* Nam quamvis participia saepe ponantur pro infinitivis, ut Grammatici loquuntur, hic tamen locum non habent: pendent enim ab *ἠξίου καὶ οὐδέ*. Nec dubito, quin pag. sequ. sit scribendum, *οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι.* In editionibus *ἀπὸ* non habetur, cum tamen sententia loci vocem eam requirat. GRAEV. Scribere sane *Lucianus* debebat, ut *Graevius* vult, *ἀγείρειν καὶ συλλέγειν*. Id requirebat vox *οὐδὲ*, in qua simul latet copula. Veruntamen nihil ausus sum mutare, quum nullius libri auctoritas accedat, nec Anacoluthorum exempla in nostro scriptore insolita sint. Multo mallem edere: *οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω καὶ κατ' ὀλίγον* etc. Excidit *καὶ* librariorum, opinor, oscitantia. LEHM.

Pag. 122. l. 4. *'Οπισθόδομον*) De gradibus templi habitas has orationes docet *Philostr.* ep. XIII. p. 919. *ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβίδος·* et vit. *Apollon.* lib. II. cap. 2. p. 141. c. 31. p. 170. *ἀπὸ τῆς κρηπίδος τοῦ νεώ.* AG. X, 95. Vid. *Philostr.* Gorgia p. 493. ubi *τὸν μὲν λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἤχησεν.* Et mox: *ὁ δὲ 'Ολυμπικὸς λόγος* etc. De *ὀπισθοδόμῳ* vid. notas ad De Mort. Peregr. c. 32. SOLAN.

Ead. l. 6. *Μούσας*) Non ergo Herodotus ipse ea suis libris nomina fecit; quamvis non desint, qui id incaute nimis credunt. Vid. etiam Qu. Hist. Conscr. c. 42. SOLAN. Quin etiam *Larcherus* in *Herodoti* sui Tom. III. p. 263. haud improbabiliter ostendere conatus est, Musarum nomina libris Herodoteis a posterioribus demum Grammaticis indita esse. Singulorum saltem librorum denominationes medio aevo deberi, mihi quidem certum esse videtur. LEHM.

Ead. l. 8. *'Ολυμπιονίκας*) *Casaub.* ad *Theocr.* *Scal.* ad *Catull.* ex *Suid.* innominato. De Hippia, ipse postea, *Cic.* *Apul.* De Prodico, *Xenophon*, et nos ad Somnium *Luciani:* de Anaximene et Polo, id. p. 208. *Aristot.* *Diog. Laërt.* De Aëtione, *Theocrit.* Epitaph. Aescul. De nuptiis Alexandri et Roxanes, *Arrian.* *Curt.* BOURD.

Ead. l. 10. *Οἱ δὲ τῶν ἐκ*) In omnibus libris erat *ἐκ τῶν*. Mutavi ego, et feci, *οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς* etc. saepe enim sic usurpatur et apud Nostrum et apud alios scriptores. SOLAN. Quod omnino fieri posse stolide negat *Belinus*, quum phra-

sin πυνθάνεσθαί τινος, *sciscitari ab aliquo*, vel analogia illius, ἀκούειν τινὸς, commendet. Sed vide *Dorvill.* ad *Charit.* pag. 578. Lips. cf. p. 331. ej. libri. Quod nunc ad lectionem loci nostri attinet, primum fallitur *Belinus*, quum ἀπὸ in Codice, nescio quo, manuscripto reperiri putat, et hinc jam legendum arbitratur: οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς π. Nam nota haec: *Gr.* in *Reitzii* Lectt. Varr. non Codicem significat, sed conjecturam tantum *Graevii*, quam in una superiorum adnotationum prolatam legimus. Deinde καὶ, quod Cod. 2954. suppeditat, merito a *Belino* despicitur, quia sensum turbat. Ergo quae nunc restat, vetus lectio: οἱ δὲ ἐκ τῶν τῆς πανηγύρεως ἡκόντων, utpote manifesto mendo laborans, quod est in locutione ἥκειν τινὸς τόπου, feliciter emendata videatur necesse est, transpositis a *Solano* vocibus ἐκ et τῶν. Neque injuria *Reitzius* et recentt. Editt. secuti sunt. Lehm.

Ead. l. 12. *ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ*] De hoc more veterum digito monstrandi nonnulla monita sunt a Commentatt. ad Somn. c. 11. Tom I. p. 197. sq. ubi tamen hunc locum nostrum non video, ut par erat, respectum. Lehm.

Pag. 123. l. 1. *Τῶν ἱστοριῶν*) Intellige ἕνεκα τῶν ἱστ. ellipsi nimis frequenti, quam ut exemplis firmetur. Ut *Hom.* Il. *A*, 65. Εἴτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης· *Sive is nos* ob *vota non reddita incusat*, *sive ob hecatomben.* Reitz. Aliena confudit *Reitzius.* Quodsi qua voce opus sit ad explendam phrasin ἀπολαύειν τινὸς, longe praestabit ἀπὸ, quam ἕνεκα, quod ineptissimum, efficit sensum, supplere. Sancit quodammodo hanc legem locus Diall. Mortt. IV, 2. ubi ἀπὸ in hac phrasi vere additum legitur. Vid. *Jensius* ad Timon. c. 2. Tom. I. p. 360. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἱππίας*) *Hippias Eleus*, ut ex *Platone* etiam constat, quem vide in eo Dialogo, cui *Hippias major* titulus est, statim ab initio p. 95. Olympiam ibi dicitur accessisse instructus cum aliis multis, tum λόγοις πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς. Adde et *Cic.* de Orat. III, (IV.) 32. *Philostratus* in ejus vita p. 496. ἔθελγε τὴν Ἑλλάδα ἐν Ὀλυμπίᾳ λόγοις ποικίλοις καὶ πεφροντισμένοις εὖ. Solan.

Ead. l. 6. *Ἀναξιμ.*) Anaximenes hic etiam statuae honorem consecutus est Olympiae, non minus quam Gorgias. De utroque *Pausan.* Eliac. 2. p. 376. Gesn. Anaximenem *Chium* equidem ignoro. Quem *Gesnerus* e *Pausania* VI, 18. citat, *Lampsacenus* ille est, quem callidum fuisse historicum et rhetorem e *Suida* novimus, eundemque Alexandri Magni doctorem et comitem in expeditionibus bellicis. Hunc et ego suspicor a *Luciano* h. l. significari; quo jure autem *Chium*

dicat, non conjicio. *Bourdelotius*, quum in superiore quadam nota *Diogenem Laërt.* et *Aristotelem* de hoc Anaximene adiri jubet, haud dubie philosophum illum *Milesium* ionicae sectae praeter rationem huc traduxit. De *Polo* Agrigentino, qui idem et Piscat. c. 22. inter alios Socratici aevi sophistas recensetur, *Suidas* haec tradit: *Πῶλος, Ἀκραγαντῖνος, ῥήτωρ, μᾶλλον δὲ σοφιστὴς τῶν πάλαι. διδάσκαλος Λικυμνίου. ἔγραψε γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, καὶ πῶς ἕκαστος ἀπήλλαξε. τινὲς δὲ αὐτὸ Δαμάστου ἐπιγράφουσι. νεῶν κατάλογον. περὶ λέξεων.* Vid. imprimis *Mongitor.* Bibl. Sicul. Tom. II. p. 188. sq. Lehm.

Ead. l. 7. *Καὶ ἄλλοι*) Sic Gorgias apud *Philostratum* pag. 493. Et *Lysias* ap. *Plut.* in X Rhet. De orationibus habitis aut Olympiae aut in aliis celebritatibus, vide notas ad *Philostr.* p. 169. et *Cressol.* Theatr. Rhet. III, 6. Solan.

Ibid. *Λόγους ἔλεγον*) Exempla ejusmodi locutionum bene multa vid. ap. *Jens.* ad Jov. Trag. c. 22. Reitz.

Ead. l. 10. *Ὅπου*) Etsi vulgo locum significat, tamen et pro *cum*, *quando*, *quandoquidem* usurpatur, veluti Latini solent, observante eod. *Jens.* p. 276. Sic supra in Hermot. c. 39. *ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον* etc. In Abdicato c. 23. *Ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας καὶ πρoνομείας διδόασι.* Addo *Hippocr.* S. 2. aph. 10. *Τὰ σώματα χρὴ, ὅπου ἄν τις βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν*, *corpora quando quis purgare vult, fluida faciat oportet.* Ibid. rurs. aph. 2. Et S. I. aph. 7. Potest et verti *ubi*, quod hic eodem redit, modo de tempore quoque accipias. Reitz.

Ead. l. 11. *Συγγράψαντα*) De pictore usurpari vix credo. Lego itaque *γράψαντα*, ut Zeux. c. 3. pr. Solan. Per se *συγγράφειν* non minus *pingendo componere*, quam *scribendo*, significare potest, idque apte fit, ubi, ut h. l., de compage complurium personarum et rerum objectarum in una eademque tabula agitur, neque ambiguitas quaedam dicendi, locum habet, quum *ζωγράφος* praecedat, ad quem *τὸ συγγράφειν* refertur. Quid, quod etiam eleganter ac facete h. l. *Aëtion* *συγγραφεύς τις* significatur fuisse in sua arte, quemadmodum *Herodotus* in sua. Etsi itaque nusquam alibi de pictore dictum occurrat *συγγράφειν*, quod nunc non decernam, hoc tamen loco plus quam audacis fore judico, si quis *γράψαντα* pro Lucianeo verbo scribere in animum inducat. Lehm.

Ead. l. 15. *Ἤρετο*) Commodius legeretur *ἤροιτο*. Solan. *Ἤρετό τις ἂν*, vult *Belinus*. Bip. *Solanus* cogitavit de *ἔροι-*

το. et sic etiam *Belinus*, si semel emendare cupiebat, emendationem suam fingere debebat: ἔροιτό τις ἄν. Nam ἤρετό τις ἂν, quod jubet, in proba quidem Graecitate aliud quid significat, quam quod cum *Luciani* mente h. l. conveniat: significat *interrogaret*, quum esse debeat *interroget*. Quid multa? sanum est Imperfectum et Indicativus sine ἂν, in objectione, quam auctor cogitat fieri posse. Cf. Somn. c. 17. Tom. I. p. 15. ubi ἔφη τις, *dicat aliquis*, et mox: εἶτ' ἄλλος ὑπέκρουσε, *tum alius interpellet*, memini unquam in mentem veniet mutare. Lehm.

Ead. l. 17. Ἐν Ἰταλίᾳ) An aliquis ejus meminerit, nescio. Solan.

Pag. 124. l. 3. Χρῆμα παρθένου) Et haec locutio, sive pleonasmus non infrequens. *Aristoph.* Plut. 895. πολὺ χρῆμα τεμάχων. Et Nub. 2. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν. Alia similia *Spanhem.* ibid. Plura frater cariss. *G. O. Reitz.* in Belg. Graeciss. p. 537. — 6. Reitz. De Dea Syr. c. 13. ὕδατος χρῆμα πολλόν. Lehm.

Ead. l. 5. Τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν) Dixi ad *Petron.* De taedis Hymenaei notum, et multa *Scal.* ad *Catull.* Bourd.

Ibid. Καλύπτραν) Ad vittam nuptialem respicit et ἀνακαλυπτήρια, de quibus *Langbaen.* ad *Longin.* 4, 10. pag. 34. Toll. Itaque καλύπτραν *flammeum* reddidi. Gesn.

Ead. l. 14. Ἐν τοῖς ὅπλοις) Poterat abesse ἐν. Sed hic pleonasmus satis frequens nonnullis fraudi fuit, ut frustra praepositionem deletam voluerint in Dial. Mort. XXIII. Plutonis et Protesilai, versus fin. καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ. At non meminerant verbor. in Evang. *Luc.* XXII, 49. Εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; vel forsan hebraismi suspecta habuere. Sed omnis aetatis scriptores sic locuti. *Homer.* Odyss. *K*, 385. Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. *Hippocr.* S. 2. Aph. 36. Οἱ — ἐν τῇσι φαρμακείῃσι — καθαιρόμενοι. *Aristoph.* Plut. 487. Ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες. Idem ibid. 765. ἀναδῆσαι βούλομαι — σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ, *volo te circumdare, coronare* (in) *catena panum*. *Noster* infra Zeux. c. 6. ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενοι, *colore matrem referentes*, et Philops. §. 33. ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. Evang. *Matth.* XIII, 35. ἀνοίξω τὸ στόμα ἐν παραβολαῖς. *Lucian.* iterum de Gymnas. c. 19. m. περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις. *Maittaire* de Dialect. p. 300. f. ex *Tzetz.* ἐν ἄορι καὶ ξίφει τέμνων. Ita et ἐπὶ modo additur, modo omittitur: *Aristophan.* Plut. 628. (ζῆν) ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις, prorsus ut Ev. *Luc.* IV. ἄνθρωπος οὐ ζήσεται ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ. Sed ecce plura alia similia jam dedit *Hemsterh.* ad Dial. Mort. loco supra indica-

to, pag. hujus edit. 624. seq. Vol. II. Item *Solanus* ibid. Reitz. Restringendum esse hoc praeceptum, et varia illa prolata exempla subtiliter judicanda cauteque adhibenda esse, monui in adnot. ad illum ipsum Diall. Mortt. locum, quem modo citabat *Reitzius*. Lehm.

Ead. l. 16. Ὁπότε δοκὸν φέροντες βαροῖντο] Ingenti cum licentia *Belinus* βαρύνονται scribi vult, quippe nesciens, quod saepissime e *Luciano* suo discere potuisset, qua ratione et via ὁπότε cum Optativo construatur. Quum etiam ultima hujus §phi verba: ὁπότε κατ' αὐτὸν γένοιντο, idque perversissime, inserto ἂν post ὁπότε, corrigenda *Belinus* censuerit: alia in promtu sunt exempla dictionis nunc temporis notissimae. Somn. s. Vit. c. 2. ὁπότε ἀφεθείην, *quoties dimittebar*. Diall. Deor. V, 5. ὁπότε ἀπολαμβάνοις. Diall. Marr. IV, 1. ὁπότε ἀλλαγείης. Diall. Mortt. VI, 4. ὁπότε ἐσίοιμι. Ibid. XXI, 1. ὁπότ' ἐθέλοις. Sed omitto reliqua, ut tempori parcam et chartae. Lehm.

Pag. 125. l. 1. Καὶ αὐτὸν) Abesse sine dispendio videri possunt, sed eleganter sic passim usurpant. Ad Alexandrum nempe respicit. Solan. Ad Alexandrum respici, quis dubitet? et αὐτὸν sic usurpari pleonastικῶς, quis nescit? vide modo paullo ante, ὁ βασιλεὺς δὲ, αὐτὸς μὲν etc. Reitz.

Ead. l. 2. Ὀχάνων) Ὄχανον ὁ τῆς ἀσπίδος πόρπαξ. *Hesych.* et interp. *Aristoph.* ad Equit. Bourd.

Ead. l. 7. Τῶν ὅπλων) Quin illud indicat pictura, eam esse vim amoris, ut ex armatis etiam ludos sibi faciat etc. Gesn.

Ead. l. 11. Πάρεργον) Qui suavitatem hujus loci sentire velit, illum quae sint πάρεργα pictorum cogitare oportet, descripta satis a *Junio* 3, 7, 12. ac illud προςλαβὼν, quod notat, praeter ordinariam operis mercedem accipere aliquid instar corollarii. Rex conciliator et deductor sponsae seu veteri verbo *domiducus* est pictus Alexander. Gesn.

Ead. l. 13. Ἱκανὴν τῶν Ὀλυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι) Verti videas ab *Benedicto*, *Olympiorum celebritatem idoneam ducebat ad fidem Graecis faciendam admiratione dignum esse scriptorem*: ab aliis, *satis superque sufficere Olympiorum ludos ad faciendam fidem Graecis, eum scriptorem esse admiratione non indignum*. At quid de illa fide in Graecis? utrum ea residet in ἱκανὸς, an in δεῖξαι; Immo *celebritatem Olympiacam sufficere*, et valere *etiam ad scriptorem admirabilem ostendendum Graecis*, quoniam videlicet hactenus alia ludicra illic solita erant δείκνυσθαι, non historiarum scriptio. Gron.

Ead. l. 15. *Δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς διεξιόντα*) Τὰς Ἑλληνικὰς νίκας διεξιόντα. MARCIL.

Ibid. *Τὰς Ἑλλην.*) Τὸ πράξεις hic desiderari videtur. GUYET.

Ibid. *Νίκας*) Ex *Marcilii* conjectura, quam firmat lc *Luciani* Quom. Hist. Conscr. c. 54. SOLAN. Potius cum *Marcil.* et *Solano νίκας* addendum credo, ut Nostrum alibi locutum recte notat. Non tamen ideo statim in contextum, ut ille jubet, insero, donec ex Cod. probetur; ideoque uncinulis seclusi. REITZ. Probabilem et ego judico *Marcilii* conjecturam. Adde cap. 2. ὁ τὰς νίκας ἡμῖν ὑμνήσας. Et facile vox νίκας, quia eaedem literae proxime praecesserant in voce Ἑλληνικὰς, absorberi poterat. In Codd. Pariss. hic locus per librariorum negligentiam valde depravatus est. LEHM.

Pag. 126. l. 4. *Πρὸς ἐμαυτὸν ἐσκόπουν*] Hanc Codicis Gorl. lectionem propterea anteposui vulgatae π. ἐμ. ἐσκοπούμην, quod putabam recte quidem Medium in phrasi σκοπεῖσθαι μετὰ τῶν φίλων Somn. in. et similibus, quibus deliberatio cum aliis simul fieri dicatur, adhiberi, minus autem recte, ubi πρὸς ἑαυτὸν additur, ingrato tum, nisi sensus me fallit, pleonasmo. Legitimae rationis exemplum vide in principio Apologiae pro Merc. Cond. et confer Harmon. c. 3. LEHM.

Ead. l. 11. *Ὅτι περ ὄφελος*) Recte ibi *Obsop.* nam ὅτι περ ὄφελος dictum ἀντὶ οἱ μεγάλοι, οἱ μέγιστοι, καὶ ἀξιολογώτατοι. BOURD. Illustrat hanc formulam *Kuster.* ad *Aristoph.* Ἐκκλησ. 53. GESN.

Pag. 127. l. 1. *Ἡ ἀρίστη*) Comma post ἀρίστη, quod in Edd. erat, sustuli, quia sensus id postulat, ut quilibet facile videt. REITZ. Quaenam Macedoniae urbs significetur, quaeri potest. Florentissimae tum temporis erant Thessalonica et Philippi; et harum altĕrutram cogitandam esse, recte videtur *Wielandius* observasse. LEHM.

Ead. l. 2. *Σκηνὰς καὶ καλύβας καὶ πνῖγος*) Voces interpretatus sum alibi. Rem tangit *Suet.* Jul. c. 39. *Ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent, ac saepe prae turba, elisi exanimatique sint plurimi, et in his duo Senatores.* BOURD. Itaque ἀνὴρ Χῖος apud *Aelian.* V. H. 14, 18. ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε, ἔφη, οὐκ εἰς μύλην ἐμβαλῶ, ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω. GESN.

Ead. l. 5. *Ἀλλὰ ῥητόρων* etc.) Graeca laborant prava distinctione. Sic enim haec verba interpungenda: non convenit huc vilis plebs, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφι-

στῶν οἱ δοκιμώτατοι. ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη μὴ τοὐμὸν παραπολὺ ἐνδεέστερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων. Sic quoque legisse videtur *Obsopoeus*, qui hunc locum bene vertit. Graev. Ut *Graevius* interpungit, sic Ed. *Par.* jam habebat. Reitz.

Ead. l. 6. Ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη) Haec nemo, credo, intelligat. Corrupta itaque verba pronuntio; neque tamen quomodo restitui possint, adhuc liquet. Dicere debuit, *Parum ergo abest, quin ad Olympicorum celebritatem accedant haec.* Solan. Ad verbum, *tantum non parvum jam* est, hoc est, parum abest, quin parvi jam illud, vel illam curam, faciam, ne inferior etc. Si quis ea, quae adhuc dixi, bene perpenderit, videbit me in theatro non multum minore, quam in ipsis Olympiis versari. Ut hic *laboro* addidi in interpretatione ad lucem sententiae: ita mox a Zeuxis principio, *veritus* inserendum fuit. Gesn. Ὅσον οὐ μικρὸν δέος conjiciebat *Belinus*. Bip. Vertit autem *Belinus*: *et j'ai tout lieu de craindre d'être jugé ici avec plus de sévérité que je ne le serois à Olympie.* Quam sententiam certo scio a nemine probatum iri, qui nexum orationis accurate perpenderit, maximeque verba proxima, μὴ τοὐμὸν etc. recte respexerit. Non veretur auctor majorem auditorum suorum severitatem, sed praedicat majorem eorum splendorem ac dignitatem, quam quae Olympiorum fuerit. Non inferiorem dicit suam sortem esse, qui audientibus rhetoribus, historicis et sophistis, viris doctissimis, scripta sua recitet, quam Herodoti et Aëtionis, reliquorumque, qui Olympiae coram omnis generis hominibus artem suam ostentaverint. Quae quum ita sint, per se collabitur *Belini* conjectura, quae nec bene quidem Graeca est, et cum ea simul etiam praestantior illa, quam *Jacobsius* et *Seagerus* excogitarunt: δέος οὖν οὐ μικρὸν etc. Utraque enim timentem sistit auctorem, qui contra gaudebat honore suo. Otium mihi fecisset *Gesneri* tam planissima, quam subtilissima, verborum explicatio, nisi recentiores hujus loci interpretes et judices eam vel non cepisse, vel plane non curasse, viderem. Ὅσον οὐ est *paene, ferme*; cf. ὅσον οὐδέπω De Merc. Cond. c. 31. Neque adeo οὐ cum μικρὸν arcte jungendum est, quod *Reitzius*. fecisse videtur, quum e Zeux. c. 3. contrarium quiddam, ὅσα πάνυ ὀλίγα, conferri jubet. *Μικρὸν* autem, sequente μὴ, nihil est, nisi notissima illa ellipsis verbi ἐστὶ, *parum est, parvi facio*, metum scilicet illum, *ne* etc. i. e. *parum metuo, ne* etc. quod cum lepida quadam et modesta ironia dictum pro: *Sic jam planissime video, meam conditionem minime inferiorem esse, quam Olympiorum.* Μὴ autem poni nonnunquam ita, ut verbum, unde pendet, sup-

pleri debeat, docent ii, qui de Ellipsibus scripserunt, docet etiam locus, quem *Gesnerus* contulit, Zeux. c. 1. *μὴ ἄρα πάμπολυ* etc. Germanice locum ita vertam: Nun macht es mir fast wenig Sorge, dass die Ehre, hier aufzutreten, um vieles geringer erscheinen möchte, als in Olympia. Videlicet *Wielandio* haec verba, nescio quam ob caussam, prorsus praetermittere placuit. LEHM.

Ead. l. 8. *Πολυδάμαντι*) *Pers.* Sat. 1. et ibi interp. BOURD. Vide Quom. Hist. Conscr. c. 35. et Pro Imagg. c. 19. *Scotussaeus.* Cujus statua febri laborantibus mederi credebatur. Deor. Concil. c. 12. *Bourdelotius* hic nos ad longe alium *Persii* Polydamanta amandat. Vicit hic *παγκρατίῳ* Ol. XCIII. Vid. *Paus.* El. II. Meminit *Plato Πολ.* A. pag. Ed. Ald. 7. A. et *Basilius* de Leg. Gr. lib. (*Grot.* Ed. 96. C.) Et *Dion Chrysost.* pag. m. 441. C. ubi Thessalum vocat. SOLAN.

Ibid. *Γλαύκῳ*) Vid. Pro Imagg. cap. 19. Carystius, qui XXV. Olympiade coronatus, *Pycta* per excellentiam denominatus dicitur. De eo *Demosth.* *περὶ στεφ.* sub fin. c. 99. p. m. 199. B. ubi prave scribitur *Καριστίου*· et *Aeschin.* c. 63. *Pind.* etiam, sed ode illa periit. Adde etiam *Dion. Chrysost.* pag. 441. C. ubi idem *Carystius.* SOLAN.

Ibid. *Παραθεωρῆτε*) *Παραθεωρεῖν* ea fere forma percussum verbum, ac *παριδεῖν* apud *Herodotum* I, 37. et 38. Quemadmodum enim ibi *παριδών μοι δειλίαν τινὰ* vertendum est, *observans* in me *timiditatem*, separata a verbo praepositione: ita hic etiam *παραθεωρεῖν* idem est, ac *θεωρεῖν παρὰ τῷ Πολυδάμαντι κ. τ. λ.* GESN. *Παραθεωρεῖτε* *Th. M.* legere, *Solanus* notaverat; sed quia dubites, sitne *Theod. Marcilius* an *Thomas Magister* intelligendus, moneo *Th. Magistrum* significari, (quem adeundum in verbo *παραβάλλω*, extrema tandem pagina docet idem). Is igitur, loco dicto, haec habet: *ΠΑΡΑΒΑΛΛΩ τὸ πλησιάζω, τὸ ἔρχομαι. καὶ τὸ παρεξετάζω, ὃ καὶ παραθεωρῶ παρὰ Λουκιανῷ εὕρηται, ἐν τῷ Ἡρόδοτος ἢ Ἀετίων· ἀλλ' ἣν μὲν ὑμεῖς Πολυδάμαντι, ἢ Γλαύκῳ, ἢ Μίλωνι παραθεωρεῖτε.* Sed parvi refert, quomodo apud *Lucianum* legas: ideo vulgatum non moveo. Occurrit idem verbum supra Nigrin. cap. 20. Item Hermot. 74. Et infra Pro Imag. cap. 7. REITZ. Non sane parvi refert, utrum post *ἣν* Conjunctivus ponatur, an Indicativus. II. l. *παραθεωρεῖτε*, quamquam lectio est perquam vetusta, quod e *Thomae Mag.* testimonio patet, nec non, ut conjicio, Scholiastae; vid. not. ad Schol. non tamen genuina habenda contra vett. editionum consensum, sed orta e literarum *ει* et *η* pronuntiatione parili. LEHM.

Ead. l. 10. Ἐπ' αὐτοῦ μόνον ἀποδύσαντες ἴδητε) Sic edunt, quod intelligi non potest; et ipsos tamen recte intellexisse patet ex versione *per se solum exutum videatis:* quam ut habeas, edi debuit ἀποδύσαντος. Gron. Ἐπ' ἐμαυτοῦ) Sic L. In aliis prave ἐφ' αὑτοῦ. Solan. Quia *Solanus* ἐπ' ἐμαυτοῦ vult, et Codicem optimae notae suffragantem habet, sic edi magis passus sum, quam jussi; melius enim est, quam vulgatum ἐφ' αὑτοῦ· nam etsi αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, et hoc pro ἐμαυτοῦ interdum valeat, hic tamen nimis ambiguum foret. Confer supra de Merced. cond. c. 19. Εἰ — τὴν ψυχήν σοι τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιτρέπων. Ubi etiam quaedam Edd. habent ἑαυτοῦ. Alioqui ἐπ' ἐμοῦ mallem, quia dubito, liceatne reciprocum ἐμαυτοῦ alii, quam primae personae verbi, adjungere. Ut enim proprie dicitur πέπεικα ἐμαυτὸν, *Herodian.* I, 55. Σύνοιδα ἐμαυτῷ· et παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, idem *Herodian.* I, 2, 10. ita absurdum videtur dicere ἴδητε ἐπ' ἐμαυτοῦ, quia sic persona verbi contradicit personae pronominis. Ego saltem sic dici nondum observavi. Nec tamen opus cum *Gronov.* ἀποδύσαντος legere, si *exutum* velis significari, sed ἀποδύσαντες ἴδητε conjungendum; et parvi interest, hoc tum vertas, vos *me exuentes videtis*, an *exutum*, quod vel apertiorem sensum habet. Reitz. Adsentior, quod ad ἀποδύσαντες attinet, ita, ut etiam mirer, qui *Gronovio* ἀποδύσαντος in mentem venire potuerit. Sed de lectione L., quam *Solanus* recipi jussit et *Reitzius* haud repugnans admisit, recentioresque repetierunt, ἐπ' ἐμαυτοῦ, in alia omnia discedere placet. Vel ipsa vox ἐφ', constanter in Edd. vett. adspirate edita, etiam ubi in αὐτοῦ lenis spiritus mendose sequitur, satis, opinor, firmiter tuetur lectionem ἐφ' αὑτοῦ. Et *Gronovius*, dum scripsit ἐπ' αὐτοῦ, nihil aliud, quam ἐφ' αὑτοῦ correxisse de suo putandus est. Jam vero ampliorem Pronominis, quod dicitur, reciproci usum, de omnibus personis obvium, etiam de prima singularis numeri firmatum videris necesse est Catapl. c. 9. De Merc. Cond. c. 19. et 30. Et ut in illis locis, ita in hoc quoque, non defuerunt manus imprudenter correctrices. Quibus si repulsam dederimus, non, credo, videbimur ullam fecisse injuriam. Lehm.

Ead. l. 11. Ἀποδύσαντες) Cave obtemperes viro docto monenti ἀποδύσαντος. Quin ἀποδύσαντες retinendum, ut ἀπαγαγόντες. Exuunt, h. e. exui jubent, ut inspicere totum possint, athletam ἀγωνοθέται. Ἀποδύσαντος activa voce vix dici de eo, qui vestes ipse ponit, potest. Gesn.

Ibid. *Μαστιγώσιμος*) Dixit antea et saepe repetit al. Bourd.

IN ZEUXIN VEL ANTIOCHUM.

Pag. 128. l. 1. *ΖΕΥΞΙΣ*) Huic dissertationi (quoniam de hac locus alius dicendi) non immoror: paucae variantes lectiones, et quae lectorem avidum non morentur. Bourd. *Προςλαλιά*, ut supra. Habita vero ista etiam in theatro: patet fine hujusce Laliae. Marcil.

Ead. l. 5. *Προςιόντες οὖν*) Epanalepsi inservit illud *οὖν*, veluti infra Quom. conscr. Hist. c. 62. *Οἰκοδομήσας γὰρ* — *οἰκοδομήσας οὖν*. Et Pseudom. c. 19. *τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν* — *ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβών*. Bene observante *Dukero* ad *Thucyd.* III. c. 95. Ubi et Scholiasten vide, et ad partes vocatum *Raphel.* ad Evang. *Marc.* III, 31. Reitz.

Pag. 130. l. 6. *Ὤιμην τάχα μέντοι καὶ αὐτὸ τοῦτο προςάγεσθαι αὐτοὺς*) *Benedictus, statim quidem id ipsum etiam addituros putabam.* Ineptissime. Nam quî id in laudando addituri erant, cum ipse *Lucianus* ante dixit, se suspicatum esse omnes meliores laudatae orationis causas ab scriptis suis abesse? Recte tamen Graeca, quae optime percepit *Obsopoeus*, *hoc ipso eos potissimum adductum iri*; nisi quod congrua oratio poscat *adduci:* non enim agitur de futuro. Gron.

Ibid. *Καὶ αὐτὸ τοῦτο πρ.*) *Et hoc nonnihil captos plaudere*, vel, *hoc etiam fortasse attractum iri.* Variant autem hic libri. Fl. *αὐτῷ τούτῳ*, cui scripturae favet locus Phalar. I. c. 3. Codex autem P. cum impressis facit, quos tuentur verba cap. 53. Hermot. Parum ergo refert, utram scripturam sequamur. Solan.

Ead. l. 7. *Τὸ τοῦ Ὁμήρου*) In Zeuxide, *τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν*. Alludit ad Odyss. A. v. 351. Graev.

Pag. 131. l. 2. *Ἄνθρακες* etc.) *Carbonem*, ut ajunt, *pro thesauro invenimus. Phaedr.* V, 87. Vorst. *Phaedri* est Fabb. Lib. V. fab. 6. v. 6. Vid. *Suid.* in *Ἄνθρακες θησαυρὸς*, et *Erasm.* Adagg. Chil. I. Cent. 9. Adag. 31. Cf. Adnot. ad Hermot. c. 71. Lehm.

Ead. l. 5. *Τὰ δημώδη*] Qui sequitur locus de Zeuxide ejusque Hippocentauro, totus reperitur in Codice manu-

scripto Bodlejano, qui olim E. D. *Clarkii* fuerat, *Gregorii Nazianzeni* carmina continente simul cum Scholiis, utraque e decimo, ut judicat *T. Gaisfordus*, seculo. Scholii autem instar haec *Luciani* verba leguntur fol. 83. b. ad v. *Ζεῦξις*. Quae quamquam non multum conferunt ad ipsius *Luciani* textum illustrandum et emendandum, quia tum vitiosissime, tum mutationibus aliquot factis, ut *Luciani* ea esse dissimularentur, descripta sunt: tamen, ne partibus meis ullo modo deesse videar, accurate et plene ea hic exarare placet ad fidem Catalogi, quem *Gaisfordus* Oxonii edidit a. 1812., sive Notitiae Manuscriptorum, qui a Cel. E. D. Clarke comparati in bibliotheca Bodlejana asservantur, P. I. p. 37. sq. *ζευξις .... γράφε γενόμενος· τὰ μὲν δημώδη καὶ κοινὰ οὐκ ἔγραφε ἢ ὅσα πανυ ὀλίγα· ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐπειρᾶτο καί τι ξένον καὶ ἀλλόκοτον ἐπινοήσας ἐπεκεῖνο τὴν τῆς τέχνης ἀκρίβειαν ἐπεδείκνυτο· θηλείαν οὖν ἵππον κένταυρον ὁ ζεύξις ἐποίησεν ἀνατρέφουσαν προς ἔτι παιδίω ἱπποκενταύρω διδύμω κομιδὴ νήπιω τῆς εἰκόνος ταύτης ἀντίγραφον ἀθήνησι γέγονε πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῆ στάθμη· τὸ γὰρ ἀρχέτυπον ἀσύλας ὁ ῥωμαίων στρατηγος μετὰ τῶν αλλων σκύλων εἰς Ἰταλίαν ἀπέστειλεν· εἶτα περὶ μελαίαν καταδύσει τῆς ὁλκάδος πάντα καὶ τὴν γραφὴν ἀπολέσθαι λέγεται· μόλις δὲ γράφουσι καλλίμαχος καὶ καλαισης τὴν εἰκόνα τῆς εἰκόνος οὕτως· ἐπὶ χλοῆς εὐθαλοῦς ἡ κενταῦρος· αὕτη πεποίηται ὅλη μὲν τη ἵππιω χαμαὶ κειμένη καὶ ἀποτέτανται εἰς τουπίσω οἱ πόδες τὸ δὲ γυναικιον ὅσον αὐτῆς ἠρέμα ἐπεγείγερται καὶ ἐπαγκόνος ἐστι· οἱ δὲ πόδες οἱ ἔμπροσθεν οὐκέτι καὶ αὐτοὶ ἀποταδην οἷον ἐπιπλευρον κειμένης· ἄλλο μὲν ὀκλάζοντι ἔοικε καμπυλος ὑπεσταλμενη τῇ ὁπλῇ· ὁ δὲ πάλιν ἐπανισταται καὶ τουδάφους ἀντιλαμβάνεται· οἷοι εἰσιν οἱ ἵπποι πειρώμενοι ἀναπηδᾶν· τοῖν νεογνοῖν δὲ τὸ μὲν ἔχει ταῖς ἀγκάλαις καὶ τρέφει ἀνθρωπικῶς ἐπέχουσα τὸν γυναικεῖον μασθὸν· τὸ δὲ ἕτερον ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει εἰς τὸν πωλικὸν τρόπον ἄνω δὲ τῆς εἰκόνος οἷον ὡς ἀπό τινος σκοπῆς ἱπποκένταυρος ἀνὴρ ἐκείνης δηλαδὴ τῆς τὰ βρέφη τιθηνουμένης ἐπικύπτει γελῶν οὐχόλος φαινόμενος ἀλλ᾽ εἰς μέσον λέοντος σκύμνον ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ ὡς δε δείξαιτο τὰ βρέφη· τὸ δὲ θαυμαστὸν τοῦ ζεύξιδος ὅτι τὸ ποικίλον τῆς τέχνης ἐν μια ὑποθέσει ἐπεδείξατο ἵππον σωβαρὸν ἄγριον κομιδὴ λασιον τῇ χαίτῃ στέρνον τε καὶ ὤμους ὄμμα θηριωδὲς καὶ ἄγριον τὴν δὲ ἵππον οιαι τῶν θετταλῶν ἀνεπίβατοι ἀδμητες ἔτι καθύπερθεν ἡμίτομον γυναικος· ὅσα δὲ τῶν νώτων ἔξω σατυρωδη καὶ μίξις τις καὶ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων.* — In his quae vel receptu, vel certe notatu, dignae videbuntur lectiones variae, eas hoc signo: *Bodl.* notatas locis suis indicabo. Lehm.

Ead. l. 7. *Καινοποιεῖν*) Vide idem ferme de eo *Aristotelis* judicium de Poët. c. 26. f. Solan.

Ead. l. 14. *Σύλλας*) Periit itaque thesaurus antiquitatum Graecarum immensus; sed statuarum tantum, aut tabularum pictarum: nam quae longe major jactura orbi erudito futura erat librorum, quos summa cum cura ab eo collectos fuisse in Graecia idem *Lucianus* docet Adv. Indoct. c. 4. non est facta. *Plutarchus* enim libros memorat Athenis ab eo Romam incolumes deportatos. *Plut.* Syll. 856. A. Solan.

Pag. 132. l. 8. *Ἡ Κένταυρος*) Petiitne ex hoc *Luciani* libello *Κενταυρίδων* suarum imaginem *Philostrat.* Icon. 2, 3.? Lectori certe non injucundum erit utramque picturam contulisse. Gesn. *Scholiastes Bodlejanus*, qui in hujus picturae descriptione manifesto *Luciani* verba ante oculos habuit, *Luciani* tamen illam esse dissimulans ad *Callimachum* et *Calaesem* auctores refert. Sed quinam illi fuerint, ignoro. *Callimachum* quidem illum Cyraenaeum hymnorum artificem nemo temere cogitaverit: fortassis intellexit *Callistratum*, in cujus Ecphrasibus reperitur una, numero 12., quae de Centauri quadam statua agit, pulcherrime et artificiosissime elaborata, et in Propylaeis exposita. Sub *Calaese* autem, nisi omnia me fallunt, *Luciani* nostri nomen latet, aut consulto mutatum, aut casu quodam depravatum. Quorum utrum potius statuam, adhuc ambigere me fateor. Lehm.

Pag. 133. l. 2. *Οἷόν εἰσιν ἵπποι*) Vide nos infra ad Harmon. c. 3. *ἀλλότριον τἀμά.* Ubi plura ejusmodi singularis cum plurali exempla dedimus. Reitz. Quae huc nihil faciunt. Veram lectionem, quam linguae leges et scriptoris usus postulant, servavit Cod. Bodl. *οἷοί εἰσιν.* Cf. infra c. 6. in. Piscat. c. 25. in. et innumera alia loca, in quibus passim aberrarunt librarii, ut Somn. c. 17. ubi pro *ὥσπερ* e Cod. Aug. restituimus *οἷόσπερ.* Lehm.

Ead. l. 6. *Ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον*) *Benedictus*, *equarum in morem.* Et cur non aeque bene *Obsopoeus? quemadmodum pulli a matribus lactari solent.* Gron.

Pag. 134. l. 1. *Ἐφ' ὅσα*) Illud *ἐπὶ* quid hic valeat, non ignoro; expungendum tamen censeo, meliusque tum habiturum hunc locum. Solan. Minime vero. Inest enim in Praepositione modesta finium declaratio, intra quos judicium suum auctor contineri vult. Verte: *in quantum*, ut fecit *Gesnerus*, vel, si malis, *quatenus.* Ceterum cum his, *ἐφ' ὅσα*, arctissime cohaerere sequens *ἔχει*, et Subjectum repeti debere *τὰ μὲν ἄλλα*, non monerem, nisi *Belinum* viderem in Adnot. ad versionem suam Tom. II. p. 336. in structura loci haesisse,

et, quo se expediret, conjecisse scribendum, εἰ τὴν ὅλην ὅμως etc. Quam asperrimam orationis viam non, credo, iniisset vir alias haud inelegantissimus, si vel versionem *Gesneri*, quamquam illam pro linguae Latinae genio liberiorem, recte consuluisset, vel etiam comma illud, quod in plerisque Edd. post ἡμῖν positum erat, plane abfuisset. Nos infelicem istam offensam, praeeunte B. 3., tollendam duximus. LEHM.

Ead. l. 5. *Σκιάσαι*) At, si Perraltos audias, hoc pictoribus antiquis ne in mentem quidem venerat. Vid. *Philostr.* p. 71. et *Jun.* de Pict. vet. III, 3. SOLAN. Imprimis §. 6. ubi *Junius* e probatissimis scriptoribus docet, luminis et umbrae distinctionem non sane pictoribus antiquis, maxime in sedentibus imaginibus, incognitam vel inusitatam fuisse. Hunc autem *Luciani* locum a *Junio* in eum finem non adhibitum esse paene miror. LEHM.

Ibid. *Καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον*) Cum Lucianus descripsisset Centaurum feminam duobus infantibus ubera praebentem a Zeuxide mirifice descriptam, cujus tabulae exemplum visebatur Athenis, cum ipsum Zeuxidis πρωτότυπον a Sulla missum Romam ad Maleam naufragio intercidisset, plurima alia fuisse in illa tabula divina plane et admiranda, quae artis rudes fugiant, elegantes autem spectatores, et eruditos oculos advertant maxime, et in admirationem rapiant, praecipue vero pictores, qui multa videant, quae nos non videmus, καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ τὴν τῶν μέτρων πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν, γραφέων παῖδες ἐπαινούντων, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. Sic in Latinum transtulerunt hunc locum: *At magnitudinis proportionem, et mensurarum ad totum aequalitatem atque compagem pictores commendent, quorum muneris est talia scire.* Τῷ ὅλῳ inepte et insulse opponuntur μέτρα. Novi quidem μέτρα, seu mensuras in pictura, de quibus *Philostratus* junior in prooemio Iconum, et *Plinius*. Sed ἰσότης καὶ ἁρμονία simpliciter est symmetria, neque μέτρων ἰσότης quicquam aliud esse potest, quam συμμετρία. Si ergo vulgatam tenemus lectionem, cujus rei erit illa μέτρων ἰσότης. Membra vero et partes recte opponuntur toti. Illarum aequalitas debet respondere toti. Legendum igitur est, τῶν μερῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα, *partium cum toto congruentiam et aequalitatem. Dionysio Longino* περὶ ὕψους dicitur συμμετρία τῶν μελῶν πρὸς ὅλον, cum ait: τὸ καλὸν τοῦ σώματός ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθεστώτων αὐτῷ πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς ὅλον. *Pulchritudo corporis est conformitas membrorum recte constitutorum ad se invicem, et ad totum.* Aliis est ἀναλογία. Ciceroni I. de off. *partium convenientia, et apta membrorum compositio.*

Plinio in epistolis *congruentia et aequalitas membrorum*, lib. II. ep. 5. *Si avulsum statuae caput, aut membrum aliquod inspiceres, non tu quidem posses ex illo congruentiam aequalitatemque deprehendere, posses tamen judicare, an id ipsum satis elegans esset.* Sic *aequalis* et *congruens* jungit quoque *Suetonius* de Tiberii corporis habitu: *Latus ab humeris et pectore, ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et congruens:* hoc est, verbis Luciani ἡν πάντων τῶν μελῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότης καὶ ἁρμονία. Hoc autem inter praecipuas egregii artificis curas et notas, nosse partium συμμετρίαν et ἀναλογίαν cum toto: hujus majorem habebant rationem, quam similitudinis. Illam tribuebant arti et exercitationi, hanc ingenio et judicio artificis. *Vitruvius* id ipsum requirit in architectis lib. III, 1. *Sacrarum aedium membra, ad universam totius magnitudinis summam, ex partibus singulis convenientissimum debent habere commensum responsum.* Hunc *Luciani* locum sic puer fere emendavi, cum cum aequali *Jo. Schiltero*, necessario meo, qui nunc illustrissimo Duci Saxoniae est a consiliis, et inter Jurisconsultos doctos et elegantes non ultimum locum tenet, ante triginta annos hunc scriptorem evolverem, et excuterem. Recte vero me vidisse, excerpta Ms. quae tredecim abhinc annis nactus sum, ostendunt, in quibus μερῶν legitur, quamvis sine iis ipsa ratio sic scribendum esse jubeat. Graev.

Ead. l. 5. *Μέρων*) Sic recte praeter Ms. Gr. P. L. et Ed. J. Reliquae omnes μέτρων. Solan. Ego μερῶν scribo. Reitz. Nondum damnare possum τῶν μέτρων ἰσότητα πρὸς τὸ ὅλον, i. e. verbo uno συμμετρίαν, quae sine dubio in partibus est, licet expressa partium mentio non fiat. Etiam qui μέρων habent libri, ipso accentu produnt, fuisse in archetypo μέτρων. Gesn. *Μερῶν* nec ego scribere dubitabam. Accentus ratio nihil decernit, quum constet, quanta fuerit librariorum incuria vel inscitia in accentibus maxime Genitivorum illorum Pluralium recte collocandis, in quibus saepissime tonum ceterorum casuum retinuisse deprehenduntur. *Μέρων* autem ob ipsum illum accentum, et quod quis aeque ac *Gesnerus* de *symmetria* cogitaret, facillime in μέτρων mutari potuit. At *symmetriam* illam jam in antecedentibus verbis, τοῦ μεγέθους τὸν λόγον, commemoraverat auctor. Neque adeo nunc iterum de eadem virtute mentionem fieri potuisse censeo. Τὸ ὅλον denique et τὰ μέρη optime inter se referri quis neget? Lehm.

Ead. l. 6. *Γραφέων παῖδες ἐπαινούντων*) Γραφέων παῖδες sunt discipuli pictorum, immo pictores ipsi, ut φιλοσόφων

παῖδες Noster alibi dicere amat. Ceterum ne mirere structuram horum verborum, nec quaeras, quo participium illud pertineat, neque in ἐπαινοῖεν mutandum suspicere. Est enim genuinus Atticismus participii *), pro imperativo ἐπαινείτωσαν, quem recte illustrat *Th. Magist.* v. *ΧΡΗΣΘΩΝ*, ac nonnullis exemplis confirmat. Adde *Wesseling.* Observ. p. 51. ubi ex *Sophocl.* Ajac. Mastig. 981. adfert: *Οἱ δ' οὖν γελώντων κἀπιχαιρόντων κακοῖς*, i. e. *rideant illi et gaudeant malis.* Alia hujus generis participia pro aliis modis, vid. ap. *Maittaire* de Dial. p. 79. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἐπῄνεσα*) Absurde *Obsopoeus*, *laude extollebam*, cum aorist. indicativi hic vertendus subjunctive. Exempla simil. vid. ap. *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 28 — 30. Sed credo, id me jam notasse ad Hermot. cap. 61. et 81. Confer *Ael.* V. H. 2, 31. Reitz.

Pag. 135. l. 7. *Τὸ νεογνὸν δὲ τὸ ἓν τῶν νηπίων, ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερὸν*) Interpretantur, *porro infantum alter, non secus ac pater agrestis est, et in tenera aetate jam terribilis.* Satis fideliter, nisi quod quatuor voces, quae sequuntur tertiam, me offendunt, maxime quia nec in Graecis habentur. (*Ὅμως Obsopoeus* acceperat pro *ὁμοίως*. Lehm.) Et quare unus modo similis est patri, non etiam alter pullus? An vero scribunt, hanc fuisse naturam Centaurorum et diversitatem, prout ex equino aut muliebri ubere lactarentur? Quasi vero in lactantibus etiamnum bestiis magnam indolis et feritatis differentiam videamus. Immo quis ille ex duobus est *ἀγριώτερος καὶ φοβερώτερος*; Profecto merae absurditates, et misere depravatus est hic locus. Nam ne Graeca quidem bona sunt. Quis enim dicit *τὸ νεογνὸν τὸ ἓν τῶν νηπίων*; quo geminum illum articulum? et cur non tantummodo *τὸ ἓν τῶν νηπίων*, vel *τὸ ἓν τῶν νεογνῶν*; Quin etiam cur non addit manifestius differentiam, ut appareat, quam hic sit ex patre *ἄγριος*, alter sit instar matris aut *καλλίων*, aut mitior? En igitur necessariam et egregiam restitutionem, *τὸ νεογνὸν δὲ, τὸ ἐν τῷ νηπίῳ ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερόν·* nec de altero infantum, sed utroque accipe, *Foetus autem adhuc in tenerrima aetate tamen ferus et in molli jam terribilis.* Deinde verte: *Et hoc mihi visum est admiratione dignum,* (ut referatur ad praecedens, quod perperam *Benedictus* refert ad sequens) *et quod admodum pueriliter* etc. Sane etiam tale

---

*) Immo terminatio imperativi. Adde *Homer.* Iliad. Θ, 517. et 521, aliaque, quae deinde dedi. Reitz. *in Addend. et Corrig.*

quid videtur adtendisse *Obsopoeus*. Gron. *Τῶν νεογνῶν* P. et L. In reliquis prave legitur *τὸ νεογνόν*. Solan. Quodsi prave legatur *τὸ νεογνὸν*, non video tamen, quid in *τῶν νεογνῶν* praestantius habeatur. Si attente quis *Gronovii* observationem legerit, seduloque ad textum vulgatum comparaverit, vix erit, opinor, quod eleganti et acuto viri judicio graviter opponatur. Sensum certe *Luciani* eum recte attigisse, nemo facile dubitabit, licet de ipsis verbis constituendis in aliam discedere possis sententiam. Quapropter et interpretes *Gesnerus, Belinus* et *Wielandius Gronovii* rationem accurate secuti sunt. Nos vero, quia etiam aliter *Lucianus* eandem rem expressisse putari potest, verba olim vulgata retinere satius duximus. Ceterum quod *καὶ τοῦτο* a *Benedicto* ad sequentia potius, quam ad praecedentia, relatum est, factum id culpa veterum Editionum, in quibus omnibus ac singulis post *φοβερόν* plene distinctum video. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἐν χρῷ — προςιστάμενοι*) Etsi praepositio *ἐν* hic vix abesse queat, accedit tamen ad pleonasmum, de quo Dial. praeced. Herodot. cap. 5. ad verba *παίζουσιν ἐν ὅπλοις*, diximus. Reitz. Vide potius adnot. ad Hermot. c. 5. unde patebit nihil hic esse pleonasmi, nisi ipsam *Reitzii* notam. Lehm.

Pag. 136. l. 6. *Περίβαλε — καὶ ἀράμενοι*) Unum adloquitur discipulum, tamen singulari et plurali numero simul utitur, dicens: *ἄγε Μικκίων, περίβαλε τὴν εἰκόνα, καὶ ἀράμενοι ἀποκομίζετε*. Hoccine *ἀσύστατον*· *involve hoc et auferte.* De Graecis securus *Obsopoeus* utrumque singulari numero reddidit, *age, puer, involutam picturam aufer.* Sed an posteriora in singularem erunt mutanda, vel pronomen *ὑμεῖς* ante *ἀράμενοι* excidisse dicendum? quia, postquam unum puerum involvere picturam jusserat, dein conversus ad ceteros dixerit: et vos eam domum auferte, quippe quae major erat, quam ut ab uno commode portari posset. At potest *ὑμεῖς* sic per se satis intelligi, ideo nihil muto; quin vel sine transitu sic potest accipi, ut unum nomine vocans ei simul mandet, quid ab eo, quid ab reliquis fieri velit, ideoque comma, quod in *Paris.* post *εἰκόνα* erat, servavi, quod *Salm.* in punctum mutavit: id vero si quis praetulerit, ut novum a *καὶ ἀράμενοι* mandatum incipiat, potest recipere. Est tamen locutio rarior, nec permittit tempus eam exemplis adstruere. Alia enim enallage est haec *Aristophanis* Plut. 527. — *οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται*· *Non licebit tibi in lectulo dormire, non enim erunt,* (scil. lecti). Evang. *Luc.* V, 4. *ἐπανάγαγε ἐς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν.* Et *Aelian.* Var. Hist.

I, 4. Ceterum hic quoque observemus, non semper in tabulis pinxisse veteres, sed etiam picturas in membrana coloribus aqua temperatis factas. Quin et in linteo pingere notum fuisse tempore *Plinii*, vid. ap. ipsum lib. XXXV. c. 7. Quod non miror, cum de libris linteis, se multo antiquioribus, jam fecerit mentionem *Livius*. Veteres autem aqua tantum, non oleo temperatis coloribus usos, ait eruditiss. *Alkemade*, in Praefat. ad *Melis Stoke Rym-Kronyk*, methodumque oleo pingendi anno demum Christi 1410. ab *Isaaco van Eik* inventam docet. At quomodo aqueae istae picturae aëris, aquae salsae, et imbrium injurias ferre poterant? Picturis enim ornatas et coloribus variatas fuisse naves, januas, clypeos, currus et similia, testatur *Plin.* eodem c. 7. et seq. ejusd. libr. 35. quod et alii auctores testantur. Et quomodo ad plura saecula perdurabant etiam sub terra inventae tabulae pictae, ut colores adhuc distingui potuerint? veluti illa nymphaeum referens, de qua vid. *Holstenii* Commentar. in Thes. *Graev.* T. IV. p. 1800. Tegebantur quippe udo tectorio (de quo vid. *Vitruv.*) et incrustabantur pellucido ex gummi ac resinis confecto glutine, vel inurebantur, vid. *Plin.* c. XI. libri dicti pr. et fin. capitis, quod vocabant *in encaustice pingere*, cujus duo fuerint genera, *cera, et in ebore, cestro:* ac tertium accessisse, *resolutis igni ceris penicillo utendi; quae pictura in navibus nec sole, nec sale ventisque corrumpitur.* Verum cum λήκυθος oleariam ampullam proprie significans, etiam pro vase pigmentario inveniatur usurpatum, et oleum cedri incorrupta a vermibus praestare ligna et ebur sciverint veteres, idque eos in usus adhibuerint, mirum, cur in mentem iis non venerit, ipsos colores oleo temperare, et magis miror, *Fr. Junium* nihil de hac inventione prodere. Ego saltem illum pervolvens invenire non potui. Quare manum de tabula, ne mihi exprobretur, quod Protogeni, cujus unicum in arte vitium reprehendit Apelles, *quod manum de tabula tollere* nesciret, memorabili praecepto, nocere saepe nimiam diligentiam. Reitz. Simplicissima est dicendi ratio, de qua in priori hujus Adnotationis parte *Reitzius* egit. Περίβαλε ad unum Miccionem pertinet; quod statim adnectitur, ad plures, quibus opus erat ad istum finem, vel discipulos, vel famulos. Neque ideo opus est, ut pictor credatur, haec posteriora loquens, ad alios sese convertisse; quemadmodum nec Jesus in simillimo illo *Lucae* loco Evang. V, 4. verba ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος ad Petrum, sequentia vero, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν ad reliquos sectatores suos, dixisse existimandus est. Complectitur enim Pluralis eos, qui ejusdem

cum eo, quem quis allocutus sit, generis sunt. Sic Timon. fin. ad Blepsiam proxime conversus Timon haec ei verba inclamat: *Ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραύματος*, significans hoc Plurali simul, qui cum Blepsia erant, Gniphonem, Lachetem, et reliquos. Sic Diall. Mortt. II. in. Pluto, postquam Croesus suo et Sardanapali, et Midae, nomine Menippum accusaverat, hunc Croesum proxime compellat, quasi cum reliquis quoque agens, *Τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν*. Sic, ut unum adhuc addam, ibid. Diall. VI, 3. cum uno Terpsione heredipeta agens, nemine praeterea adstante, Pluto haecce dicit: *Ταῦτα μὲν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἤπερ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δὲ* (jam convertitur oratio ad reliquos ejusdem cum Terpsione vitae generis) *τί παθόντες ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε;* Quin res ipsa hanc dicendi rationem non tuetur solum, sed etiam maxime commendat. Neque adeo opus erat, ut in versione hujus nostri loci *Gesnerus*, quo transitus indicaretur, adderet vocem *vos*, quam consulto praetermisisse putandus auctor. Nam sequentia quoque ad unum Miccionem a Zeuxide dicebantur. Quae autem ex *Aristophane* et *Aeliano Reitzius* ad illustrandam hanc dicendi formam repetiit exempla, ea jam patere puto, minime huc pertinere. Lehm.

Ead. l. 8. *Τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ*) Non puto recte cohaerere vulgatam lectionem *τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ*· sed respondere sibi debere *τοῦ δ' ἐφ' ὅτῳ*. *Graevianae* emendationis sententiam secutus sum; sed eam locum habere posse putabam, et si illud *δεῖ* non inseramus, sed intelligamus. Decet iratum et stomachantem abrupta oratio. Gesn. Illud *ἴσως τοῦ*, quod Cod. L. prae se fert, glossam olet, quam quis conjectans forsan *τοῦ* pro *τῶν* legendum, (quod sane verum foret) margini adposuerat, quaeque deinde, quod saepe fieri notum est, in textum ab imperito est admissa. Reitz. Facio cum *Gesnero*, quod *δεῖ* intelligi, non inseri, vult: non facio cum eo, si *τοῦ* potius, quam *τῶν δ'*, rescribi jubet. Pluralis enim requiritur, qui *varias* virtutes indicet, quarum Zeuxis dicit, a spectatoribus nullam haberi rationem. *Ἐφ' ὅτῳ* autem non arctissime cum *τῶν δ'* cohaeret, sed ad totam sententiam sequentem referendum, *εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην*. Tales autem transpositiones verborum non abhorrent ab eo affectu, qui h. l. Zeuxidis est. Cf. De Merc. Cond. c. 41. ubi verba *καὶ μάλα εἰκότως* inserta leguntur, et prae ea enuntiatione collocata, quam proprie sequi debebant. Sequens enim *γὰρ* necessario cum his, *καὶ μάλα εἰκότως*, mente est conjungendum. Ceterum de lectione Cod. L. *ἴσως τοῦ* rectissime

videtur *Reitzius* judicasse. Offenderat enim jam antiquitus lectio vulgata τῶν, sequente relativo Singularis numeri. Lehm.

Ibid. Ἐφ' ὅτῳ) Zeuxis jubet hanc tabulam propositam pueros domum ferre, quia spectatores non artificium laudabant, sed novitatem et insolens argumentum, dicens: οὗτοι γὰρ ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι, τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον. Interpres Salmuriensis: *Hi namque nostrae lutum artis laudant, sed mentis et scopi, num recte et ex arte factum sit opus, nullam habent rationem.* Mirum, τὰ ἐφ' ὅτῳ esse *mentem et scopum. Obsopoeus* plane omisit. Ἐφ' ὅτῳ, ἐφ' ᾧ, ἐφ' οἷς, Graecis est, *qua de caussa, qua in re. Herod.* Polymn. πυθόμενοι ἐφ' οἷς ἦλθον, *sciscitati, qua de caussa venissent.* Sed in Luciano deest verbum, ad quod referatur ἐφ' ὅτῳ. Puto igitur excidisse τὸ δεῖ, idque absorptum esse a sequente vocula εἰ, quo nullum in priscis membranis frequentius est erratum. Sic igitur scribas: τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ δεῖ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον. *Illorum vero, propter quae oportet,* sc. ἐπαινεῖν, laudare picturam, *num recte et secundum artem sit facta, nullam habent rationem.* Graev.

Ead. l. 11. Σωτὴρ) Antiochus hic omnium primus. In nummis nusquam reperiri hunc titulum, testis est *Spanh.* 415. Sed idem aliunde satis confirmat. Ob hanc ipsam pugnam ei datum tradit *Appianus* in Syriacis. Solan. Cap. 65. Lehm.

Pag. 137. l. 2. Ἐπὶ μετώπου) *Obsopoeus* verterat, *a tergo,* pro, *in fronte,* satis imperite profecto. Reitz.

Ibid. Ἐς βάθος δὲ ἐπὶ τεττάρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας) Cum toties haec sint ab viris doctis explanata, certe nequit laudari *Benedictus*, dum interpretatur primas voces *in medio*, unde utique patet, eum non intellexisse. *Obsopoeus* et simplicius et propius ad intelligentiam, *in profundum. Livius* solet dicere, *introrsus porrectos ordines, introrsus patere aciem,* et *latitudinem aciei.* Gron. Sic *profundum* de denso ex *Herodian.* supra ostendimus, ad Piscat. c. 12. et 41. De Merced. c. 25. et 33. Sic Latini *profundum* etiam de dimensione horizontali, ut *profundae silvae* apud *Lucret.* V, 42. et *Curt.* VII, 7, 4. quod jam dixi in libro *de Ambiguis.* Quae de altitudine arborum interpretari absurdum foret. Addo hic *Thucyd.* L. V. c. 68. Ἐπὶ δὲ βάθος ἐτάξαντο μὲν οὐ πάντες ὁμοίως. Et *Xenoph.* II. Hist. Gr. p. 472. citante *Dukero* ad *Thucyd.* VII, 78. Item *Diodor. Sic.* p. 575. βαθείᾳ φάλαγγι, adductum in Indice. Ἐπὶ τεττάρων autem firmat idem *Duke-*

rus ibidem loco *Xenophontis* modo descripto, ubi ait: καὶ ἐγένοντο βάθος οὐκ ἔλαττον, ἢ ἐπὶ πεντήκοντα ἀσπίδων. Reitz.

Ead. l. 5. Ἐπιβήσεσθαι) In Angl. Cod. pro quo ex fide MSS. et Cod. Flor. reposuimus ἐκπηδήσεσθαι. Bourd.

Ead. l. 8. Αὐτῷ) P. melius, quam quod in reliquis αὐτῶν. Solan.

Ibid. Δι' ὀλίγου) Ita, ut conjecerat *Vorstius*, P. Codex. In impressis δι' ὀλίγον. Solan. *Brevi tempore*, vel *per breve tempus* rei ratio flagitat: atqui id est δι' ὀλίγου. Vid. *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 553. qui conferri jubet *Pausan.* III, 2. et IV, 16. Etiam in Nigrin. c. 10. pro δι' ὀλίγου Editio B. 2. falso exhibuit δι' ὀλίγον. Lehm.

Pag. 138. l. 6. Τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἀπαντᾷν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἱππεῦσι) Cum vertit *Benedictus*, *tunc cum quaternis elephantis utrinque occurrere equitibus*, imitatur *Obsopoeum*, *tunc una cum quatuor elephantis utrinque equitibus esse occurrendum*, qui uterque debuerat addidisse, qui cum elephantis occursuri essent: certe securius poterant, *tunc elephantos quaternos utrinque occurrere equitibus* Galatarum. Gron.

Ead. l. 12. Ἐταράχθησαν) Idem Romanis, bello Tarentino, cum Pyrrho dimicantibus evenit. V. *Fl.* I, 18. Vorst.

Ead. l. 13. Τετριγότων) *Mart. Delrio* ad *Senec.* leg. putat τραχυτήτων. Bourd. *Polyaenus* κραξάντων de elephantis usurpat. Strateg. IV. p. 385. A. Sed *Philostratus* 61. utitur hac, nisi quod ibi perperam legitur τετρυγὼς pro τετριγός. Solan. Cf. Timon. c. 21. ibique Adnot. T. I. p. 414. sq. Lehm.

Ead. l. 16. Πρὶν ἢ) Non solum quatuor illae, quas *Solanus* contulit, sic habent Edd. sed et *Par.* et *S.* nec dubito, quin et ceterae. An vero credidit, posse abesse illud ἤ; potest quidem: sed et recte adest, ut supra Dial. Mort. XIV. Alex. et Philip. ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, φυγόντων. *Aelian.* V. H. I, 21. νόμος ἐστὶν — μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. Et non semel alibi. *Herodian.* I. c. XI, 11. Οὐ πρότερον ἡ ναῦς ἀνέδραμε, πρὶν ἢ τὴν ἱερείαν ἀνεχθῆναι τῆς Θεοῦ. Ne plura addam. Reitz.

Pag. 139. l. 1. Περιπειρόμενοι) Sic quoque in *J.* erat, sed α supra posuit *Solanus*, ut qui περιπειράμενοι legi velit, addiditque conferendum Nostrum p. 254. ed. *Junt.* et Tom. altero, p. 172. id est, in Catapl. c. 51. ubi περιεπάρη τις μάλα καρτερὸς legitur. Alter locus est in Gallo c. 2. περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς. Adde et mox hoc capite, τοῖς ὀδοῦσι περιπείροντες. Unde quidem usus hujus verbi ac vis probatur, minime tamen inde conficitur, περιπειρόμενοι in περιπειράμενοι

mutandum: quin passivum hic praeferrem; nam si medium adhibere voluisset, quidni dixisset περιπειράμενοι ἀλλήλους. Plura ad significationem hujus verbi probandam adduxit *Jac. Elsner.* ad I. Ep. ad *Timoth.* VI, 10. Καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. Ubi et haec *Luciani*, et *Heliodor.* L. IX. p. 438. et *Plut.* Gracch. p. 842. profert. Reitz.

Ead l. 2. Τὰ ἅρματα δὲ ἀναστρέψαντα) Uterque interpres hoc loco somniat subversos currus, tanto ineptius, quod tamen eosdem mox ferri denuo in suos dicant; quae quemadmodum fieri possunt? Praeterea didici, cum de subversione loquitur *Lucianus*, non ἀναστρέφειν illic locum habere, sed ἀνατρέπειν. Sic in historia conscrib. ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἄλλων, et in Demonacte ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους, ubi vertitur *submersa nave*, forsan praeter auctoris et mentem et manum, quae tantum vult aut voluit, *subversa.* Et nostrum ipsum in *Aristophanis* Pace, ἅρματα δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀνατετραμμένα. At nunc intelliguntur *retroacti* vel *reversi*, ut in Scytha, οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας Anacharsis, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. Indignum profecto tam exigua, nota et obvia ignorari. Quin etiam distinctio ponenda est post verbum ἀναστρέψαντα, sed hoc modo, τὰ ἅρματα δὲ, ἀναστρέψαντα καὶ ταῦτα εἰς τοὺς οἰκείους, οὐκ ἀναιμωτὶ διεφέρετο. Mox male in *Salmuriensi* editum τῆς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ, quod in hac Ed. repeti video, cum recte *Basileenses* τῆς ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ. Gron.

Ead. l. 5. Δίφροι δ' ἀνεκυμβιλίαζον) Ex *Homeri* Iliad. *Π.* v. 389. Mox κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον, ex ejusdem poëtae Iliad. *Λ*, 160. petita sunt. Graev. Homer. Il. *Π*, 379. Solan.

Ead. l. 7. Ἀποβαλόντες) Etsi parvi est, monendum tamen, me ideo ἀποβαλόντες, ex *Fl.* et *B.* 2. praetulisse, quia ex ipsa prava scriptura reliquarum suspicor, eas aoristum dare voluisse; omnes enim ἀποβαλλόντες legunt, accentu in penultima collocato, etsi duplex λλ habent. Et mirum est, ut saepe vitium unius tam apertum, et facile corrigendum, propagetur per reliquas. Sola *Par.* ἀποβάλλοντες. Cui si plures vett. consensissent, non mutassem quidem; sed aor. hic tamen magis placet, etsi mox τέμνοντες sequitur, et sequentia etiam participia omnia in praesenti tempore efferuntur, quia ἀποβαλόντες cum τέμνοντες non ita arcte cohaeret: nam quod Κείν' in *Junt.* a majore litera inchoatur, quia verba *Homeri* sunt, nihili est, cum novus sensus ibi non incipiat; ideo etiam comma ante κείν' tollere non dubitavi, quo sensum planiorem redderem. Tum etiam accentum in κειν' mutavi, cum Edd. nonnullae *Luciani* haberent κεῖν'. Est enim

hic κεὶν' pro κεινὰ, i. e. κενὰ ὄχεα, *vacui currus*; sed κεῖν' s. κεῖνα ab ἐκεῖνος foret. Sic saltem κείν' accentu acuto in tribus quoque bonae notae *Homeri* Editt. quas contuli, exaratum est; alioqui potius sine accentu scriberem, quia is in ultimam incidit: sed quia usus obtinuit, ut declinabilia accentum retrahant ante apostrophum, bene κείν' scribitur. Verumtamen adhuc aliquid ad sensum deesse videtur, nempe καὶ vel τε· mallem itaque legere, *τούς τε ἐπιβάτας ἀποβαλόντες κείν' ὄχεα κροτάλιζον*, *sessoribusque excussis vacuos currus cum strepitu rapiebant*. Κροτάλιζον enim hic pro ἐκροτάλιζον, augmento poëtice abjecto, servandum; licet alibi, ubi ad poëtae alicujus verba non respicitur, id omissum recte restituerint eruditi. Vid. mox Harm. c. 1. ubi νικήσας in ἐνίκησας mutatum. At in praet. plusq. perf. saepe in prosa etiam abjicitur, ut dicam deinde. Reitz. Κείν' recte habent B. 1. A. 1. 2. sed B. 3. sine accentu. Verba τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόντες sic cogita resoluta: — — ἀπέβαλον, καὶ etc. Sic non erit, quod cum *Reitzio* temere corrigendum existimes: τούς τε ἐπιβάτας. Sic etiam intelligetur, quanto praestet h. l. Aoristus Praesenti. Quin ἀποβάλλοντες ne tolerari quidem posset. Nam sequentibus Participiis τέμνοντες, διαιροῦντες, nihil est cum hoc commune. Lehm.

Ead. l. 9. *Κείν' ὄχεα*) *Homer*. Il. *Λ*, 160. Solan.

Ead. l. 12. *Κατεβάλλοντο*) MS. Regius κατελαμβάνοντο. Bourd. Idem hic Regius est Codex, quem *Belinus* numero 2954. insignivit; in quo non solum κατελαμβάνοντο, sed supra etiam καταλάβοιεν legi *Belinus* refert. Quae quidem lectiones etsi per se, quod reprehendantur, non habeant, non adeo tamen vulgatis praestant, ut cum *Schmiedero* et *Belino* eas recipiendas arbitrer. Verba autem καταβαλεῖν et καταλαβεῖν saepissime a librariis permutata esse, neminem fugit, qui antiquiora volumina versaverit. Lehm.

Ead. l. 14. *Περιπείροντες*) Vid. paullo supra ad caput praecedens. Solan.

Pag. 140. l. 2. *'Επαιώνιζον*) P. et Schol. ἐπαιάνιζον. Utroque modo vulgo apud scriptores reperitur. Solan.

Ead. l. 8. *'Ελέφαντα*) Vide ejus nummum, quem exhibet *Spanh.* 406. Solan. Modo pro ἐπί τε τῷ τροπαίῳ Cod. 2954. legit ἔπειτα τῷ τρ. quam mutationem, monente *Belino*, arripuit *Schmiederus*. Posset, si emendatione opus esset, etiam sic rescribi: ἔτι δὲ τῷ τρ. cujus ipsius generis vitium occurrit Prom. in Verbb. c. 5. et saepius. At nulla opus est mutatione. *Τε* refertur ad καὶ in praecedentibus: ὁ δὲ καὶ δακρύσας etc. et vertendum *porro*, *tum*. Cf. Necyom. 5. He-

mot. c. 52. not. Diall. Mortt. XIX, 1. de cujus postremi loci probitate dubitari tamen posse fateor. Ἐγκολάπτειν autem ἐπὶ τῷ τροπαίῳ non magis, credo, offendere potest, quam ἐνουρεῖν ἐν τῷ μέσῳ Conviv. c. 35. ἐπιβαίνειν ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν Diall. Mortt. XXVII, 5. ejusque generis multa, quae scriptor noster amavit. Mox lenem, monente *Seagero* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 74., admisi interpunctionis mutationem, ἄλλως non, ut vulgo factum, ad sequentia, sed ad praecedentia, referens: καὶ θαυματοποιΐα ἄλλως, i. e. *merae praestigiae*, quemadmodum, quem locum recte contulit *Seagerus*, Prom. in Verbb. c. 2. τέρψις ἄλλως καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. Conferri idem V. D. jubet *Demosth.* περὶ παραπρεσβ. p. 348. ed. Reisk. et in Lacrit. p. 931. et adiri etiam *Toupii* observationem ad *Longin.* §. 7. Ceterum jam occupaverat hanc emendationem *Schmiederus*. Lehm.

IN HARMONIDEN.

Pag. 142. l. 1. *ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ*) Non est προςλαλιά, sed Σύστασις, sive commendatio. Marcil. Cf. Argum. textui praemissum. Lehm.

Ead. l. 2. Ἁρμονίδης) Philippo Maced. regnante vixit. *Marm. Oxon.* 173. ep. 77. V. *Plut.* 957. i. Solan.

Ibid. Τιμόθεον) Hic nobilissimus sub Alexandro magno floruit, de cujus Musica, qua Alexandrum ad bellum accendere solebat, meminit *Dio* in lib. de Regno. Cogn. *Timotheus* lyricus clarus est apud veteres, qui, quod plures lyrae chordas addidisset, Lacedaemone exulare jussus est, *Plut.* 209. Historiam ex *Boëthio* et decretum ipsum emendatius exhibet *Casaub.* ad *Athen.* p. 613. Sed *Milesius* ille, uti ex decreto constat; noster autem *Boeotus*, ut mox patebit. Quod rite observatum lucem loco mox sequenti a viris doctis sollicitato foenerabit. De nostro vid. Adv. Indoct. cap. 5. De Milesio *Leop.* 160. Hic est, qui Phrygium canens Alexandrum in convivio ad arma subito excitatum mox remisso cantu a furore ad quietem revocavit. Historiam narrat *Basilius* de leg. Gr. lib. (Grot. ed. 99.) Solan. De Milesio Timotheo cf. etiam *Pausan.* III, 12. circa fin. (qui secus ac *Plutarchus* Timotheum Lacedaemone suspensum fuisse tradit,) et *Athenaeum* XIV, 4. et ad hujus Lib. VIII. cap. 45. doctissimam *Casauboni* animadversionem. Lehm.

Pag. 143. l. 3. *Τῆς Φρυγίου*) Modorum, seu nomorum, ratio circumscribitur. Phrygio tribuit *τὸ ἔνθεον*, (Lydio) Bacchanalem licentiam, Dorico severitatem, Ionico jucunditatem, *Apul.* lib. 1. Florid. *Plut.* et *Boëth.* in Musica. Cogn. Sunt Harmonidae quatuor solum musicae modi principales, Phrygius, Lydius, Dorius et Ionicus: cum tamen, qui de musica scripserunt, quinque constituant, addentes his quatuor *Aeolium*, ut *Plato* 3. de Rep. *Athen.* lib. 14. *Cassiodor.* Epist. 40. lib. 2. et libr. de Music. Nisi sub Dorio Aeolium involvat: haec enim duo saepe confunduntur, ut in *Pindaro*, qui cum Dorice scriberet, vocavit musam suam *Αἰολίδα μολπήν.* Assignat autem *τῷ Φρυγίῳ τὸ ἔνθεον·* ubi male interpres *Obsop. attonitum:* voluit enim Harmonides *religiosum*, ut patet locis citat. et apud *Apulejum* libr. 1. Florid. Sed de tonorum istorum qualitate omnes isti fere inter se dissentiunt: tribuit Ionio *τὸ γλαφυρόν.* Interpres *suavitatem:* vertendum erat *varium*, ut apud *Apulejum* loc. cit. Sic saepe apud *Homer. γλαφυρὸν*, pro eo, quod multos recessus multasque latebras habet. Bourd. Qui pleniorem de modis musicis ideam desiderat, adeat *Claud. Ptolemaei* Harmonicorum libros, quorum bellam nobis editionem reliquit *Jo. Wallis* Oxon. e theatro Scheldoniano an. 1682. Ibique in Appendice veterum Harmonicam ad hodiernam comparatam. Reitz. *Varium*, quod *Bourdelotius* maluit, quam *suavitatem*, non respondet proxime voci *γλαφυρόν*, etsi illud ab ipsa re non admodum abhorret. Rectius *Obsopoeus* et *Gesnerus* proprium usum tenuerunt. Vid. Diall. Deor. XX, 11. *γλαφυρὸν μειδιᾶν*, et Demosth. Encom. c. 6. *αἱ τῶν παραβολῶν γλαφυρότητες.* Lehm.

Ead. l. 13. *Νικήσας — ὁμώνυμόν σοι*) Harmonides, cujus nomine hunc libellum insignivit Lucianus, petit a Timotheo magistro suo, qui se tibias inflare docuerat, ut se quoque, quemadmodum gloriam sibi comparet, doceat, quo et ipse digito monstretur praetereuntium: *ὥςπερ*, inquit, *ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τοπρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ὑπηύλησας τῇ Πανδιονίδι, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τοῦ ὁμώνυμόν σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν, ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν.* Si haec attente inspiciantur, patet, nisi fallor, scribendum *ἐνίκησας*. *Sicut cum etiam tu, Timothee, primum ex patria Boeotia egressus, tibiis cecinisti Pandionide, et superior fuisti in Ajace furente* etc. Caeterum in verbis sequentibus, quod *Marcilius* pro *ὁμώνυμόν σοι* legit *ὁμωνύμου σου*, certissima quidem videtur emendatio; (id namque voluit auctor, *superior fuisti eo, qui tibi cognominis*

cecinerat) sed quod σοι in σου mutat, ejus vero causam perspicio nullam. Utroque modo Graeci, ὁμώνυμός τινι et τινος. Jens. Postea in marg. Lectt. Lucian. *Jensius* haec addidit: Ut Graece dicitur ὁμώνυμός σου, et σοὶ, ita et Latini extulere *cognominis tui et tibi. Serv.* ad VI. Aeneid. v. 383. facit autem hic et haec cognominis; nam in *Plauto* lectum est, cum una de Bacchidibus diceret, *illa mei cognominis fuit.* Hinc apud *Plin.* III. c. 2. legendum conjectabam, *apposita est cognomini sui fluvio:* ubi *Harduinus* mallet, *cognomini sibi*, vel, *nominis sui.* Vulgo circumfertur, *cognominis sui.* Nisi *Plinius cognominis sui* dixerit, hoc est, nominis sui, quo pacto *Tacit.* XII. Ann. 55. *cognomentum*, hoc est, nomen. Et *Justin.* IV. c. 2. et VII, 1. et XV, 2. cognominare ἀντὶ τοῦ nominare. Ortwin. Ἐνίκησας *Jensius* emendat, quem vel invitis Codicibus, et ipso M. hic recte monentem sequimur. Solan.

Ibid. Τοῦ ὁμώνυμόν σου) Leg. τοῦ ὁμωνύμου σου. Marcil. Hoc erat, quod supra monebam, duos fuisse *Timotheos* Musicos. Thebanus ergo hic junior Milesii melos canebat. Aliter tamen hic, quam edidi, in Edd. legitur, nempe ὁμώνυμόν σοι· sed emendatione hac nihil certius, quam partim etiam a *Marcilio* visam esse, nota ejus indicat. Solan. Verissimam puto *Marcilii* conjecturam correctam a *Jensio* τοῦ ὁμωνύμου σοι, eamque interpretatione expressi. Distinguit homonymos duos Timotheos, tibicinem hunc Thebanum, et Milesium alterum, poëtam, et eundem quoque Musicum. Addendus hic locus thesauris *Fabricianis* Bibl. Gr. 2, 19. p. 694. Caeterum *Pandionidem* fabulam intelligo*) de Pandionis filiabus; in qua Philomela et Progne mirabilem tibicini occasionem praebent. *Ajax furiosus* nobile argumentum Tragicorum etc. Gesn. In re tam manifesta uni *Pell.* obsecundasse satis habui; nam etsi vulgatum ὁμώνυμον ad μέλος relatum, aliquem sensum faciat; non tamen eum exhibet, quem auctor voluit. Reitz.

Ead. l. 16. Ἐπὶ τὴν γλαῦκα) Noctua noctu videt, canit et volat sola, odiosa caeteris avibus, in quas astuta utitur dimicatione: nam avicularum multitudine circumdata resupina pedibus pugnat, collectaque in arcum, rostro et unguibus tota tegitur: ei auxiliatur accipiter, foedere quodam naturae, ut inquit *Plin. Laërtius* scribit, Timonem Phliasium

---

*) Cl. *Wesseling.* me admonet: vid. an potius Attica tribus sit, et conf. *Demosth.* in Midiana. Sed quia hic agitur de cantu theatrali, et illico additur Ajax furens, cum *Gesnero* facerem. Reitz.

hoc nomine maxime reprehendisse Arcesilaum, quod is populares plausus non aliter consectaretur, atque noctua frequenti avium conventu claudi consuevit.

Haec ait, et turbam dextra laevaque frequentem
Ingreditur, volucres ululas mirantur ineptae,
Illa stupet solidum; sed tu vanissime, plebis
Captator, quid ob haec tam non praeclara superbis?

Sic Apologum *Ang. Politian.* iu sua Lamia exponit. Cogn. *Aves circa noctuam.* Caetera enim sunt interpretis, non Luciani. De hoc prov. *Aristot. Laërt. Dio Chrysostomus,* alii. Bourd. Vid. *Aelian.* de Anim. I, 29. Solan. Conf. *Dion. Chrysost.* laudatum a *Belino,* Orat. XII. p. 370. ed. Reisk. Bip.

Ibid. *Τὰ ὄρνεα*) Saltus, quem typotheta in *Junt.* fecit, videtur natus a similitudine terminationis in *κα.* Hinc reliqua a *γλαῦκα* usque ad *πεπόνηκα* omisit. Reitz.

Ibid. *Ταῦτ' ἐστι δ' ἅπερ ηὐξάμην*) Lege *δι' ἅπερ ηὐξ.* Marcil. At illud *δι'* ego jam in Edd. antiqq. reperi. Reitz.

Pag. 144. l. 3. *Μαρσύας*) Vid. infra advers. indoct. c. 5. Reitz.

Ibid. *"Ολυμπος*) Hunc iterum nominat adv. Indoct. c. 5. Solan.

Ead. l. 4. *Οὐδὲν γὰρ*) *Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος.* Vid. interpr. *Persii* ad Sat. 1. Bourd.

Ibid. *Φασὶ*) Meminit hujus proverbii *Gellius* XIII, 30. Vorst. Adde et *Eurip.* Med. 542. Item *Suetonium.* Solan.

Ibid. *Ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς*) Hujus adagii sensus est, quasvis egregias dotes ingenii, si non proferas, perinde esse, quasi non habeas. *Suet.* in Ner. *Gell.* cap. ult. L. 13. *Ovid.* (immo III. Art. am. 399.)

Tu licet et Thamyram superes atque Orphea cantu,
Non erit ignotae gratia magna lyrae. Cogn.

Pag. 145. l. 4. *Καὶ*) W. solus habet illud *καὶ* ante *ἐπ' ἀμφότερα.* Solan. Codicis auctoritatem non despiciendam duxi. Alioquin etiam abesse poterat copula; quod haud raro in his quoque scriptis factum deprehendi; ut mox cap. 3. init. Lehm.

Ibid. *Ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ*) *Benedictus, spectatae utrinque fidei.* Quid intellexerit, ipse viderit: certe nequaquam ad Graeca. *Obsopoeus, quorum fides in utraque fortuna spectata sit.* Absurdissime: nec enim huc adversa vel secunda quidquam faciunt. Immo *ad utrumque,* vel *in utroque,* nempe et reprehendendo et approbando. Gron.

Ead. l. 5. *Ἐπαινέσονται*) Ubi legimus, *εἰ τούτοις φημὶ ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἑλ-*

λησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος, non dubito, quin haec quoque oratio vitio unius literae decorem suum amiserit, legendumque sit *ἐπαινέσωνται.* Timotheus nempe Harmonidae tibicini viam monstraturus, qua per compendium posset fieri clarus inter omnes Graecos, jubet eum seligere ex omnibus Graecis optimos, eosque paucos et principes, quibus artem suam probet. *His*, ait, *si artem tibiis canendi ostenderis, iique te laudarint, jam te omnibus Graecis cognitum esse factum existima* Jens. *Wopkens* in Lectt. Tull. p. 306. refutat *Jensium*; at non satis similibus exemplis, saltem non ubi *καὶ* adsit. Quare adhuc *Jensio* assentior, quia *καὶ* hic non conjungit, sed disjungit. Reitz. Est h. l. *μετάβασις* Modorum haud inepta, ab Optativo procedens ad Futurum simplex, quod ab illo nonnisi eo differt, quod definitius ponit, quae Optativus pro incerta conditione enuntiat. Alia ejusdem *μεταβάσεως* exempla videbis allata in Adnot. ad Hermot. c. 30. Mox sequitur aliud c. 3. *ἐσκοπούμην ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν.* Ab Indicativo ad Conjunctivum proceditur Hermot. c. 56. in verbis: *ὅρα μὴ οὐχὶ μορίον ἐστὶν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται.* ubi vid. Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 9. *Τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν*) Ut mima illa: satis est, equitem mihi plaudere. Bourd.

Ead. l. 14. *Ἴσασι*) Aliquid excidisse mihi videbatur, antequam ex L. hanc scripturam, pro *εἰσὶ*, quod in aliis est, vidissem. Solan.

Pag. 146. l. 12. *Οὕτω — ἔμελλες*) *Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων.* In hoc loco vertendo aliud egerunt interpretes. Salmuriensis: *Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut ajunt, gnomon et recta regula.* Alii pejus. Laborat locus prava distinctione, quae sic est emendanda: *οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων.* *Tu igitur revera talis nobis esse existimaris*, nimirum princeps civitatis, *quodque sane praecipuum est, omnis virtutis norma, ut ajunt, et talium regula.* *Κεφάλαιον* inepte copulari cum *ἀρετῆς*, et omissa copula, et inepta sententia ostendit. *Μέλλω* eleganter hic est *δοκιμάζομαι*, existimor, ita me comparo, ut pro tali habear et existimer; ut apud *Homerum*, quem *Lucianus* ubique sequitur:

Καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι.
Ego quoque olim judicabar inter homines beatus esse.

Ubi Scholiastes: ἔμελλον, ἐῴκειν, ἐνομιζόμην. Graev. *Lucianus* ad amicum quendam suum, virum principem, Ἐσκοπούμην, inquit, ὅςτις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον, τῆς ἀρετῆς ἁπάσης γνώμων φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Apparet rescribendum οὗτος pro οὕτω. Lucianus scilicet ipse quoque notus fieri cupiens omnibus, Timothei consilium secutus, *Cogitabam*, inquit, *quis civium esset optimus, et cujus consilium sequerentur reliqui, quique mihi futurus esset instar omnium. Is vero tu jure merito mihi videri debebas; quodque sane praecipuum est, omnis virtutis norma, ut ajunt, ac recta talium regula.* In ultimis secutus sum interpretationem *Graevii*, quam vir ille cl. vulgata multo meliorem dat p. 978. Sequitur, εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ, εἴη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι, καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. Sic connectenda haec arbitror, sublato post φανήσεσθαι puncto, quod in vulgato conspicitur. Verto: *Si autem tibi ostendissem mea, tuque ea laudasses, foret ut ita viderer jam spei meae terminum tetigisse, in unius suffragio suffragia omnium complexus.* Jens. Οὗτος L. uti emendari jusserat *Jensius*. Solan. Complura hic *Belinus* in versione Latina vituperat, prae imperitia scilicet, cui partim, si legisset *Jensii* et *Graevii* notas, succurri potuisset. Ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον primum ne sic quidem vertit *Gesnerus*, ut *Belinus* tradit: *ce qui vaut encore mieux.* Latina verba: *quod quidem caput est,* plane aliud quid valent, quod censor non intellexisse videtur; quod autem illud ipsum est, quod haec vox, saepissime apud nostrum scriptorem occurrens, significat. Nam quod *Belinus* substituit: *en abregé,* vel *pour le dire en un mot*, id ex mero arbitrio hic sumtum non est, quod linguae peritis demonstretur. Deinde quod *virtutis omnis* reprobat, ipse reddens: *de tous les talens*, nescivit, id ipsum significare Romanis vocem *virtutis*, quippe quae omnia in se honesta et laudabilia comprehendat, in arte ergo, quae quis praestat magna et eximia, sive ingenio, sive industria sua et adsiduitate: die Verdienste oder Vorzüge, pro loci cujusque natura. Tum etiam γνώμων dicit melius reddi *index*, quum imago sit ab horologio repetita, *norma* autem huc non conveniat. At *norma* est id, e quo res judicatur. Quodsi igitur princeps noster civitatis dicitur *norma virtutis*, nihil id aliud vult, quam vulgus de artificis virtutibus ita solere judicare, uti illum videt, auditve. In eo autem, quod supra

interpretis Latini *tabernaculum* pro Graeco σκηνὴ reprehendit, facilius *Belino* obsecutus sum. Lehm.

Ibid. Ἔμελλες) Verbi μέλλειν vis apud *Nostrum* interdum haec est, ut verisimilitudinem quandam eo fere modo indicet, ut Latinorum *debet*, *oportet*, et similia. Luculentum praesertim exemplum est in Scytha pag. m. 593. οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι. Et p. 597. extr. καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι. Gesn. Huc quadrant, quae *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 20. contra *Th. Magistr.* adfert, dicens: Ἤμελλον, ait *Th. Mag.* Ἀττικοὶ, οὐκ Ἔμελλον. Atqui passim *Lucianus*, scriptor Ἀττικώτατος, Ἔμελλον, ἔμελλες, ἔμελλε. In Harmonide (h. l.) σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι etc. In Scytha, Πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι. Ibid. ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν. In Hermotimo, Ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸν ἔφεδρον. Iterum in Scytha, καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην. Et in ipso *Thucydidis* loco, quem post in voce ΠΕΡΑΙΟΥΜΑΙ adducit ipse *Thomas*, ὡς ἔμελλον τὸν Ἑλλήσποντον περαιώσειν. Haec *Jensius*. Cum *Th. Magistro* tamen etiam facit *Moeris Atticista*. Et verum quidem est, Atticos plurimum dicere ἤμελλον. Sed et ἔμελλον *Thucyd.* iterum VII. c. 20. Igitur prudentius *Phavorin.* ἠβουλόμην ait, esse ὡς Ἀττικώτερον, et sic *Suid.* Vid. *Maittaire* de Dialectt. pag. 58. nec amat *Noster* ὑπεραττικίζειν. Vid. ejus Lexiphan. et Rhet. Praec. Reitz.

Ead. l. 16. Φανήσεσθαι) Punctum post hoc verb. quod erat in *Salm. Jensius* deletum voluit: sed in *Par.* haec parenthesi includebantur; quare ea sic reliquimus. Reitz. J. *Scagerus* Class. Journ. Vol. XIII. p. 74. maluit φαντάζεσθαι, et vertit: *liceat enim sic imaginari.* Imo vero φανήσεσθαι legendum, ut vulgo legitur, et reddendum, ut redditum est: *atque utinam ita tibi videatur!* vel potius *appaream.* Parum differt illud in fine Zeuxidis: εἴη μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δεικνύειν. neque hoc Pro Laps. c. 17. καὶ ἔμοι γε εἴη μηδὲν τοιοῦτον σφάλλεσθαι etc. et alia ejusdem modi multa. Lehm.

Pag. 147. l. 2. Ὥςτε λόγῳ μὲν ἐφ᾽ ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον τὸ δ᾽ ἀληθὲς) *Itaque juxta proverbium in uno viro aleam jaciemus, ac revera perinde fuerit.* At λόγῳ non significat *juxta proverbium*, sed verbo, et opponitur ei τὸ ἀληθὲς, *re ipsa.* Verte igitur locum: *Itaque verbo quidem super uno viro aleam jaciemus; sed re ipsa* etc. Sic in Revivisc. c. 6. Λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς. Ubi rursus male interpres: *meque oratione ob hoc florilegium commendant, imo vero vos ipsos.* Debuit: *verbo quidem me collaudant ob florilegium; re vera vos.* In Timone c. 8. dixit pro eo

Lucian. Οὑτωσὶ μὲν εἰπεῖν et ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ. L. Bos. Hunc *Luciani* locum laudat etiam *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 92. et ex aliis *Thucydid.* locis quoque docet, τὸ ἀληθὲς et τὴν ἀλήθειαν saepe opponi simulationi, προφάσει — et λόγῳ, ut VI, 33. et II, 41. Addo *Isocrat.* Nicocl. p. 76. Τοῦ βασιλέως τῷ μὲν λόγῳ διηλλαγμένου, τῇ δ' ἀληθείᾳ τραχέως ἔχοντος. Plura vid. ap. *Jac. Elsner.* ad Ep. ad Coloss. c. 2, 23. Reitz. Sequentia mirum in modum exaggerata leguntur in Cod. 2954. ὥςπερ ἂν εἰ τοὺς ἁπανταχόθεν ἀνθρώπους συγκαλέσας ἐς κοινὸν θέατρον ἐπιδεικνύοιμεν τοὺς λόγους. Quae etsi vix credas cuiquam placere potuisse: (adeo frigida est, ac paene inepta, sententia; adeo inaequalis et inconveniens oratio, συγκαλέσας, sequente Verbo plurali; adeo neglectus etiam usus verbi ἐπιδείκνυσθαι solennis) placuerunt tamen *Belino*, qui vulgata verba manca et mutilata sic demum optime completa judicaret, et censori Editionis *Schmiederianae* Jenensi. Etsi autem plenissima ego haec verba habeo, in verbo tamen ἐπιδεικνύμην, uti fere vulgatur, offendere me fateor. Retineri quidem vult *Struvius* in Gramm. Gr. p. 181. tanquam Optativi formam, cujus rara apud veteres occurrant vestigia: vid. *Matthiae* Gramm. Gr. §. 204. 3. p. 265. et quem citat, *Clarkius* ad *Homer.* Odyss. ς', 237. At rarissima tamen sunt, nec omnia extra omnem dubitationem posita. Longe simplicior ac verior mihi quidem videbatur B. 3. lectio ἐπεδεικνύμην, *si ostenderem*, ut etiam *Gesnerus* vertit: male *Obsopoeus: si ostendissem.* Quare facile eam admisi. Vulgatam ex errore scribendi aliquando ortam fuisse credo. Lehm.

Ead. l. 3. Ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον) Vid. Paroemiogr. Sic p. 604. (i. e. pro Imagg. c. 16.) Bourd.

Ead. l. 11. Τὴν λευκὴν) De his calculis res nota. Bourd. Cf. omnino Pisc. c. 21. extr. ibique observata. Lehm.

Ead. l. 14. Αὐτὸ θαῤῥεῖν) Non facile puto ex his verbis (κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι) concinnum erui posse sensum. Sed videor mihi verissimam adsecutus scripturam, ubi legerim, κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι. Dixerat *Lucianus*, virum illum principem, cui uni se probare gestiebat, quemque unum sibi instar omnium fore dixerat, semper album et servantem secum ferre calculum, atque adeo se magno, qui se caeteroquin in negotio tanti momenti suscepto gravaret, timore levari. *Sed profecto*, pergit, *illud quoque ipsum me amplius confirmat, quod res meae non sunt a te prorsus alienae.* Jens. Αὐτὸ) *Vorstii* et *Jensii* emendationem firmat L. Codicis auc-

toritas, in quo pro vulgatarum *αὐτῷ* legitur, ut hic, *αὐτό*. Solan. Quae modo praecesserant, *ἂν φοβηθέντα*, his non satis respondet versio Latina: *qui — perterrear.* Debebat, opinor: *qui — timuissem*, quasi dictum esset: *ὃς ἐφοβήθην ἄν, εἰ μὴ σὺ* etc. *Ἂν* autem cum Participio junctum et *Lucianus* amat; vid. Timon. c. 51. *ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες.* Prom. s. Cauc. c. 15. *οὐδ' ἂν συνίεμεν ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν, οὐχ ὁρῶντες* etc. Diall. Deor. VI, 1. *οὐ γὰρ ἂν συνῆν ἡμῖν ἀνάξιος τοῦ συμποσίου ὤν.* De Merc. Cond. c. 33. *ὑπᾴδοντος (τοῦ κιναίδου) καὶ τερετίζοντος, εἰ δὲ μὴ ἐπεῖχεν αὐτὸς, (ὁ φιλόσοφος) ἴσως ἂν καὶ ὀρχουμένου ἐπὶ τῆς ἀπήνης.* Quod postremum exemplum proxime omnium ad hoc nostrum accedit. Lehm.

Ibid. *Ἀλλότριον*) *Vorstius* et *Jensius* *ἀλλότρια* mallent. Ego nihil muto. Solan. Recte fecit *Solanus*, qui nihil hic mutaverit: nam, etsi mirum nonnullis videbitur, singularem ita adjungi plurali, tamen est Graecismus verus, qui exponi potest per ellipsin *χρῆμα*, vel *τὶ*, ut significet, *meas res tibi esse alienum quid.* Quod eodem modo Belgice efferimus. Exempla ex Graecis auctoribus possem dare haud pauca, sed sufficiant sequentia. *Noster* supra, Zeux. c. 4. *οἷόν εἰσιν ἵπποι.* *Aelian.* V. H. III, 1. m. 167. *Λέγεται δὲ τὰ ὕδατα ταῦτα καὶ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι.* *Hippocr.* Sect. I. Aph. 15. *Σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί.* *Thucyd.* I, 6. *Σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος.* Nam quia neutrum plurale amat verbum singulare, ideo jam indifferens erit, num propter *ἐστὶ* addas substantiv. singulare *σημεῖον*, an propter *ταῦτα* addas plurale *σημεῖα.* Ita quoque adjectiva gerundiva singulari num. solent addi pluralibus, eadem analogia: ut *Epict.* §. 37. ed. *Reland.* p. 68. *Ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον.* *Hippocr.* S. I. Aph. 15. *Τὰ προσάρματα δοτέον, danda sunt alimenta*, i. e. alimenta sunt aliquid, quod dandum est. (Etsi eadem gerundiva alibi quoque plurali num. efferri notum est.) Sic, inquam, ille canon de neutris plur. cum verbo sing. cujus tam varias rationes reddunt Grammatici, simplicissime omnium exponitur per ellips. *χρῆμα* vel *τὶ*, ut *τὰ ζῶα τρέχει* proprie sit, *animalia, sive pecus est aliquid currens.* Omnia enim verba originem vel saltem terminationem suam debere prisco *ἔω sum*, recte conjicit *S. Clarke* ad *Homer.* Alius autem singularis et plur. concursus vicissim per intellectum *ἐστὶ* conciliatur. Sed *ταῦτα* fere perpetuo in plurali effertur, etsi refertur ad singularem, vel collective ad totam orationem praemissam, ut apud *Nostrum* de Salt. c. 1. *Ἀνὴρ δέ τις — καὶ ταῦτα, παιδείᾳ σύντροφος*, et *Aristoph.* Plut. 17. Sed melius

convenit hoc *Aristoph.* Plut. 887. Ταῦτα οὐχ ὕβρις πολλή ἐστι; alibi τάδε ὕβρις· vid. Ind. *Kusteri.* Reitz. Utcunque haec dispntata sint, supersedere iis potuisset *Reitzius*, quum genuinam et legitimam lectionem ἀλλότρια servaverint B. 3. et Codex 2954. Unde et *Schmiederus*, *Belino* monente, eam recipere non dubitavit. Lehm.

Pag. 148. l. 5. Τῆς Ἀθηνᾶς) Alludit ad historiam Orestis, quem suffragiis in Areopago damnandum suo calculo servavit Minerva. Vid. *Eurip.* Iphig. in Taur. 1469. Consule etiam, si lubet, Schol. *Aristoph.* 244. D. et Nostrum in Pisc. c. 21. ubi eandem fabulam tangit. Utitur etiam *Philostr.* p. 568. ed. Lips. proverbio *Minervae calculus.* Solan.

Ead. l. 6. Ἐπανόρθωμα) Hoc puto velle Sophistam: cum soleas, ut praeses, et *rector* provinciae, quaecunque depravata sunt *corrigere* et restituere; tui muneris partem esse putato, peccata etiam mea emendare. Gesn.

Ead. l. 9. Ἐπῶν σκιαὶ) Sic legunt interpretes et Paroemiographi. In Anglic. Cod. rectius ἐπαίνων σκιαὶ, ut σκιᾶς ὄναρ ap. *Pindarum.* Bourd. Λόγος ἔργου σκιά, proverbium a Democrito profectum, apud *Diogen. Laërt.* Democr. 246. D. et *Plut.* π. παιδ. ἀγωγ. 16, 2. λόγος γὰρ ἔργου σκιὰ κατὰ Δημόκριτον. P. tamen et L. cum A. ἐπαίνων. *Philemon Casaubono* laudatur ad *Theophr.* 282. ἄλλο μηδὲν πλὴν σκιά. De amicis in adversis. Vid. *Eur.* pag. 295. B. Solan. Ἐπαίνων σκιαὶ sunt etiam apud *Michaëlem Apostolium* Prov. Cent. 19, 99. ubi hic ipse *Luciani* locus videtur respici. Sed recte, ut puto equidem, ἐπῶν ex *Luciano* restitui jubet *D. W. Trillerus* observatt. Critt. p. 52. operis elegantissimi, et auctorem suum ex asse referentis. Gesn. Et mihi ἐπῶν retinendum videbatur, licet etiam Codex 2954. ἐπαίνων exhibeat, et *Schmiederus* id praetulerit. Acutior certe est haec locutio, ἐπῶν σκιαὶ, et magis, quam altera illa, proverbii naturae accommodata. Significat autem, ut paroemiographi docent, *inania verba, quae umbrarum instar nihil habent solidi, nec certi.* Ὑπηνέμια ὀνείρατα quid sit, patebit ex iis, quae de voce ὑπηνέμιος ad libellum de Sacriff. c. 6. Tom. III. p. 489. dicta sunt. Lehm.

Ead. l. 10. Οὗτος ἀκριβὴς — ἢ πάντων) Non intellexerunt interpretes haec verba, οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ᾽ ὥς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ᾽ ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν ἢ πάντων. Salmuriensis sic transtulit: *Hic lucubrationum mearum exactus terminus. Non amplius est dubium, nec quisquam ambiget, quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi visum fuerit.* ἢ πάντων omisit in versione. Cetera satis

inscite. Verte: *Hic certus meorum scriptorum scopus est. Nihil dubii reliquum, adeo ut nec in posterum quisquam dubitaturus sit, sitne hoc omni eruditione refertissimum, quod tuum fert suffragium, an omnium.* Nimirum tuum suffragium mihi est, et aliis etiam erit, instar omnium. Graev.

Ead. l. 11. Ὅρος) Ὅρος sive *finis*, hic est *definitio*. Judicio viri, cui blanditur, vult constitui ac definiri, quid de se sentire debeant reliqui. *Σοί γε δόξαν* absolute positum, ut sexcenties. Gesn.

Ead. l. 12. *Ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι σοί γε δόξαν ἢ πάντων*) *Obsopoeus* apud Basileenses et Bourdelotium, *sed aut optimum juxta disciplinas aestimandum est, quod tibi apportet* (sic *Bourdelotius:* at in Basileensi *oportet*) *gloriam, aut omnium. Benedictus, quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi visum fuerit.* Unde apparet, illas voces *σοί γε δόξαν* verius fuisse intellectas ab *Benedicto*, cum certe *Lucianus* de judicio agat, non de gloria; et editioni *Basileensi* adscripsit pater, *tuo judicio.* Sed cum is ipse *Benedictus* non perciperet, quo postrema ista *ἢ πάντων* referenda essent, omissis duabus adversativis ἢ ineptissima licentia vocem *πάντων* superioribus immiscuit, cum tamen simpliciter verti deberet, ac clarissima sit aposiopesis, verentis aliquid arrogantius vel invidiosius proferre, quod post vocem *πάντων* tamen promittebat sermonis cursus. Verte igitur: *quin id vel optimum ad doctrinam existimari oporteat, quod tibi visum fuerit, vel omnium.* Gron.

Ead. l. 13. *Ἢ πάντων — εὐφημεῖν δὲ*) Elegans *ἀποσιώπησις*, quae fugit omnes interpretes, praeter *Gronovium.* Nimirum ubi dixisset, sibi non sufficere, quod vulgus ipsum admiratum fuerit, quodque sermones sui laudentur ab auditoribus: ea omnia esse vana: at nunc, si verus ille rerum existimator judicarit, id, quod verum sit, demonstratum iri; idque ut fiat, se unice petere: *οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι,* persequitur, *οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς οὕτω μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. Nihil amplius, quod sit ambiguum, nec de quo quisquam dubitare possit, sed vel optimum eruditione oportebit censeri, si tibi quidem ita visum fuerit, vel omnium. Ast bene ominari oportet eum, qui ad tantum certamen progreditur.* Manifestum est, voluisse *Lucianum, oportebit judicari vel optimum eruditione, si tibi, unice arbiter, ita visum fuerit, vel omnium pessimum. Neque nunc amplius locus dubio incertove relinquendus est, dum alii scilicet aliter judicent, et sic de universa existimatione omnium nihil certi queat decerni. Sed*

tuum judicium secuturis omnibus, qualis habendus sim, constabit. At ne verbo male sibi ominaretur *Lucianus*, in voce πάντων repressit loquendi cursum; cum debuisset sequi χείριστον, vel simile. JENS. Ἢ πάντων . . . εὐφ. δὲ γ.) Sic cum punctis edi curavimus, quibus ἀποσιώπησις designaretur; quo facto liquida jam omnia. Sensus autem adeo perspicuus est, ut mirer, qua ratione factum sit, ut viros doctissimos fugerit, praesertim cum posterior interpres recte aposiopesin observarit. Nota autem veterum superstitio in rebus agendis inchoandis, cujus exempla passim apud auctores occurrunt; de qua *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. p. 322. Hanc nunc silentio huic praetexit, SOLAN.

Pag. 149. l. 2. *Πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι*) Hoc loco τὸ μεγάλα non παρέλκει, sed eo, quod in pluribus locis Graeciae certamina sacra celebrabantur sub Olympiorum nomine, ideo dixit Olympia magna, ad differentiam eorum, quae minus celebria erant. Intelligit igitur Olympia magna, quae Pisae ad Alpheum celebrabantur, quae et antiquissima a Pelope et Hercule erant, et celeberrima non solum in tota Hellade, sed etiam Italia, Sicilia, Asia, Aegypto, Syria, Cyrenaica, concurrentibus ad spectaculum, et athletas et quadrigas eo mittentibus. Minora vero Olympia erant, quae celebrabantur Dio Macedoniae ab Archelao rege instituta, quod nos docet *Demosthenis* Scholiastes ad orationem περὶ παραπρεσβείας, his verbis: *Τὰ Ὀλύμπια δὲ πρῶτος Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας κατέδειξεν, ἤγετο δὲ ἐπ᾽ ἐννέα, ὥς φησιν, ἡμέρας ἐσαρίθμους ταῖς Μούσαις.* Eodem nomine erant etiam Athenis, ut docet *Pindari* Schol. ad Olymp. 7. ad haec verba, *κρανααῖς ἐν Ἀθάναις.* Sic enim commentatur: *εἴη δὲ ἂν ἔτοι Παναθηναῖα ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια* etc. Vetus inscriptio Romana, de qua *Jos. Scaliger* lib. de emend. temp. quinto, p. 476. Olympia etiam post Panathenaea recenset *Hesychius*, *Ὀλύμπια ὁ Ἀθήνησιν ἀγών.* Item alia Olympia, quae Smyrnae, et alia, quae Pergami, et alia Alexandriae, quorum mentionem fieri in Pandectis asserit idem *Scaliger.* Respectu igitur horum omnium certaminum, quae sub nomine Olympiorum diversis locis celebrabantur, dicta sunt Olympia magna ea, quae Pisae committebantur. PALM. Cf. supra Herodot. c. 1. SOLAN.

IN SCYTHAM SEU HOSPITEM.

Pag. 150. l. 1. *ΣΚΥΘΗΣ*) *Προςλαλιά.* Habita vero in Macedonia, et quidem, ut conjecturam feceris, Thessalonicae. Patescet legenti p. 540. et seq. MARCIL. Quam *Marcilius* paginam indicat, ea est Parisinae editionis, i. e. Astrolog. a c. 4. ad 10. Sed vereor, ut numerus recte sit expressus. REITZ. Nec mihi liquet, quem *Marcilius* significaverit locum, unde pateret Thessalonicae hanc recitationem esse habitam. Certe *Macedoniae* caput intelligendum esse, docet caput 9. sub pr. *Προςλαλιὰν* autem esse hunc libellum negavit *Wielandius* argumentis quidem admodum subtilibus, nec facile refellendis. Videtur enim potius libellus esse commendandi sui caussa a *Luciano* missus ad patronos duo optimos maximos Thessalonicenses, cap. 11. laudatos. Cui quidem scriptionum generi etiam Harmonides, proxime praecedens libellus, accensendus est. Vid. *Wieland.* in nota ad hunc dial. ab ipso versum Tom. IV. p. 305. collata cum alia, eaque ampliori p. 321. in qua tamen extrema pro *Zeuxis* nescio an scribere *Wielandius* voluerit *Harmonides.* LEHM.

Ead. l. 2. *Πρῶτος Ἀνάχαρσις*) Vid. hujus vitam et Epitaphium apud *Laërtium.* COGN. *Πρῶτος*) Sic recte, et patet hac narratione. Mendose in aliis *πρῶτον.* BOURD. *Πρῶτος* emendatum in *B.* 2. Par. *S.* et Amst. In antiquioribus prave legebatur *πρῶτον.* SOLAN.

Ibid. *Ἀνάχαρσις*) Meminit hujus *Galenus* in *προτρ.* ad Artes. VORST. Quae de Anacharside hic habet, narrantur etiam apud *Plut.* p. 26. F. et *Diog. Laërt.* Sed aliter. Item ap. *Herod.* IV, 46. p. 155. SOLAN.

Ead. l. 5. *Οὐ τοῦ βασ. γένους*) Hoc a *Luciano* observatum, quia, quem nominavit, Anacharsis e regia stirpe erat oriundus. Vid. *Herod.* p. 155. f. SOLAN.

Ibid. *Ὢν*) Turparunt editores novitii sinceram veterum editionum lectionem, dum dederunt, *οὐ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὂν*, nempe *ὂν* pro *ὤν.* JENS.

Ead. l. 6. *Πιλοφορικῶν*) Quis hoc memoraverit, me latet. SOLAN.

Ibid. *Σκυθῶν τῶν πολλῶν*) Sic infr. Toxar. c. 45. med. *Πένητα — καὶ Σκυθῶν τῶν πολλῶν.* SOLAN.

Pag. 151. l. 1. *Ὀκτάποδες*) Scythico proverbio dicebantur, quibus rusticanae tantum opes erant, quique duos pos-

siderent boves, et currum unum: inter opes enim rusticanas praecipue recenset *Hesiod.* bovem aratorem. Cogn.

Ead. l. 4. *Μετ' οὐ πολὺ*) Immo post CXXX minimum annos: tot enim inter Solonem et pestem, de qua mox, intercesserunt. Solan.

Ibid. *Καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ*) *Ξένος ἰατρός.* Guyet. (Ita in nott. ejus Mss. invenio. An igitur voluit *ξένος* nomen viri facere? Sed quia honoris titulus, et quasi Numinis est, ideo majori litera distinxit: quod quia *Solanus* quoque voluit, facile admisimus. Reitz.) Male interpres: *Et ipsi, quamquam peregrino Medico, Athenienses hostias immolant.* *Ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ*, hoc est, *ipsi hostias immolant, sub nomine peregrini Medici.* Menag. Monuerat in marg. ed. *Graev.* clar. *Hemsterh.* adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* V. p. 325. n. 84. ubi is haec *Luciani* verba adfert. Verba autem *Thucyd.* c. 12. his consona, haec sunt: *ὡς ἥρωϊ δὲ ἐντέμνουσι.* *Spanh.* dissert. IX. de praest. et us. Num. pag. 565. laudatur ibid. Reitz. Loquitur, ut de Brasida *Thucyd.* V, 11. *Οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν, ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας.* *Heroas* Graecorum cum *Divis* s. *consecratis* Romanorum conferendos esse, etiam *Spanhemius* docuit de usu et praest. num. diss. 9. p. 329. *Ἐντέμνουσι* verbum interpretatur Scholiastes *ἐναγίζουσιν*, *ἐναγίσματα προσφέρουσι*, *θύουσιν*. *Ἐναγίζειν* etiam de sacrificiis, quae Heroibus, non immortalibus Diis, offeruntur, *Herodotus* II, 44. Gesn.

Ead. l. 5. *Ξένῳ Ἰατρῷ*) AG. IV, 883. Solan.

Ead. l. 9. *Σκύθαις — ἀπαθανατίζειν*) Conf. infra Conc. Deor. c. 9. *Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται — αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν.* Solan.

Ibid. *Καὶ πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν*) Morem hunc mittendi ad Zamolxin scribit *Herod.* in 4. *Strab.* in 7. *Suid.* in dictione *Ζάμολξις.* Cogn. *Καὶ πέμπειν ὡς τοὺς περὶ τὸν Ζάμολξιν.* Marcil. *Πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν.* Dico alibi. Bourd. *Παρὰ* M. L. et Edd. Fl. *S.* et Amst. recte; et sic *Herodotus* ipse, qui hunc morem describit in IV. p. 159, 2. In reliquis Edd. pessime legitur *περί.* De Zamolxide vid. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* p. 205. Solan. Puto ego totum hoc sumtum ab *Herodot.* IV, 94. atque ita legendum, *ἀθανατίζειν, καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν.* Nominaverat *Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας.* Tum paucis interjectis, *ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ τὸν Ζάμολξιν δαίμονα.* Deinde narrat, quam ridicula crudelitate singulis quinquenniis interjectis sorte ali-

quem delectum mittant ad Zamolxin, πέμπουσι vel ἀποπέμπουσι παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἐντελλόμεναι τῶν ἂν ἑκάστοτε δέωνται. Hoc itaque in versione secutus sum. Deinde verba ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος omnino praecedentibus jungo. Quid enim? discerene debebant homines, Areopagum et Athenas esse in Graecia? an illud, barbarum hominem et Scytham pro Heroë, pro auxiliari Graeciae numine, in Graecia agnitum? Gesn. Abit a *Gesneri* sententia *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I. p. 105. n. 32. et ἀπαθανατίζειν probat. Reitz. De Zamolxide, Getarum legislatore, praeter *Menagium* supra laudatum egerunt etiam *Wesseling.* ad *Herodoti* l. l. et *D' Anville* in Commentatione sur la nation des Getes et sur le Pontife adoré chès cette nation in Mem. de l' Acad. des Inscr. XXV, 34. sq. Lehm.

Ead. l. 10. Ἀλλὰ — ἔδοξεν) Ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν. Sic distinguit *Bourdelotiana*, et interpretatio *Obsopoei* est, *sed Atheniensibus quoque licitum est in Graecia Scythas Deos facere. Quo tempore saeva pestilentia populus Atheniensis infestabatur.* *Benedictus* ita mutavit distinctionem, τοὺς Σκύθας. ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος κατὰ, vertens tamen, *Scythas in Graecia Deos facere. Quo tempore saeva pestilentia grassabatur Athenis.* Unde apparet, quantum sibi permiserit uterque interpres, cum et de populo Atheniensi nihil dicant Graeca, et tantundem de *Benedicti* Athenis. Certe quidem in ea urbe luem grassatam nemo ita coecus est, qui non satis ex serie orationis videat. Sed an propterea non etiam potuit grassari extra urbem illam per Graeciam? et cum grassaretur ita per universam non minus Graeciam, quam Athenas, an non potuit singulare monstrari remedium urbi Athenarum, aeque ut aliis privatis urbibus? Nemo contrarium dixerit. Et prorsus tale factum memoratur ab *Harpocratione* in Ἄβαρις. Jam verba illa ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος pertinent omnino ad sequentia, quibus rectissime conveniunt, cum praecedentibus adhaereant prorsus quod ad syntaxin κακοζήλως, (et quis dicet θεοποιεῖν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος;) quod ad rem ipsam, nugaciter; cum Athenienses nequeant θεοποιεῖν, nisi in territorio suo: neque *Luciano* contrarietas in his quaesita est, sed in Scythis et Atheniensibus. Gron. Horum de verbis ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος judicatorum tenuitatem satis aperiunt pauca *Gesneri* verba. Neque hodie facile fuerit, qui *Benedicti* mutationi distinctionis album adjiciat calculum; praesertim cum in omnibus, quos consului, libris verba ista praecedentibus juncta reperiantur. Recte vertit *Belinus*: *au sein même de la Grèce. Wiel.*

mitten in Griechenland. Oppositio scilicet est in his et in antecedente voce ἐπιχώριον. Lehm.

Ead. l. 11. *Λοιμὸν τὸν μ.*) Tempore belli Peloponnesiaci, de qua peste *Thucyd.* videndus. Solan.

Ead. l. 13. *Τὸν Σκύθην*) *Τὸν Τόξαριν.* Menag. Idem jam notaverat *Guyetus.* Reitz. Verba *Gesneri* interpretis: *per quietem*, quae is voci ἔδοξα ex arbitrio addidit, monente *Wielandio*, ut aliena uncis includere placebat. Lehm.

Pag. 152. l. 1. *Ἔπαυσε*) In L. ἢ ἐποίησε. Et sane cum παύω usurpant, participia solent addere, non infinitivos, ut vocant, modos. Vide sententiam praecedentem. Solan. *Ἔπαυσε*) Etsi tantum non semper cum participio construi amat hoc verbum, tamen hoc loco participium vix conveniens esset. Et cum παύω quoque construatur cum genitivo substantivi, quid prohibet etiam dicere παύειν τοῦ πονεῖν, aeque ac παύειν τοῦ πόνου. Nec desunt tamen exempla infinitivi, ut *Galen.* ad Hippocr. Prognost. p. 151. v. 29. (monente *Foësio* in Oecon. Hippocr.) ubi scribit *Galenus: τὸ ἀφανισθῆναί τινα τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπεῖν, οὐ ταυτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φάναι.* Nec tamen ἐποίησε improbem. Reitz. Negat *Solan.* παύω infinitivo jungi, sed participio utendum. Immo et infin. usitatus. *Long.* Past. 2. p. 43. ed. Wech. νέμειν ἐπαυσάμην. *Menand.* fragm. 184. p. 254. παύεται — δυςφορεῖν.. *Diod. Sic.* III. c. 33. med. παύονται τοῦ τοξεύειν. *Phalar.* Ep. 35. πεπαύσομαι τοῦ γράφειν. Idem *in Addend.* Vid. *Schaeferus* ad *Apollon.* Rhod. Tom. II. p 223. et *Astius* ad *Theophrast.* Char. p. 223. sq. cum quo tamen non consentio, cum *Hottingero* παῦσαι esse in Theophrasteo textu rescribendum pro vulg. παύσασθαι. Tolerabilis est sensus, quem *Fischerus* explicavit. Lehm.

Ead. l. 4. *Λευκὸς ἵππος*) Dico alibi. Bourd.

Ead. l. 8. *Ἐφαίνετο ἔτι*) In Scytha: *Καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθεὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα,* et quae sequuntur. Distingue, *πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα*, *quamquam non integra nunc exstet, et maxime.* Graev. *Meurs.* AG. IV, 1010. In W. post ἔτι punctum est. In reliquis cum sequentibus jungitur. Solan. Distinctio, quam *Graev.* post ἔτι fieri voluit, jam aderat in Parisina, nisi quod pro commate punctum minus exstabat, quod itaque intactum reliqui. Reitz. Imo comma erat reponendum: nam καὶ μάλιστα referendum ad praecedens τε, *tum — tum maxime.* Ceterum Ed. Parisiensis secuta esse videtur Basileensem 3. in qua et ipsa reperitur unice vera interpunctio. Lehm.

Pag. 153. l. 8. *Πυρεταίνοντας*) Infra tamen *πυρέττειν* pro *πυρεταίνειν* quatuor Codd. habent; vid. Quom. histor. c. 1. Hic vero nihil variationis invenio: quare, cum utrumque rectum sit, nihil quoque hic immuto. Reitz.

Ead. l. 4. *Τινὰς ἤδη*) Ubi dicitur de Toxaride, *καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ.* At potius ita distinguendum, *καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη, πεπαῦσθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ*, *et ajunt, quosdam, febri jam correptos, ab eo liberatos esse.* Certe purissima illa Florentina editio caret distinctione post *τινάς*. Non semel hic libellus prava distinctione corruptus est sive a librariis, sive editoribus. Sic paullo supra pulchre vidit *Graevius* legendum, *καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθεὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι· καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο. Ac inventus illic est sepultus Toxaris, cum ex inscriptione, licet ea non amplius exstaret integra, cognitus, tum vel maxime quod in monumento VIR SCYTHA incisum erat.* ubi vulgo male, *εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα* etc. Sic c. 11. a prava interpunctione male se habent haec, *Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς, καὶ πατήρ. ὁ μὲν εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς. ὁ δὲ, υἱός. καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀῤῥενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος.* Sed legendum, *ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα ἀπάξεταί σε. Atque ut impensius mireris, unius ejusdemque sunt familiae, filius et pater: hic quidem si Solonem, aut Periclem, aut Aristidem animo versas* (h. e. pater talis censendus est, qualis fuit vel Solon, vel Pericles etc.) *Filius vero, simulac videris eum, te abripiet; adeo magnus est, et mascula quadam forma decorus: qui si tantummodo vocem ediderit, ducet te auribus revinctum.* Atque ita recte habet editio Florentina. Jens. Male *Salm.* punctum post *ἤδη* collocaverat. In *Par.* comma erat, rectius nihil distinctionis habet Fl. et *Obsopoeus* quoque continuo filo verterat, *ajuntque, nonnullos febre laborantes jam ab illo sublevatos esse.* Quod cum recte se habeat, *Jensium* quidem secutus sum in tollenda post *τινὰς* distinctione; nec tamen novam post *ἤδη* addidi, quia non opus est. Reitz.

Ead. l. 10. *Παρὰ*) Ex solo Cod. L. *Solanus ὑπὸ* legi voluit, ut in marg. *Junt.* innuit. Sed id non adeo necessarium puto, quin *παρὰ*, etsi alibi non idem sit, quod *ὑπὸ*, hic tamen non sit ineptum. *Παρὰ τινὸς* enim saepe significare *a parte illius*, sive quod proficiscitur ab aliquo, non solum *Periz.* ad *Aelian.* aliique ostenderunt; verum et passivis ad-

jungitur, ut in Ev. *Lucae* I, 54. τοῖς λελαλημένοις παρὰ κυρίου, ubi et ὑπὸ locum habuisset. REITZ. Somn. c. 12. extr. ὁ δὲ Σωκράτης — ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται; et saepius sic apud nostrum quoque scriptorem. LEHM.

Ead. l. 13. Ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν) Gallice similiter dicimus, *retourner sur ses pas.* MENAG. Eandem Gallicam phrasin quoque ad hunc locum in *F. Guyet.* notis reperio. Et saepe alibi hi duo notant eadem. An igitur *Menagius* hunc compilavit? Hoc loco non arbitror: nam facile ejusmodi cogitatio utrumque potuit subire. Interdum tamen non abest suspicio. REITZ.

Pag. 154. l. 2. Κεραμεικῷ) Conf. supra Pisc. cap. 13. SOLAN.

Ead. l. 5. Τοῦ δοκιμωτάτου) Angl. Cod. τῶν δοκιμωτάτων. BOURD. Non moveo vulgatam: interim credo, lectionem Codd. numerum plural. exprimentium esse potiorem: quam si receperis, quidni tum etiam pro γένους legas, γένος, ut sit γένος τῶν δοκιμωτάτων, i. e. *quantum ad genus, erat ex probatissimis*, i. e. *dignitate conspicuis*, formula loquendi in ejusmodi narratione usitatissima. REITZ. At cf. Conviv. cap. 9. ἱερεὺς γὰρ ἦν τοῖν ἀνάκοιν, καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει. LEHM.

Ead. l. 6. Ὁ Ἀνάχαρσις) Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον. Verte: *Anacharsis autem unde cognovisset, Toxarin popularem suum esse, qui Graeco more vestitus incedebat.* Deinde, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, verte, *sine ferro, et jam lepidum*, seu, *elegantem in alloquio blandum*, quales erant Attici; non *facundum*, ut interpres. Consuetudine Graecorum deposuerat Toxaris illam austeritatem et tristitiam frontis et oris, quae Scythis propria erat, unde dicitur, σκυθρωπία. Ἀσίδηρον autem dixit Toxarin fuisse, quia Scythae semper ferro succincti erant: Toxaris vero Graecorum mores induerat, et palliatus incedebat, sine acinace. GRAEV.

Ibid. Ἔγνω) Plura ejusmodi, in quibus interpretes lapsi sunt, indicativum retinentes in versione, cum subjunctivum expressisse oportuisset, dedit *Jens.* in Lectt. Luc. p. 30. REITZ.

Ead. l. 7. Ἐσταλμένον) De habitu, ornatu, etiam *Dion. Halic.* Antiq. V. p. ed. *Lips.* 309. v. 8. ἐξιέναι αὐτοὺς — κούφῃ ἐσταλμένους ὁπλίσει, i. e. *levi armatura instructos.* Et L. XI. p. 707, 18. ἀνδρῶν — ἐσταλμένων ὁπλίσει. *Noster* iterum c. 5. hujus Dialogi, οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον. REITZ.

Ibid. Ὑπεξυρημένον) Id verbum recte se habere, vid. supra Tim. cap. 14. ex divisione *Solani*, quod jam erit cap. proximum, vel tertium ab eo. Item Dial. Mort. IX. Simyl. et Polystr. f. ubi ὑπεξυρημένος τὸ γένειον· quae loca, monente eodem, contuli. Reitz. Timonis caput est *vicesimum secundum*. Lehm.

Ead. l. 11. Ὁ Δαυκέτου) Unde habeat, incertum: certe Gnuri filium faciunt *Herod.* IV. p. 155. *Diog. Laërt.* I. p. 26. et *Suidas*. Solan.

Ead. l. 15. *Κατ' αὐτὸ*) *Καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι κατ' αὐτό.* Cur in Latinis versionibus praeteritur κατ' αὐτό; Videtur significare *pariter. Non sum ex illustribus natus, ut ego tibi notus sim pariter*, sicut tu mihi. *Εἰς αὐτὸ* et κατ' αὐτὸ saepe est *pariter, simul.* Graev. Notaverat *Hemsterh.* in marg. videndum *L. Bos* ad L. E. I, 18. Is igitur ad Evang. *Lucae* l. d. haec habet: *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;* (ait Evangelista) Reperitur haec locutio apud LXX. Intt. *Genes.* XV, 8. Subaudiendum in κατὰ τί vocabulum σημεῖον, ut sit, *ex quo signo?* Apud *Lucianum* simili ellipsi occurrit ἐγνῶσθαι κατ' αὐτὸ in Scytha h. l. In Latinis versionibus praeteritum esse illud κατ' αὐτὸ, notavit *Graevius*, reddens id *pariter*. Si mihi vel tantillum a tanti judicii viro discedere liceret, verterem, *ex eo*, ut sensus sit: *Non sum ex illustribus natus, ut ex eo tibi notus essem.* Haec ille. Sic fere *Dionys. Halic.* περὶ τ. Δημοσθ. δειν. p. 186. v. 4. Ed. *Lips.* *Κατὰ τί δὴ ταύτην ἡγοῦμαι τὴν λέξιν ἐοικέναι τῇ Θουκυδίδου; καθ' ὃ κἀκείνην πείθομαι μάλιστα διαφέρειν τῶν ἄλλων.* Et ita parvi interdum refert, vertasne *ex, secundum*, an *propter*, ut e. c. ap. eund. *Dion. Hal.* antiq. Rom. I. p. 63, 30. *κατὰ τίνα γίνεται μάλιστ' αἰτίαν·* ubi, *ex* qua caussa, *ob*, *per*, *secundum* quam caussam verteris, non multum intererit. Reitz.

Pag. 155. l. 1. *Σὺ*) Omissum in edd. supplevimus ex Ms. Reg. 2954. Bip.

Ead. l. 3. *Διατρίβοι*) Sic solus nostrorum codicum W. melius, quam quod in aliis est, διατρίβει. Solan.

Ead. l. 5. *Οὐκοῦν, ἦδ'*) *Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος. Proinde, inquit Anacharsis, scias factum me discipulum tuum, tuique amoris aemulum.* Hic etiam in interpretatione ὃς omissum, nec poterat verti, nisi distinctio apponatur. *Οὐκοῦν, ἦδ' ὅς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου. Ergo, infit ille, Anacharsis scilicet, scito me tuum discipulum esse, et aemulatorem tui amoris.* Sic paullo post, p. 152. *Εὐφήμει, ἦ δ' ὅς, ἐκεί-*

νω τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ. *Bona verba quaeso, inquit ille, rem gratissimam me ei facturum puto.* Nihil apud *Platonem* crebrius, quam ἦδ' ὅς, *inquit ille.* Paullo post κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam,* cum sit *bona fortuna, bonis avibus.* Graev.

Ead. l. 11. Ἀκινάκου) Vide Toxar. c. 38. Solan. Et Jov. Trag. c. 42. ibique Schol. Lehm.

Ead. l. 17. Ἀναστρέψοντα) Sic W. et L. Reliqui libri ἀναστρέφοντα. Solan.

Pag. 156. l. 2. Ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα] Versio *Gesneri: ad ipsas cum januas venisses,* ejusmodi est, ut facile aliam hinc, ac Graeca jubent, sententiam elicias. Αὐτὸς enim h. l. est *solus,* et *januae solae* oppositae *penetralibus.* Diall. Mortt. XX, 5. καὶ τά γε σχήματα αὐτὰ — εἰ θεάσαιτό τις, *si habitum solum quis spectaverit,* wenn man *bloss* auf ihr Aeusseres siehet. Cf. Somn. c. 9. Diall. Deor. X, 2. Char. c. 10. Non male h. l. *Obsopoeus: Vix tactis pede liminibus.* Lehm.

Ead. l. 9. Σοφὸς) Solonem intelligit, cujus aetate tradunt historici Athenas appulisse Anacharsidem. Vid. *Plut.* in Solone. Solan.

Ead. l. 12. Δημοτικῶς ἐσταλμένον) Vid. supr. c. 4. Reitz.

Pag. 157. l. 7. Δυσπρόσοδον) Ita Ms. Reg. 2954. Vulg. δυσπρόσοδος. Bip. *Schmiederus* quoque edidit δυσπρόσοδον. Mihi in hac lectione displicet tum formula dicendi τίθεσθαί τι δυσπρόσοδον, admodum aspera illa, nec alteri, ἐν παρέργῳ τι τίθεσθαι, ullo modo concilianda, tum maxime syntaxis vocum ἔντευξις et δυσπρόσοδος. Quum enim δυσπρόσοδον, qua voce imprimis *Polybius* crebro utitur, semper significet rem, vel locum, vel hominem, *ad quem difficilis est aditus,* idemque fere sit, quod δυσπρόσιτον· ἔντευξις qua ratione δυσπρόσοδος dici possit, quin linguae legibus vis inferatur, non video. Notiones enim ejus, ad quod accessus est difficilis, et ejus, quod difficulter accedere potest, longe sunt diversissimae, neque utrique in uno eodemque vocabulo locus esse potest. Jam si quem in vulgata lectione offendat defectus verbi Substantivi, quod *Solano,* qui variam lectionem requireret, accidisse videtur, cum eo conjiciam, aut ᾖ esse interponendum, aut potius legendum: μὴ δυσπρόσοδος ὢν ἐν παρέργῳ θῆται. Nominativum certe retinendum esse, constanter contendam. Lehm.

Ead. l. 11. Περὶ τοὺς ξένους) Etsi αἰδὼς πρός τινα frequentius occurrit, quam περὶ, ut supra indicavimus, tamen non rejicio vulgatam. Sic fere infra, in Quom. hist. c. 4. μηδὲ

τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ. Ubi quoque παρὰ posses substituere; sed non est opus. Et cum εὐσέβεια περὶ τοὺς θεοὺς et similia recte dicantur, quae vel Lexicographi habent, non video satis caussae, ut cum *Solano* παρὰ recipiam. Reitz.

Pag. 158. l. 2. Ἐπίτομόν τινα ταύτην) Supple ὁδόν. Menag. Idem et *Guyetus* dixit. Et quilibet ejusmodi observationes facere potest; quare compilationis suspicio hic nulla: ὁδὸν enim alibi addit Noster, ut supra Herodot. c. 3. Reitz. Cf. Diall. Mortt. VII. extr. Lehm.

Ead. l. 6. Καὶ προξενήσεις) Sic *Demosth.* Προὐξενεῖς αὐτῶν. Guyet.

Ibid. Προξενήσεις αὐτοῦ) Προξενήσεις αὐτὸν, non simpliciter est, *suscipies illum*, ut vult interpres, sed *hospitio publico suscipies illum, eris publicus ejus hospes, loca lautia praebebis*, ut Romani loquebantur. Graev. Non credo, *Graevium* dedita opera scripsisse αὐτὸν pro αὐτοῦ, quod recte Edd. habent. Licet enim accusandi casus recte quoque huic verbo possit adjungi, genitivum tamen in hujusmodi compositis amant Graeci, ratione propositionis, quae in composito inest. Quare sufficiat exemplum genitivi ab *Guyeto* jam adductum: num tamen eodem indicare voluerit, προὐξ. in priore syllaba Attice scribendum, nescio, neque magnopere curo, Nostrum non solere ὑπεραττικίζειν sciens, ut non longo hinc intervallo, ad verbum ἔμελλε pro ἤμελλε dico. Reitz.

Pag. 159. l. 2. Ἥδιστα διατρίψῃ) Eadem pagina vitiose legitur, et, ut vara sequitur vibiam, vertitur insulsissime hoc, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διαπρέψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *tum omne studium adhibens, ut quam jucundissime in Graecia vivens renideret.* Quid est, *jucundissime renidere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus et interpretibus imposuisse. Lege, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *ut suavissime in Graecia aetatem ageret, ex animi sententia viveret in Graecia.* Paullo ante c. 4. οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβει κεῖθι, *ivit Athenas, et nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem π et τ permutantur a librariis. Sic superius pro εὐπρεπῆ ostendimus rescribendum esse εὐτρεπῆ. Graev. In W. videtur olim fuisse διατρέψῃ, sed alia manus διαπρέψῃ fecit. In ferculo literario refert *Jensius.* Ego vero emendationem *Graevii* secutus sum, quam etiam in Excerptis *Longolii* invenio, non tamen ut scripturam ipsius Codicis, sed tantum ut conjecturam. Solan. *Obsopoeus: — curam agens, quo pacto quam jucundissime in Graecia in precio habitus praecelleret.* Sed vitiosam ejus lectionem jam optime emendavit *Graevius*: nec recentiores omnes eum sequi dedignati sunt. Lehm.

Ead. l. 3. *Τεθηπώς*) Hoc verbum a *Scapula* omissum vid. ap. *Steph.* in Thesaur. qui satis de eo egit. Occurrit rursum c. seq. Reitz.

Ead. l. 4. *Εἶναι*) Legendum puto ἐκείνου, quod pronomen a calligraphis cum compendio verbi εἶναι quam facile confundatur, supra jam observatum est in Hermot. Certe ita interpretatus sum. Gesn. Nec opus esse sentio ἐκείνου, et ἑκὼν εἶναι facile ex Atticorum usu defendetur. Lehm.

Ead. l. 7. *Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν*) Aut imprudenter admodum, aut imperite interpretes: alter, *neque enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solon*; alter, *non enim Solon parum eum laudabat*: cum debuissent, *neque enim parvum momentum erat Solon laudans,* non exigua res aut pretium erat, si quis ab Solone laudaretur. Gron. *Ea est enim profecto jucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt*, ut *Cicero* scribit ad M. Catonem, Epist. ad div. XV, 6. pr. Lehm.

Ead. l. 8. *Καὶ τοῦτο*) Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν, οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. Cur in versione praetermittunt καὶ τοῦτο; Sic enim Salmuriensis: *Verum homines, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum hominibus et hoc moris erat, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret.* Scribae cum in distinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic distingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι, et verte, *homines autem, et in hac re tanquam legislatori suo obsequebantur, amabant, quos ille probabat.* Graev.

Ead. l. 9. *Καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις*) Sane sic etiam attente interpretes: alter, *ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus vero ex barbaris Anacharsis initiatus est*; alter, *eosque viros optimos denique esse credebant. Solus vero ex barbaris initiatus est Anacharsis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum*, vel *denique*; et si vis vel Graecismum, vel sensum congruum, distingue, καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη. Gron.

Ead. l. 10. *Ἐμυήθη μόνος*) De antiquis temporibus hoc intelligendum; aut Romanos sub Barbarorum nomine non includi statuendum. Constat enim initiatos fuisse Syllam, Pomponium Atticum, Augustum, et Luciani aetate, M. Aurelium Imperatorem; (vid. *Xiphil.* Capitol. 27. et *Dionem.*) Quod tamen de M. Aurelio dixi, nolim ita intelligi, ut statuere videar, factum hoc ante hunc libellum a Luciano scrip-

tum: nam ab eo nondum celebri videtur habita haec oratio, cum in Graeciam primum appulit; nisi forte in reditu malis habitam, vid. c. seq. *Cic.* I. de Nat. Deor. (I, 42.) *Omitto Eleusinam sanctam illam et augustam,*

Ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Adde etiam *Potterum* 46, 1. ubi plures recenset. SOLAN.

Ead. l. 11. *Δημοποίητος γενόμενος*) Anacharsis ab Atheniensibus civitate donatus. GUYET.

Ead. l. 12. *Οὐκ ἂν*) Similem locutionem habes Paras. c. 45. Sed non eandem prorsus. SOLAN.

Ibid. *Οὐδὲ*) Sic legendum, non *οὐδέν·* vid. ex Paras. c. 45. *δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρασιτῶν εἰ μὴ καὶ Ἀγαμέμνων ἀπέθανε.* SOLAN.

Pag. 160. l. 5. *Ἐπαγομένω*) Delevi jota subscriptum, quod in Parisina Ed. sensum turbabat: non enim est dativus, sed nominativus dualis. REITZ.

Ead. l. 15. *Νησιώτης ἐκεῖνος*) Telemachus scilicet ex insula Ithaca, *Homer.* Od. *Δ.* Menelai domum ex auro, argento, electro, et ebore concinnatam cum stupore quodam miratur. COGN. Vid. *Homer.* Odyss. *Δ*, 74. SOLAN.

Pag. 161. l. 2. *Ποιητὴν*) Quem innuat, nondum reperi. SOLAN.

Ead. l. 5. *Δεῖξαι*) *Καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν*, est, *et specimen dare mearum orationum.* Sic *ἀπόδειξις* est specimen. Usus etiam *Petronius*: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, hoc est, ede leve aliquod specimen, ut recte exponit *Jo. Fr. Gronovius* lib. IV. Observ. cap. 13. GRAEV. Malim *δεῖξαι τὸν λόγον*, ut in principio Zeuxidis et alias. Sed nec damnare ausim *δεῖξαι* (*δεῖγμα*) *τῶν λόγων*, vel *δεῖξαι* (*τι*) *τῶν λόγων*. GESN. Habet quidem *τὸν λόγον* B. 3. et, *Solano* quidem referente, etiam L. Sed idcirco tamen non mutaverim Pluralem, rei narratae convenientiorem. Genitivum autem habe eundem Partitivum, quem supra c. 2. *ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ.* LEHM.

Ead. l. 8. *Ἐπιγραψάμενος*) Ex L. haec scriptura. Sic Bis Accus. c. 29. et De Morte Peregr. c. 11. SOLAN. Etsi non improbo scripturam Cod. L. *ἐπιγραψάμενος*, non tamen ideo cum *Solano* illico in textum recipio, contra auctoritatem ceterorum Codd. cum nihil absurdi habeat vulgata: sic saltem apud *Gregor. Nyssen.* Orat. funebr. in Basilium T. III. p. 480. *συγγράφεσθαί τινι*, *operis socium adscribi*, inveniri, testis est *Suicerus* in Thesaur. Eccles. Vide etiam *P. Wesseling.* Obs. II, 6. p. 162. (quem consulendum *Hemsterh.* in marg. monuerat) ubi is interpretem in vertendis his verbis

offendisse animadvertit, quippe qui ea reddiderit: *Et quos aggressus, praesides conscripta de illis historia*, (*praesules* est ap. *Benedict.*) cum debuisset, *quibusque adscitis patronis*; id enim significare προστάτην νέμειν, γράφεσθαι, ἀπογράφεσθαι, ἐπιγράφεσθαι et συγγράφεσθαι, ibidem docet *Wesselingus*. Cum vero ex *Luciani* Bis accusat. c. 29. ἐπιγράφονται ἅπαντες προστάτιν ἑαυτῶν afferat, nec τὸ συγγράφειν προστάτην aliis exemplis confirmet, et ἐπιγράφειν *Luciano* in his locutt. usitatius sit, non repugnaverim, si quis et hic illud recipere malit. Reitz. Non solum ἐπιγράφεσθαί τινα, *nomen alicujus profiteri, nomen dare alicui*, illud ipsum est, quod hujus loci natura requirit; cf. οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι Hermot. 14. οἱ Διογένη κ. τ. λ. ἐπιγραφόμενοι Fugit. c. 16. sed etiam συγγράφεσθαί τινα eodem sensu usurpatum fuisse, probari neutiquam potest. Nam qui unus in eam rem a *Reitzio* producitur, locus dissimillimam continet phrasin. Ergo non dubitabam probabilissimam *Solani* lectionem et meam facere. Lehm.

Ead. l. 16. Τῇ Ἀττικῇ δεκάδι) *Vinc. Obsopoeus* interpres sic vertit (*Atticae Musae*): quomodo legerit, nescio: videtur tamen legisse Ἀττικῇ δεκάτῃ, et sibi intellexisse μούσῃ, quasi fuerit quaedam decima Musa Athenis. Sed ea δεκὰς non ad Musas referri debet, sed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, et quorum vitas scripsit *Plutarchus*, quod (credo) satis manifestum videbitur nostro lectori. Palm. Vide apud *Philostratum* p. 564. βοώσῃ δὲ ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος, καὶ καλούσης αὐτὸν ἕνα τῶν δέκα etc. De Herode sermo est, qui respondet id solum, *se Andocide meliorem*. In notis ad eum locum de *secunda* etiam *decade* monemur. Certe et hic in Cod. W. est δεκάδι α. Quod an Lucianeum sit, viderint alii: mihi nunc de eo dispicere non vacat. Solan.

Pag. 162. l. 2. Ὅ τι ἂν οὗτοι) Haec verba, ὅ τι ἂν οὗτοι ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γάρ, in W. solo reperiuntur. Solan. Scripsit ad me cl. *Gesner.* super hoc loco his verbis: *Hunc locum ita interpretatum esse video Solano:* Fitque in civitate, quidquid hi volunt; volunt enim, quidquid optimum est. *Legit igitur,* καὶ τουτὶ γίγνεται ἐν τῇ πόλει, ὅ,τι ἂν βούλωνται· βούλονται γὰρ ὅ,τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. *Si ex libro aliquo, plane accedo: sin ex ingenio, laudo conjecturam, tanto credibiliorem, quod repetitio τῆς ὅ,τι omissioni locum dare potuerit: recipere tamen non ausim.* Sic ille. Ego itaque verba illa in Edd. deficientia recepi, quia ex Codice sunt desumta, et versionem *Solani* retinui. Coeperat enim et is pristinam versionem

plurimis in locis corrigere. Et quia *Gesnerus* ex illa correctione verba Graeca divinare debuit, nihil mirum, si ipsissima Graeca, quae *Solanum* legere ait, proferre non potuerit, sed similia illis attulerit. Reitz.

Ead. l. 9. *῾Ο δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα*) Male Salm. ὁ δὲ, *υἱός. καὶ* etc. quam distinct. merito improbat *Jens.* Sed *Par.* rectius habebat ὁ δὲ *υἱός.* Paullo post vero, eadem prava dispunctione laborabat, scribens *καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε.* Quam itaque, monente *Jensio*, correxi. Reitz.

Ead. l. 12. *Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος*) Lege, *ἑλκύσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος*, et ita videtur legisse interpres. Palm. Violentissime profecto *Palmerius* pro *οἰχήσεται* legi jubet *ἑλκύσεται.* Non sanum quidem, quantum ego video, est vulgatum *οἰχήσεται*, cum *οἴχομαι* sit *fugio, abeo, discedo,* idque huic loco non conveniat: mollior tamen adhiberi potest medicina; nempe una extrita literula legendum *ὀχήσεται, vehet, raptabit.* Jens. Nihil mutandum. Respicit ad Ogmium illum Gallorum Herculem: qui catenis ex ore suo ad aures audientium pertinentibus non profecto alligatos tantum stanti sibi habet, sed abducit, trahit, rapit, quocunque ipsi ire placeat. Haec vis verbi *οἰχήσεται·* hanc nos verbis *ilicet* et *abibit* exprimere studuimus. Gesn.

Ibid. *᾿Απὸ τῶν ὤτων*) Vide historiam Herculis Gallici picti, ad quam hic alludit. Exstat autem in libello, cui *Hercules* titulum fecit Noster, et apud *A. Gell.* XVI, 3. Solan.

Pag. 163. l. 2. *Πρὸς τὸν τοῦ Κλ.*) Legend. *Plut.* in Alcib. Bourd.

Ead. l. 3. *᾿Ηράσθησαν τοῦ ᾿Αλκιβ.*) Hoc abunde scribit *Plut.* in Alcibiad. *Aristoph.* in Ran. *Valer. Max.* lib. 7. Cogn.

Ead. l. 8. *᾿Επισεῖσαι*) Quid hoc sit, clarius ex Pro Imagg. c. 4. disces, ubi laudata mulier *τὴν χεῖρα ἐπισείειν* dicitur, intra modum probans, quod dabatur, encomium. Adde Bis Accus. c. 28. ubi *τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὅρων*, inter modestas laudandi et probandi rationes ponitur. Passim usurpat Noster. Vid. Rhet. Praec. c. 22. et De Dom. c. 2. Solan.

Ibid. *Τὴν χεῖρα*) Distinguendum: *καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ᾿ ἐνδοιάσιμα τὰ σά· Manus protendenda est, hoc solum* scil. si fecerit, *res tuae non amplius fluctuabunt.* Graev. Dictum autem h. l. *τοῦτο μόνον* eadem ratione eodemque fere sensu, quo *αὐτὸ τοῦτο* Diall. Deor. IV, 3. et *αὐτὸ μόνον* Somn. s. Vit. c. 9. De Merc. Cond. c. 9. Hermot. c. 45. ubi vid. not. Lehm.

Ead. l. 11. Ἤδη) *Καί μοι ἤδε.* Lege ἤδη. Guyet.

Ead. l. 12. Ἔδοξα) *Καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προςόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν.* Sic leges. Vulgo male ἔδοξα, sententia refragante. *Et mihi, jam experto vix millesimam partem, quae illis insunt, dixisse visi sunt,* sc. πάντες, vel οἱ πολλοὶ, qui vestras virtutes praedicabant. Graev. *Graevii* emendationem invitis omnibus impressis et ipso M. Codice in textum recepimus. Solan.

Ibid. Ἀμβολᾶς ἔργον) Tangit hunc versum *Heliod.* L. 2. Ἐργ.

Αἰεὶ δ' ἀμβωλίεργος ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.

Bourd. Pro *Heliod.* lege in nota *Bourd. Hesiod.* et vid. illum in Ἐργ. καὶ ἡμ. v. 413. Ubi quoque cognosces, ἀμβολίεργος, secunda correpta, scribendum; nisi id ex versu jam sponte vidisti. Reitz.

Ibid. Κεῖος etc.) Locus a *Bourdelotio* indicatus, est v. 411. Ἐργ. *Hesiodi.* Sed alium certe respicit *Lucianus;* aut quomodo ex *Ascraeo Ceus* factus Hesiodus? Deinde ubi ἕδρα; etc. Cujus itaque, inquies, verba haec? *Bacchylidis*, cui tribuuntur ab *Athenaeo* XIV. p. 631. C. et a *Dionys. Hal.* de Struct. orat. p. 234. edit. Uptonianae. Verba ipsa *Bacchylidis* habes apud *Steph.* Lyr. p. 570.

Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς,
Ἀλλὰ Χρυσαιγίδος Ἰτωνίας
Χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν
Ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι.

Fuisse autem *Ceum* inde colligas, quod Simonidis ἀδελφιδοῦς, qui haud dubie Ceus. Vid. Macrob. c. 26. et, ut id obiter moneam, emendandus Index auctorum ab *Athenaeo* laudatorum, in quo non in voce *Simonides*, sed in voce *Ceus* comparet. Testatur autem diserte *Strabo* Lib. X. ubi de Ceo insula agit. *Plutarchus* etiam, *Aelianus*, *Stephanus Byzant.* et alii. Ne ergo credas *Lil. Gyraldo* Boeotum facienti, praesertim cum apud *Lutatium* sive *Lactantium* ad *Statium*, quo auctore id asseruit, nihil tale, teste *Fabricio*, inveniatur, cujus vid. Biblioth. Gr. 551. In Collectaneis *Galaei*, Anacreonti, sed falso, tribuuntur haec verba. Solan. Non *Simonidem* hic laudari, quod *F. Ursino* visum erat, sed Ceum alterum, *Bacchylidem*, ex *Colomesio* ad Gyraldum p. 463. observat *Fabricius* Bibl. Gr. 2, 15. p. 594. Gesn. Vid. *Upton.* et *Schaefer.* ad *Dionys. Halic.* l. c. p. 400. ed. Lips. Lehm.

IN QUOMODO HISTORIA SIT CONSCRIBENDA.

Pag. 165. l. 2. *Λυσιμάχου ἤδη*) Lysimacho post Alexandri mortem Thracia obtigit, in qua sita haec urbs. Eadem prorsus ratione usurpat ἤδη, Rhet. Praec. c. 5. SOLAN.

Ead. l. 3. *Φίλων*) Cui etiam Symposium dedicat. Vid. not. ad personas Conviv. Verum nomen fuisse videtur; sed quis fuerit ille Philo, non constat. Est et Philonis ap. hunc mentio Callid. c. 4. qui Diniae filius dicitur: sed cum dialogus ille genuinus non sit, ejus auctoritatem non moror. Nobilis ejus nominis medicus memoratur apud *Plut.* (Probl. 8, 9.) Sed idem ut sit, per aetatem non licet. SOLAN.

Ibid. *Πυρεταίνειν*) Angl. *πυρέττειν*. Sic pag. seq. *ὡς πυρέξαι*. BOURD. *Πυρέττειν* A. W. P. L. In reliquis *πυρεταίνειν*. SOLAN. Etsi *πυρεταίνειν*, quod in Edd. erat, quoque dicatur, ut supra in Scyth. c. 2. f. tamen *πυρέττειν* ex 4 Codd. praetuli, eoque magis, quia et hoc *Hippocrates* amat, ut de Rat. Vict. Sect. IV. p. 71. v. 34. Et crebro alibi. REITZ. Apud *Nostrum* quoque vid. Deor. Conc. c. 12. LEHM.

Ead. l. 4. *Ἀπὸ τῆς πρώτης*) Scil. *ἡμέρας*. Sic *Demosth.* pag. m. 37. SOLAN.

Ead. l. 5. *Καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ*) Sic apud *Hippocr.* et *Galen.* BOURD. Vellem ipsa loca indicasset B. in Lexico enim medico non notantur. SOLAN. Sic infra in Abdic. cap. 4. pr. *προθυμίᾳ λιπαρεῖ χρησάμενος*. At *Hippocrati* febris continua audit *ξυνεχὴς*, ut in Coac. Praenott. Sect. 2. §. 143. *Τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχεῖ*, et alibi; nec tamen *λιπαρὴς* de febri apud eum me legere memini, nec *Foesius* notavit. REITZ. *Λιπαρές· τὸ προσεχές· ἐκ τοῦ λίαν παρεῖναι.* *Suidas*, e Scholio *Aristophanis*. *δεόμενον, καὶ τὸ παρεδρευτικὸν, ἀπὸ τοῦ λίαν παρεῖναι.* *Hesych.* ubi *Alberti* laudat inter alios *Moschop.* *περὶ Σχεδ.* p. 165. *λιπαρῶ· τὸ ἐπιμένω· καὶ λιπαρὲς, τὸ ἐπίμονον. ὡς παρὰ Λουκιανῷ· τῷ λιπαρεῖ τῆς ἐπιχειρήσεως, ἤγουν τῷ ἐπιμόνῳ.* Adde *Lucian.* Hermot. c. 24. ubi conjungitur: *τὸ λιπαρὲς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι.* *Aelian.* V. H. X, 16. *λιπαρέστερον εἶναι καὶ ἐγκεῖσθαι.* *Λιπαρὴς πυρετὸς* redditur *febris continua*. Sed in hac vocula idem fere esse videtur, quod antea in *ἐῤῥωμένως*. RUDOLPH. Differunt quidem notiones *ἐῤῥωμένως* et *λιπαρής*. Sed *λιπαρεῖ* tamen non minus h. l. convenit, quam *ἐῤῥωμένως*. Et *Wyttenbachii* conjectu-

ram λάβρῳ pro λιπαρεῖ, in Ep. Crit. illam p. 55. propositam, satis refutant ea, quae modo *Rudolphus* congessit. Lehm.

Ibid. Περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην) In libello, quomodo sit conscribenda historia, non longe a principio, scribendum: Περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς, καὶ οὕτως ἔλυσε τὸν πυρετόν. Vulgo male πολὺς καὶ οὗτος, ἔλυσε, sine ullo sensu. Graev. Non adsentior *Graevianae* distinctioni, sed vulgatam servo, et miror, qui eam *sine ullo sensu* esse, dicere queat: nam si cum *Graevio* distinguendum, tunc illud καὶ οὗτος potius delendum foret, ac scribendum continuo filo, ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς ἔλυσε τὸν πυρετόν. At, at, minime delenda verba καὶ οὗτος, quae vim notabilem habent, ut *Micyllus* in versione Ed. Paris. recte ostendit, vertens, *sudor, etiam ipse immodicus;* sive malis, *isque immodicus;* quod Latinis quoque perfamiliare esse, quis nescit? Addidisse autem *Noster* illa videtur, ut eo magis sentiretur necessitas adjectivorum πολὺς et πολύ; quia, si parva tantum copia excerneretur sanguis vel sudor, non esset *crisis salutaris*, ut Medici ajunt, qui vere praedicant, *Nullum criticum paucum*, i. e. solutio morbi critica per excretiones largas fieri amat. Paucae enim sanguinis guttae e naribus sponte prorumpentes non faciunt *crisin perfectam*, i. e. non portendunt salutem, sed irritum tantum produnt naturae conatum. Reitz. Perperam in B. 3. distinctum video, πολὺς, καὶ οὗτος ἔλ. unde conjicio *Graevio* in mentem venisse emendandi consilium importunissimum. Ceterum aptissime *Rudolphus* cum h. l. conferri jubet haec *Hippocratis*: Aphor. IV, 60. ὁκόσοισι ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλία ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα. Sed VIII, 4. Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τεταρταίοισι ἐοῦσιν, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, πονηρόν. De sudore autem IV, 65. Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. Lehm.

Ead. l. 7. Ἐς γελοῖον) Mira phrasis: nusquam enim, quod quidem sciam, additur accusativus, ut hic τὰς γνώμας. Vide De Saltat. c. 4. et Eunuch. c. 5. Adde etiam Hermot. finem. Solan. Nescio, quid miretur *Solanus* phrasin insolitam. Significat enim hic περιΐστημι *redigo;* eodemque significatu et constructione utitur *Herodian.* VII, 3, 12. ὁ Μαξιμῖνος τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων ἐς πενίαν περιστήσας. Nominativus autem verbi, hoc *Luciani* loco, est τὸ νόσημα. Nec tantum abludit alter locus *Luciani*, quem ipse *Solan.* indicat, Eunuch. c. 5. τὸ δὲ οὖν τέλος τῆς δίκης ἐς τοῦτο περιέστη· quamvis ibi *reflexive*, ut Grammatici ajunt, ponatur, i. e. *finis eo*

deflexit, redegit se, sive *redactus est.* Veluti *Diod. Sic.* XIX. p. 297. Ed. *Bas.* εἰς τηλικούτους περιέστη κινδύνους, *in tanta pericula redactus est, incidit.* Reitz. Pro περιΐστη Codd. 3011. et Gorl. habent περιΐστα, genuinam, ut mihi videbatur, formam, a forma ἱστάω deducendam, quemadmodum ἐτίθει a τιθέω, et similia alia. Praeter ἵστα *Thucydidis* II, 106. et καθίστα ejusd. VI, 63., quae exempla *Fischerus* affert in Animadvv. ad *Weller.* T. II. p. 453. et *Matthiae* in Gramm. Gr. p. 267. ille tamen falso adscribens *Herodoto*, pertinet huc etiam *Polybii* συνίστα III, 2, 11. et *Athenaei* προσίστα p. 243. f. Mireris itaque, qui h. l. περιΐστα *Belino* male scriptum videri potuerit, quum contra περιΐστη manifesta sit Grammatici correctio. Lehm.

Ibid. Περιΐστη) Conf. supra Hermot. c. ult. f. Solan.

Pag. 166. l. 3. Ἐμονῴδουν) Scholia hanc vocem optime exponunt. Adde c. 27. et locum hunc *Philostrati* in Aristide p. 582. οὕτω ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ θαμὰ ἐπιστενάξαι τὸν βασιλέα etc. Vide et not. ad eundem *Philostr.* p. 158. et textum ipsum p. 607. ubi μονῳδίαν et θρῆνον conjungit. De sensu tragico vide eundem 244. παραιτησάμενος τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος. Solan. *Hesych.* μονῳδεῖ· μονοθρηνεῖ. Μονῳδία λέγεται, ὅτε εἷς μόνος τὴν ᾠδὴν, οὐχ ὁμοῦ ὁ χορὸς, ᾄδει. Lehm.

Ibid. Ῥῆσιν etc.) Locum ex aliquo poëta hac voce designari docuit *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 286. ubi etiam obiter *Euripidis* μακρὰς ῥήσεις a veteribus Criticis carpi ait. Quod autem additur, ἐν μέλει δ. in A. P. et L. aliter legitur, nempe, ἐν μέρει δ. ut Conviv. cap. 17. quod fateor me non intelligere. Solan.

Ead. l. 4. Ἐν μέλει) Angl. ἐν μέρει. Bourd. Mox ad v. ὠχρῶν notavit *Rudolphus* haec: „Solet pallor tribui amantibus, de quibus etiam hic cogitandum. vid. seqq. cf. *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 425. Lips. ubi etiam λεπτός." Ac deinceps: „ἑβδομαῖος τραγῳδὸς mihi est, qui septimo die coepit esse τραγῳδός. Septimo autem die a febre isti dicuntur liberati. Lepide pro: *febricitantes tragoedi.*" Lehm.

Ead. l. 6. Σὺ δ' ὦ etc.) Fragmentum hoc Andromedae *Euripidis* exstat in addendis editionis *Barnesii* ex *Athenaeo* petitum (l. 13, 1. sub fin. p. 561. B.) quod hic describere operae pretium erit:

Ἀλλ' ὦ τύραννε θεῶν τε κ' ἀνθρώπων, Ἔρως,
Ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλὰ,
Ἢ τοῖς ἐρῶσιν ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ,
Μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει,

Καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσῃ,
Μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν,
Ἀφαιρεθήσῃ χάριτας αἳ τιμῶσί σε.

In primo versu in quibusdam libris legitur, ut hic apud *Lucianum*, σὺ δ' ὦ. τ. quod et rectius videtur. Aliter citantur primus et tertius versus apud *Stobaeum*; v. *Grotii* Flor. 261. B. nempe, σὺ δ' ὦ κάκιστε παῖ θεῶν τε καὶ βροτῶν, et ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο. Primus ante *Grotium* sic legebatur, σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κ' ἀνθρώπων. Sed ita a *Scaligero* emendatum edidit vir ille summus. Solan. *Luciani* verba temere transposita a librariis ratus *van Heusde* in Specim. Crit. in *Plat.* p. 5. ita refingi vult: — τραγῳδῶν, καὶ τἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ,

Σὺ δ', ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως,

ἄχρι δὴ χειμὼν etc. in quibus quidem ingenii solertiae et acumini satis succurrit fortunae favor. Non tamen ideo mihi ordo verborum mutandus esse videbatur, quum ne minima quidem corrupti ordinis vestigia appareant, vulgatus vero non tanto laboret vitio, ut mutatione opus esse videatur. Imo si quid est in verbis sic ordinatis insoliti, quod offendere possit, consulto *Lucianus* narrationem suam rei narratae convenientem instituisse putandus est. Καὶ τοῦτο autem est: *idque quidem*, neque vero ad versum prolatum est referendum. Praeterea ἐπιπολὺ secundum *Heusdii* rationem foret *maxime*, *potissimum*, quod nemo facile probaverit. Itaque vulgatis potius immanere placebat. Lehm.

Ibid. Σὺ δὲ ὦ θεῶν τύραννε) *Eurip.* Androm. v. 16. Solan.

Ead. l. 10. Ἀρχέλαος) Quaere apud *Aelian.* Var. Hist. monente *Jac. Uptono.* Solan. In *Aeliano* saepius occurrit Archelaus rex; tragoedum haud inveni. Rud.

Ead. l. 13. Παρολισθαίνειν) Sic infra Abdic. c. 28. f. ῥαδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο καθολισθαίνουσιν. Solan.

Pag. 167. l. 2. Περιπετομένου] Quamquam hoc improprie potest intelligi, de imagine Persei et Medusae, Abderitarum animo obversante: tamen respici putaverim ad notum Persei iter per aërem. In isto certe Fragmento Perseus ita:

— — διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
Τέμνων κέλευθον, πόδα τίθημ' ὑπόπτερον
Περσεὺς πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
Κάρα κομίζων. — — —

Rud. Cf. *Ovid.* Metam. IV, 711. sq. Lehm.

Ead. l. 3. Ἐν φασὶν, ἐνὶ παρ.) Solet *Lucianus*, cum palatitiis utitur vocibus proverbiisve, illud φασὶν adhibere. An

autem sic satis consulatur orationis dignitati, dubitarem; nisi aliquid de comica licentia *Luciano* concedi viderem. Nollem tamen hic in tam gravi argumento vilia ista et pannosa conspici. (Haec quidem *Solanus* fortasse delicatius. Posset in mentem venire περιβαλεῖν. Sed nihil his opus. Rud.) De ὡς ἔπος εἰπεῖν, *Leop.* 166. *Cic.* vertit, *quod rite dicitur.* Qua de re luculentus est *Platonis* locus Πολ. A, Ald. Ed. p. 8. B. τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ, quo facile evincitur, *vulgo,* non *rite,* significari; nisi forte nos illud *rite* prave interpretari, quod ego hinc existimo, solemus: nisi forsan illic pro *rite* trite legendum est. Solan. *Rite* est *more vulgo recepto, et usus diuturnitate quasi sancito.* *Trite* in *Cicerone* equidem perhorresco. Lehm.

Ibid. 'Ενὶ παραβαλεῖν) Vide Paroemiog. Bourd.

Ead. l. 6. 'Αλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται) Libet hic misereri sortem humanam, et imperium fati in famam virorum illustrium, et temporis injurias in literas et monumenta historica. Ecce ex tanto historicorum numero, quorum multitudinem perstringit, et satyrice irridet *Lucianus,* quis usque ad nos duravit? imo cujus nomen tantum notum est? Si non per *Capitolinum* foret, qui in M. Antonino et Vero jejune et brevissime aliquid de iis bellicis eventibus muginavit, omnino ignoraremus, de quo bello intelligi deberent haec *Luciani* verba. Clades igitur ea in Armenia accepta fuit, quando Severianus natione Celta legatus et dux Romani exercitus contra Osroën regem missus, ab Othryade quodam Parthorum duce caesus est, et copiae deletae, ut nos docet *Lucianus* hic et supra in Pseudomanti. Continuae vero victoriae, de quibus hic loquitur *Noster,* intelligi debent de bello Parthico, quod post illam in Armenia cladem gestum est per quadriennium, ducibus Statio Prisco, Avidio Cassio, et Martio Vero, qui Parthos ad Europum Mediae urbem maxima clade affecerunt, Armeniam vindicarunt, Artaxatis captis, et Babylonem usque penetrarunt, ut discimus ex dictis *Capitolini* locis. Fuit profecto insignis ea expeditio, et quae procul dubio famam merebatur; sed ite famae avidi homunculi, et aeternum nomen sperate ex facinoribus vestris, quorum memoriam pauca secula penitus abolent, nos certe ut plurimum plus quam Lethaea oblivio manet. Palm.

Ead. l. 7. 'Εν ποσὶ) Sic *Long.* Past. L. 2. p. 64. Ed. *Jungerm.* cujus dictio cum *Nostro* plurimum consentit. Sic supra, Nigrin. §. 7. Ubi vid. Interprett. Reitz.

Ibid. Ὁ πόλεμος) Hujus belli initium statuunt Chronologi nostri anno Christi CLXI. finem CLXIV. Unde jam patet, et in sequentibus clarius patebit, quo tempore *Lucianus* hunc foetum ediderit.

Historiam *M. Aurelii* a sapientissimis viris scriptam fuisse, testatur *Herodianus*, ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται — πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται. Sed aut posteriores scriptores indicat, aut a *Luciani* judicio immane quantum discrepat, quod tamen hujus libelli lectio posteritati usque adeo commendavit, ut eximius historiae scriptor *Thuanus* regulas condendae historiae ex eo praecipue et petierit et fronti historiae suae adscribi curaverit. M. Aurelii vitam *Theodoricus Bignonius* scripsit. Commodi parabat *Claud. Nicasius* cum *Sponio* et *Toinardo Aurelianensi*. Solan.

Ead. l. 8. Ἐν Ἀρμενίᾳ τρ.) Vid. *Dion. Cass.* 71. Elegeia nomen loci, ubi clades illa accepta. Nott. p. 40. Solan.

Ead. l. 9. Μᾶλλον δὲ] Corrigit se. Ex antecedentibus οὐδεὶς ὅστις etc. potuisset aliquis conjicere, Lucianum parvi facere et nullo loco habere istos historicos; immo vero, nunc inquit, sunt Thucydides et Herodoti. Scilicet. Ita auxit ironiam. Illud μᾶλλον δὲ etiam infra c. 8. Jov. Trag. c. 33. *Plat.* Sympos. c. 37. §. 3. Rud.

Ead. l. 11. Τὸ, πόλεμος ἀπ. π.) *Empedocli* Scholiastes tribuit, et omnino sententia Empedoclis est. V. *Plut.* in Demetrio 1708. et Moral. 1617. f. *Clem. Alex.* 25. B. et *Rittershus.* not. ad *Porphyr.* p. 37. Sed verba videntur potius Heracliti. *Plut.* 660, 2. de Isid. et Osir. Expressit *Ovid.* et *discors concordia foetibus apta est.* Conf. *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* et *Lipsium.* Confer et Icarom. c. 8. Solan.

Ibid. Πόλεμος) Sic pag. 728. πόλεμον τῶν ὅλων πατέρα εἶναι ἐδόξατε. Hac de re copiose *Lips.* Bourd. Respicit ad illam Heracliteorum veterum philosophorum ἐναντιοτροπὴν, per quam ἡρμόσθαι τὰ ὄντα, ipse ait apud *Diogenem Laërtium* IX, 7. Heraclitus. Nemo forte explicavit eam ἐναντιοτροπὴν et rerum omnium ex pugna quadam elementorum originem, copiosius quam *Hippocrates*, modo is auctor sit, de diaeta I, 6. seq. VII, 6. seq. inprimis c. 12 — 17. quae nuper exposuisse nobis videmur, cum φυγὰς Ἱπποκράτους ad disputandum eruditis proponeremus. Gesn. Facio cum Scholiaste, qui ad Empedoclis dicta respici monet. Lucianus voculam νῖκος, qua usus est Empedocles, videtur in πόλεμος mutasse, quo magis aptum fiat dictum rei praesenti. Alio sensu eam adhibitam esse, quam quo usus ea est philosophus, per se patet. Rud.

Ead. l. 12. *Ἀνέφυσεν*) Conf. infra Abdic. c. 27. Solan.

Ibid. *Ὑπὸ μιᾷ τῇ πληγῇ*) Angl. ὁρμῇ. Bourd. Ὁρμῇ A. W. P. et L. Reliqui πληγῇ, ut Tyran. c. 1. Solan. Cum omnes Edd. haberent πληγῇ pro ὁρμῇ, *Solanus* adscripserat conferendum Tyrannicid. c. 1. Ibi autem legas: πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσκευασάμενος καὶ φονεύσας. Id vero parum facit ad demonstrandum, et hic πληγῇ legendum; cum hic de *nativitate*, illic de *morte* ac caede sermo sit. Verum quia hic de *bello* sermo est, facete πληγὴ dixisse videri possit, ut vocabulum bello proprium servaret. Sed et ὁρμὴ vocabulum bellicum est; ideoque hoc praetuli propter auctoritatem Codicum. At πληγὴ tamen generale quid est, et ad plures res solet extendi, ut apud Latinos *uno ictu*, i. e. *simul*, *eadem opera*, quare id non plane improbo. Reitz.

Ead. l. 14. *Φίλιππος*) Vide Paras. c. 42. Ad Philippum adductus fuit post pugnam Chaeronensem..... V. *Arrian* Epict. p. 302. (i. e. III, 22, 24. cf. I, 24, 6. ibique *Uptonus* Lehm.) et *Diog. Laërt.* 148. B. Solan.

Pag. 168. l. 4. *Τὸν πίθον*) Conf. supr. Dial. Mort. XI §. 3. Solan.

Ead. l. 5. *Κρανείου*) *Craneum* schola, seu Gymnasium in quo Diogenes degebat ante Corinthum, ut scribit *Laërt* lib. 6. (segm. 77.) ἐτύγχανε μὴν αὖ διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ πρὸ τοῦ Κορίνθου γυμνασίῳ. Cogn. *Κρανείου* edi curavi, pro vulgato *Κρανίου*. Ita enim *Laërt.* quem *Cogn.* adduxit, id scribit, et ita jam editum in Dial. Mort. I, 1. Sic *Suid.* *Κράνειον*· φυτὸν, καὶ τὸ γυμνάσιον· nam κρανίον os capitis est, i. *calvaries*. Vid. *Polluc.* Onom. si quid opus: quin et apud *Nostrum* interdum recte scribitur *Κρανείον*, modo *Κρανίον* in omnibus Edd. ut cap. ult. vocab. ult. hujus προςλαλιᾶς. At cum *Suidas* paullo ante etiam dixerit κρανίον, τόπος, videri possit utrovis modo scribi. Praestat tamen differentiae caussa *Κρανείου* hic et alibi scribere, quando de Gymnasio sermo est. Sed et *Κρανίον* Sacra aedes in monte *Calvaria* dicto aedificata, ut ex *Cyrillo* aliisque notat nobil. *du Fresne* in Glossar. Graec. Reitz. Ceterum posterior haec comparatio minus videtur apta. Nam Diogenes *illud* (si quidem fecit) inepte, Lucianus *hoc* prudenter. Sed auctor fortasse ita scripsit, ut vim comparationis superioris mitigaret, et historicos placaret; fortasse ut innueret, frustra se hominibus temerariis praecepta esse daturum. Vid. cap. ult. Rud.

Ead. l. 9. *Κωμικὸν δορυφόρημα*) Praeclare *satellitium* hoc *comicum* illustravit, et cum προςχήματι τραγικῷ comparavit, *Spanhemius* ad *Aristophan.* Ran. 944. Gesn. *Hemsterh.* onae

ed. *Graev.* adleverat videndum *Ezech. Spanhem.* ad *Aristoph.* Ran. v. 944. Is vero ibi docet, *tragicum satellitium* ad pompam tantum in scenam prodire solitum, ac mutum ibi degisse. *Comicum itaque satellitium* idem erit. Reitz.

Ead. l. 10. *Κεχηνὼς σιωπῇ*) Vid. infra Toxar. c. 9. et non semel alibi. Solan.

Ead. l. 13. *Μεγαλότολμος*] *Magna audens*, in laudem dicitur *Joseph.* Ant. V. pag. 145. Genev. Sed h. l. ironice. Rud. Cf. supra Hermot. c. 74. et Alex. 8. Lehm.

Ibid. *Δείσῃς περὶ ἐμοῦ*] I. e. ne sis sollicitus de mea salute; noli vereri, ne tale periculum subeam. aut, noli timere, ne sim tibi opere historico male conglutinato molestus. Sed tum mihi videtur scribendum fuisse *παρ' ἐμοῦ*· est etiam illud, si quid sentio, venustius. Rud. Merito illud *παρ' ἐμοῦ* reprobavit Censor *Rudolphi* Jenensis in Ephemerr. a. 1800. N°. 122. Lehm.

Ead. l. 14. *Κυλίοι*) Ita cum Cod. W. Ms. Reg. 2956. melius, quam quod in Edd. est, *κυλίει*. Bip.

Ead. l. 15. *Οὐδὲ π. καρτερῶς*) A juniore *Luciano* haec scripta hinc forsan erunt, qui colligant; sed de ejus aetate aliunde judicandum est. Fictilia autem fere erant apud veteres dolia. Merito tamen dubitat *Menagius*, (ad *Diog. Laërt.* p. 137. D.) an Diogenicum etiam fictile fuerit. *Testam* tamen vocat *Juvenalis*, Sat. XIV. v. 308. Solan.

Pag. 169. l. 2. *Συλλέγειν τὰ ὄστρακα*) Nimirum, contra hodiernum nostrum morem, *dolia tum faciebant figuli*, ut est apud *Varronem* R. R. 3, 15, 2. Add. *Colum.* 12, 54, 3. Gesn. Maxime deprimitur scriptor levis, ubi auctor probatus, vel ludens, ut fit, sibi difficillimum factu videri affirmat, quo iste facile defunctus est. Rud.

Ead. l. 3. *Πῶς*) P. et L. Iu aliis *ὅπως*. Solan.

Ead. l. 5. *Καπνοῦ καὶ κύματος*) Locum hunc, qui me diu torserat, aperuit tandem vir doctus *Jac. Uptonus*, ostenso, ad quem alludit, *Homeri* loco, (Od. *M*, 219.) qui inspectus rem totam statim pulchre expediet. Scyllam ut effugeret, gubernatori mandat, non Calypso, ut *Aristoteli* excidit scribere Eth. II. sub finem, neque Circe, ut *Giphanio* eum notanti placuit, sed Ulysses: *τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε Νῆα* etc. — Eodem respicit *Clem. Alex.* *Προτρ.* p. m. 40. C. *Fumus* autem unde sit, disces ex v. 68. 202. et Scholiaste; ex *Rhodio* IV. p. 100. B. ex *Apollodoro* etiam I. p. 27. A. Solan.

Ead. l. 6. *Τῷ συγγράφειν*) *Τοῦ μὲν καπνοῦ, καὶ κύματος, καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφειν ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν εὖ*

ποιῶν. Vere Ms. τῷ συγγραφεῖ, *a fumo, fluctibus, et curis, quibus tenetur scriptor*, sc. historiae, *abstinebo*. Et sic interpretes transtulerunt, ac si legissent συγγραφεῖ. Graev. In libello, quomodo sit scribenda historia, ait auctor, non opus fore suarum virium conscribere historiam, atque adeo se non in animum induxisse tale quid facere, τοῦ μὲν καπνοῦ, pergit, καὶ κύματος, καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφειν ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν, εὖ ποιῶν. Pro συγγράφειν invenit in MS. *Graevius* συγγραφεῖ. Non ausim tamen ego non praeferre vulgatum: *A fumo quidem et fluctu et curis, quae cum conscriptione conjuncta sunt, recte me abstinebo*. Jens. *Franc. Biollay* recepit συγγραφεῖ. Mihi multo elegantius videtur συγγράφειν, ita quidem, ut *Jensius* fecit, explicatum. Neque Codicum W. et Gr., ad quos etiam duo Codd. Pariss. accedunt, tantum apud me valet auctoritas, ut propterea minus lectam rationem dicendi *Luciano* intrudere audeam. Lehm.

Ead. l. 7. *Εὖ ποιῶν*] Haec et quae de doliolo suo dicit Lucianus, ironice accipienda sunt omnia. modestiam enim in his apud Lucianum non video. Hac autem formula auctor valde videtur delectatus. Cf. c. 12. et saepius. Rud.

Ead. l. 9. *Ἄκρῳ — δακτύλῳ*) Iterum infra Demon. c. 4. Solan.

Pag. 170. l. 2. *Ἀλλὰ εἴ τι*) *Ἀλλ'* ex consuetudine dedissem, nisi priscae Edd. haberent ἀλλά. Et si nondum satis exemplorum apostrophi in conjunctionibus et praepositionibus neglectae adduxi ad Pro Merc. Cond. c. 11. ubi ὑπὸ ἀπορίας quaedam Edd. adde *Diod. Sic.* L. XIX. p. 297. ed. Bas. ubi παρὰ Ὀρόντου, pro παρ'. Et non semel alibi. Item *Long.* Past. I. pr. ἀλλὰ ἐκ ταύτης etc. Et IV, 112. ἐπὶ ἱκεσίαν· hoc Dial. c. 15. ἀπὸ Αἰθιοπίας. Particula δὲ vero multo frequentius, vocali sequente, sine apostropho scribitur, quam cum eo. Reitz.

Ead. l. 4. *Ἐς ἀεὶ κτῆμα*) Locum ipsum *Thucydidis* alibi descripsimus. Vid. c. 42. Monendus tantum hic lector est, antea pro ἐς, ὡς scriptum fuisse in impressis, quod nos praeeunte *Vorstio*, in suo Codice, mutandum duximus. *Ἐς* L. et ita etiam fuerat in M. Sed ab imperito mutatum est. Solan. Locum *Thucydidis*, quem se alibi descripsisse ait *Solanus*, addidit margini *Juntinae*, nempe I, 22. ubi *Duker.* optime jam vidit, et in hoc *Luciani* loco ἐς ἀεὶ legendum, velut infra in Quom. hist. c. 42. et supra Deor. Dial. X. idem recte legitur. Reitz. *Wieland. Eigenthum seines Urhebers.* Si licet dissentire, malim: thesaurus ad posteros pertinens. Rud. *Belin. monument éternel*; tanquam legisset μνῆμα. cete-

rum non inepte. In mentem venit *Horatii monumentum aere perennius*. Lehm.

Ead. l. 5. Ἐπιστρέψων] Plenius *Plutarch.* de aud. poet. VII, 12. πάλιν δ' ἐπέστρεψε καὶ περιέσπασε πρὸς τὸ καλὸν ἡμᾶς. Rud.

Ead. l. 8. *Μανία, εἴ γε ἐλπὶς*) *Lucianus* praecepta conscribendae historiae scripturus, praevidere se dixerat, fore, ut non omnes historicos dicto sibi audientes redderet; quin fore, ut quibusdam molestus videretur, praecipue iis, quorum historia jam esset perscripta et publicata. *Εἰ δὲ καὶ ἐπήνηται*, pergit, *ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία, εἴγε ἐλπὶς, ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν, ἢ μεταγράψουσί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων.* Locus turpiter corruptus. Pro *μανία, εἴγε ἐλπὶς* sine dubio legendum, *μανία εἴη γε ἐλπίς*. Id dicit, *Sed et si illa* (historia jam ab aliis perscripta et publicata) *laudata sit ab iis, qui tum fuerunt auditores, insania sit, sperare tales homines mutaturos et aliter scripturos quidpiam eorum, quae semel recepta sunt.* Videtur huic ulceri cum interpretatione succurrisse etiam interpres. Jens. Vid. *Jensium*. Liturae hic sunt in W. et vulgata reposita. Vid. Paras. 7. Solan. Mss. Regg. 2954. et 2956. ἥγε ἐλπὶς, ut edi curavimus. Bip. Veram hanc emendationem, quam veteres jam interpretes senserant, etiam *Schmiederus* recepit. De sequentibus haec adnotavit *Rudolphus*: „*Μεταποιεῖν* videtur ad materiam et res pertinere, *μεταγράφειν* ad expositionem; nisi forte plus video quam adest.“ Aliquam saltem differentiam innuit particula ἢ. Neque adeo *Rudolphi* subtilitatem reprehendere ausim. Lehm.

Ead. l. 10. Τὰς βασιλείους αὐλὰς] Solet *Lucianus* ὡς ἐν παρόδῳ alios etiam tangere, velut hic pravum istorum hominum sensum, quo pertinet *Wielandi* notula elegantissima, de Aristobulo cap. 12. p. 92. versionis: *Dass er sich so übel betrog, war nicht* seine *Schuld.* Plagas autem ejusmodi eo graviores esse, quo celerius infligantur, id neminem esse arbitror qui negare sustineat. Rud.

Pag. 171. l. 1. Ἁπάντων ἤδη κεχειρ.) Vid. *Demosth.* Ol. I, 62. C. Philip. III, 177. B. *Noster* c. 2. συνεχεῖς νῖκαι. Bello profligato videtur hoc scriptum, atque adeo anno Chr. CLXV. L. Veri duces Avidius Cassius et Marcius Verus Seleuciam et Ctesiphonta ceperunt. V. *Capitol.* in Vero c. 4. In nummis Veri, anni CLXVI. *PAX* et *IMP.* III. et IV. ob triumphum. Solan.

Ead. l. 3. Πήχει) V. infra c. 39. ne forte existimes hoc vocabulum non usurpari de instrumento fabrili. Hic tamen

non norma simpliciter, sed ex adjunctis de vetere cariosa et prava intelligendum. Solan.

Ead. l. 7. *Αἱρεῖσθαι — φεύγειν*] Per se quidem bene se habet haec distinctio, sed qui ad disciplinas et artes eam transferant, ut hic Lucianus, eos parum commode sive dividere sive partiri existimo. Fieri enim vix potest, ut, hac partitione scripti admissa, omnes repetitiones vitemus. Lucianus certe eas haud vitavit, quod tamen facile potuisset, si logici canonis, cujus infra c. 32. meminit, in describendo opere rationem habere voluisset. Rud. Idem etiam *Wielandius* observavit in limine versionis hujus libelli. Sed dispositiones librorum Lucianeorum non sunt omnes stricte ad Logicorum praeceptorum normam exigendae. Alibi potius scriptoris nostri virtutes quaerendae. Lehm.

Ead. l. 16. *Κοινὰ γὰρ — ἁρμονίᾳ*] Interpr. *Communia enim, quod dixi, omnis orationis vitia sunt in lingua et compositione.* immo reddendum: *vitia enim in lingua et compositione omnium orationum sunt communia.* Num intelligit elocutionem, an usum vocularum et compositionem? Putaverim posterius. Rud. Suspectus mihi est finis ejusdem (6.) capitis, κοινὰ γὰρ — ἁρμονίᾳ. nam perquam frigida est repetitio, et ea quidem fluxum orationis impediens, quae, his omissis, melius et commodius procedit. Videtur autem haec Luciani observatio in margine, memoriae causa, posita, et postea in textum illata fuisse, additis voculis connexionis et excusationis, γὰρ, ὡς ἔφην. Idem in Praefat. pag. VI. Hoc *Rudolphi* judicium, cujus elegantiam laudat Censor *Jenensis*, ita secutus est *Schmiederus*, ut verbis, de quibus agitur, suspicionis notam impresserit. Mihi secus videtur. Duplicem scilicet caussam, cur communia ista omnibus scribendi generibus vitia nunc praemittere constituerit, attulit auctor: primam hanc, quod longum foret singula persequi; alteram, quia alienum id foret ab instituto praesenti. Quod posterius ut explanetur, addit auctor brevissime et quasi parenthetica celeritate verba, quae sequuntur: κοινὰ γὰρ (Cur οὐκ ἴδιον; quaeri possit; respondetur, κοινὰ γὰρ) ὡς ἔφην etc. i. e. *propter ipsum illud, quod modo dixi, quod communia sunt vitia ista in lingua et compositione omnibus orationis generibus; propter id ipsum recensio eorum non propria est ejus, quod nunc ago, argumenti.* Sic patet, verba illa adjecta non esse *frigidam repetitionem*, imo vero gravem ejusdem rei, quam modo tetigerat, revocationem, eoque illam graviorem, quum iisdem etiam verbis fiat. Patet vero etiam, *fluxum orationis* procedentis minime his verbis impediri, quum periodus a

verbis: ἃ μὲν οὖν, usque ad, ἃ δὲ ἐν ἱστορίᾳ pertinens admodum modicae sit longitudinis, et, parvula illa enuntiatione interposita, tantum absit, ut ingrate oratio interrumpatur, ut etiam vigor ejus augeatur; modo tenendum, paullo celeriore motu, quem fere parentheses flagitant, ea verba pronuntiari debere. Cf. similem orationis formam infra c. 9. a verbis πρῶτον μὲν etc. LEHM.

Pag. 172. l. 11. *Τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν διατρίβουσι*) *Ἐνδιατρίβουσι*, ut infra c. 11. *καὶ ἐνδιατρίβοντες*, et immorantes; et supra, — *καὶ ἃ σκοπητέον, καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον*. MARCIL.

Ibid. *Διατρίβουσι*) *Ἐνδιατρίβουσι*. GUYET. *Ἐνδιατρίβουσι*) *Marc.* emendationem secutus sum: confirmatur auctoritate Ms. W. Sic usurpat c. 11. SOLAN. Non modo c. 11. sic occurrit, ut *Solanus* monet, sed et saepe alibi; at quid opus longius quaesitum ire, ecce paullo ante c. 6. *ἐνδιατριπτέον* etiam habuimus. REITZ. Sic etiam h. l. vere exhibet A. 2. quamquam divisim *ἐν διατρίβουσι*. LEHM.

Pag. 173. l. 2. *Δὶς διὰ πασῶν*) Dictum est supra ad Prom. in Verb. c. 7. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ὁπωσοῦν*) Bene monuerat in marg. *Hemsterh.* videndum *Duker.* ad *Thucyd.* p. 477. n. 53. id est, L. VII, 49. Ubi ad verb. *ὁπωσοῦν* in *Thucyd.* occurrens, ait: *Th. Magist.* hoc *Ἑλληνικὸν*, non *Ἀττικὸν*, esse pronuntiat. Est tamen rursus apud *Thucyd.* VIII, 90. Item in *Isocr.* ad Nicoclem, non longe a principio, et *Luciano* Quom. hist. h. l. REITZ. Cf. *Platon.* Sympos. XXV, 1. RUD. Et *ὁπωστιοῦν* *Lucian.* Diall. Merr. IV, 2. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἀκαριαῖον*) Angl. *ἄκαιρον*. BOURD. Hic adleverat margini *Solanus*, in W. lituram esse, sed aliam manum reposuisse vulgatam; verum ita dubie posuit, ut vix satis dignoscam, huccine pertineat, an ad praecedens *ἐνδιατρίβοντες*. Sed *ἀκαριαῖον* probum esse, jam dictum ad Hermot. c. 62. REITZ. Ad verba proxime praecedentia, *ἡ δὲ — ἡ ἱστορία* *Rudolphus* haec adnotavit: „Geminationis hujus articulorum insolentioris exemplum e *Pausania* attulit *Hoogeveen.* ad *Viger.* p. 20. ed. *Zeun.*" Non agnoscit *Hermannus* ad hunc *Vigeri* locum p. 704. vulgatam *Pausaniae* (V, 14, 5) lectionem, *τοῖς Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς*, et alterum *τοῖς* cum nomine simul *Ἡρακλέους* delendum statuit. Conferas itaque alium, eundemque certiorem et huic similiorem, locum ex ipso nostro scriptore Diall. Marr. III, 1. *ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥέει*; ubi vid. Adnot. Tom. II. pag. 417. sq. unde simul

patebit, ἢ δὲ h. l. absolute positum, atque adeo commate a sequentibus sejungendum esse. Lehm.

Ibid. Ἀρτηρίαν) Vid. *Plut.* Συμπ. προβλ. Ζ. α΄. ubi cum haec optime a medico essent explicata, inscite admodum deinceps a Grammatico, Anatomices imperitissimo, eadem subvertuntur. Adde et *A. Gell.* eundem errorem tuentem XVII, 11. Solan.

Ead. l. 11. Ἄκρατος) Antea legebatur ἀκρατής. Prave. Sic, ut edi curavimus, totidem verbis *Plato* de Rep. VIII. Solan. Ἀκρατὴς) Lubens obsequerer *Solano* ἄκρατος legenti: sed cum nihil variationis addiderit, nisi quod *B.* 2. et *S.* quoque ἀκρατὴς habeant; ego Edd. studiose consului, easque, quas notavi in variantt. omnes vulgatam servare deprehendi; nec invenio Cod. ullum notatum, qui aliter habeat. Cumque *Steph.* etiam ἀκρατὲς στόμα passive, pro quae cohiberi nequit, adferat ex *Aristoph.* non quidem commonstrato loco, (qui est Ran. 862.) vulgatam intactam sinemus, donec certiora invenerimus. Reitz. Equidem addo *Plutarch.* de Educ. XIII, 17. τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς. Libertatem autem vel potius licentiam, quae hic poëtis tribui videtur, haud facile iis quisquam serio concesserit. Lucianus igitur aut attulit, quod fit, non quod fieri debebat, aut, (quod magis placet) ironice dixit, ut etiam sequentia. Ipse enim in Veris Historiis poëtas non minus, quam historicos, propter ineptas fictiones ridet. Cf. Diall. Mortt. Diog. et Herc. XVI. Rud.

Pag. 174. l. 1. Ἵππων ὑποπτέρων) De poëtica hac celeritatis descriptione plena manu, ut solet, *La Cerda* ad Aen. VI, 808. unde petere licet omnia. Quaedam etiam *Eschenbach.* ad *Orphei* Argon. 137. Gesn. Conf. supr. Somn. c. 8. ex divisione *Solani*, nunc §. 15. Reitz.

Ead. l. 2. Ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναβιβάσηται) Allusit ad locum *Hesiodi*, qui apud *Eustathium*, ex libris perditis, habetur:

> Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα.
> Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάεσκε πόδεσσι.
> *Super summum aristarum fructum cucurrit, neque fregit.*
> *Sed super triticearum spicarum cacumina currebat pedibus.*

Ubi notanda vox πυράμινος, ignota Lexicographis. Usus est etiam *Lucianus* hoc loco, in dialogo pro Imaginibus. Statim, ὁπόταν ὁ Ζεὺς, est ex Iliad. Θ. Mox, μέγα τοίνυν, μᾶλλόν τε ὑπὲρ μέγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰς ἱστορίας, καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέ-

ρας κομμώματα. Latinus interpres: *Magnum igitur, imo plusquam magnum hoc malum, si quis nesciat ea, quae historiae et poëtices sunt propria, separare, sed introducat in historiam alterius ornamenta, fabulam nimirum et laudem, eosque, qui his insunt, excessus.* Non damno hanc lectionem, neque versionem. Ἑτέρας, sc. ποιητικῆς. Excerpta tamen mea cum Anglicano Codice scribunt τὰ τῆς ἑταίρας κομμώματα, *meretricia lenocinia, fucos meretricios.* Sic vocat in historia poëtarum fabulas, laudes et hyperbolas. Ideoque in sequente periodo dicit, hoc idem esse, ac si athletam robustum quis ἁλουργέσι περιβάλῃ, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ, *induat purpureis vestibus et alio meretricio ornatu.* In verbis praecedentibus dixit, ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων καὶ κομιδῇ πρινίνων, *si quis athletam validum ac vehementer robustum,* sc. fuco expoliat. Πρίνινοι sunt ex robore quasi concreti, quos Germani et Belgae vocant *boomstercke mannen.* Graev. *Homer.* Il. Υ, 227. Cui *Virgilium* aemulum adde, qui Aen. VII, 805. de Camilla haec canit:

— *Cursuque pedum praevertere ventos*
Illa, nec intactae segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa timenti
Terret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.

Solan.

Ead. l. 4. Ὁ Ζεὺς) Vid. *Homer.* Il. Θ, 18. Solan.

Ibid. Ὑπὸ μιᾶς) Angl. ἀπό. Bourd. Ἀπὸ) Sic A. W. P. et L. In reliquis ὑπό. Solan.

Ead. l. 6. Κἂν Ἀγαμέμνονα) *Homer.* Iliad. 2. *Achill. Tat.* lib. 1. Bourd. *Homer.* Il. B, 478. Solan.

Ead. l. 9. Ζώνην) Videndus hic *Pausanias* in Boeot. cujus rationem miror, quod hanc vocem, de totius corporis armatura intelligi vult, contra poëtae mentem, si quid ego in hisce perspicio. Solan.

Ead. l. 10. Ἀερόπης) Rursus infra De Salt. c. 43. Solan. Cf. *Schol.* ad Iliad. α', 7. Ἀγαμέμνων δὲ κατὰ μὲν Ὅμηρον Ἀτρέως τοῦ Πέλοπος, μητρὸς δὲ Ἀερόπης· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, Πλεισθένους etc. Rud. Δεῖ equidem delendum censeo; reddit enim orationem hiulcam, quum γενέσθαι commode, immo rectius, ab antecedente οὐδεὶς ὁ κωλύσων pendeat, et intellectu sit difficile, cur *Lucianus* ipse suam orationem tum impedire voluerit; neque enim inest aut elegantia aut emphasis. Idem in Praef. p. VII. Offenderunt in δεῖ etiam *Jacobsius* et, quem *Schmiederus* citat in Praef. ad Tom. II. p. LX., *Creuzerus*, malueruntque δὴ scribi, longe certe prudentius et elegantius,

quam quod *Rudolpho* placuit. *Δὴ* in ironia positum nemo erit, quin agnoscat. Quamquam equidem h. l. *δὴ* post *τὸν Ἀτρέως*, quam ante, maluissem collocatum. Quod quum non sit, et quum *δεῖ* nec per se damnetur, nec ulla externa auctoritate suspectum reddatur, retinuisse id satius duxi. LEHM.

Ead. l. 11. *Ὁ Ἄρης*) W. et Ms. R. 2956. Edd. articulum non agnoscunt. BIP. Agnoscit etiam Gorl. Nihilominus eum omittere placuit, quod putidam hanc diligentiam in articulo saepius repetendo non amavit *Luciani* ingenium. Cf. c. 5. in. et innumera alia exempla. LEHM.

Pag. 175. l. 1. *Καὶ δι' αὐτὸ*) Scita est Luciani observatio. Usu enim venit, ut ineptas sententias, pessime dictas, metri lenociniis velut consopiti, legamus patienter, ut libenter audiamus, si vocis et modulationis illecebrae accesserint. RUD.

Ead. l. 4. *Ἐπεισάγοι*) Ubi vulgo legitur, *Μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ τῆς ἱστορίας, καὶ τὰ τῆς ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώτατα*, per se planum est, si praecedentia respiciantur, legendum esse *ἐπεισάγοι*. Magnum, ait *Lucianus*, immo maximum est vitium, si quis historiam scripturus, non noverit distinguere inter ea, quae historiae, et ea, quae poëtices sunt propria; sed in historiam transferat alius artis ornamenta, sive pigmenta. Simile mendum infra cap. 27. sustulit *Graevius* in verbis *ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς, τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὸ μὲν ὅλον κάλλος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὂν, μὴ βλέποι, μηδ' ἐπαινοῖ, μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγεῖτο*, legens, id quod sane requiritur, *ἐξηγοῖτο*. JENS. *Ἐπεισάγοι* ex W. et Ed. J. est. Reliquae mendose *ἐπεισάγει*; quod recte vidit *Jensius* emendandum. SOLAN. Optativum lubens expressi, non tam ob duos testes, quam etiam ob sequens *περιβάλοι* et *ἐντρίβοι*. REITZ. Vulgata haud est inepta, quum auctores saepius modos varient. Cf. *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 279. Lips. RUD. Non tamen temere id judicaverit quis fieri a probatis scriptoribus. LEHM.

Ead. l. 5. *Ἑτέρας*) Angl. *ἑταίρας*. BOURD. *Ἑτέρας*, manus ipsa *Luciani*; quod autem praeferunt Angl. Ms. Gr. et P. *ἑταίρας*, corruptio mera. In M. etiam *ἑταίρας* fuerat, sed manus recentior mutavit. (De *Κομμώματ.* v. *Hesych. Suid.*) *Longol.* SOLAN. Non male *ἑταίρας*. Reliqua ita essent in appositione; et *μῦθον* et *ἐγκώμ.* vocaret *ἑταίρας κομμώμ.* RUD. Sequitur etiam mox *κόσμος ὁ ἑταιρικός*. Nihilomninus nimium puto h. l. *Rudolphum* ab *ἑταίρᾳ* captum fuisse. Articu-

lus certe; τῆς ἑτ. gravissime impedit, quo minus meretricem huc admittamus. LEHM.

Ead. l. 6. Ἐν τούτοις] In mentem venit: ἐν τούτῳ, ut ad solum ἐγκώμιον referatur, quia ne modicae quidem et aptae fictioni locus est in historia. Sed ex rationibus ejusmodi nil censeo movendum, et mutandum. RUD.

Ead. l. 7. Ἁλουργέσι) Angl. ἁλουργές τι. BOURD. Ibidem ait auctor, Poëtices ornamenta in historiam transfundere, idem esse, ὥςπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων, καὶ κομιδῇ πρινίνων ἁλουργέσι περιβάλοι, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ. Pro ἁλουργέσι in MS. Angl. ἁλουργές τι exstare, testatur *Bourdelotius*. Sed cum haec MSti lectio, sequentium ratione habita, sit soloeca, vulgata lectio censenda est integerrima: *Non secus, ac si quis athletam aliquem ex robustis illis et admodum validis, induat purpureis vestibus, alioque ornatu meretricio.* JENS. Recte quidem doctiss. *Jens.* ἁλουργέσι praefert alteri lectioni ἁλουργές τι· verum non dubito, quin jam magis sit probaturus illud ἁλουργίσι, quod ex collatione in marg. Aldinae *Wesselinganae* admisimus. REITZ. Ἁλουργίς· πορφυρᾶ χλανίς. *Suidas.* Et saepius legitur in Nostro. Prom. cap. 4. 5. Pisc. 36. Epist. Saturn. 21. His non obstantibus equidem praetulerim ἁλουργέσι. nam hoc Adjectivum, etiam omisso ἐσθῆς, significat vestem purpuream; *Aelian.* V. H. XII, 32. Ἐμπεδοκλῆς — ἁλουργεῖ ἐχρήσατο. Est deinde difficilior et inusitatior lectio, unde denique facilius oriri potuit ἁλουργές τι. RUD. In *Aeliano* non poterat bene addi ἐσθὴς, quoniam modo in narratione praecesserat. Hinc ergo nondum sequitur, ἁλουργὴς simpliciter posse dici *vestem purpuream,* omissa voce substantiva. Addita autem haec reperitur ap. Nostrum Imagg. c. 11. ἁλουργὴς ἐσθής. Alias, ut bene notavit *Rudolphus*, frequentatius est nostro scriptori ἁλουργίς, et hoc adeo loco bene restitutum a *Reitzio*. LEHM.

Pag. 176. l. 1. Τὰ ἔπειτα) Probo lectionem marginis *Aldinae Wesselinganae*, qualem ob oculos etiam videtur habuisse *Micyllus* interpres, qui verterat, *quasi posteris, non praesentibus scribantur.* REITZ. Sed τὰ difficilius. Nota res, Neutrum saepius tali nexu de hominibus dici. RUD. Sunt τὰ ἔπειτα *judicia posterorum*, non proxime *posteri* ipsi. LEHM.

Ead. l. 2. Ὅσοι etc.) In Ms. hic locus sic legitur: ὅσοι δ' οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι, καὶ διὰ τοῦτο εἰςποιοῦσιν καὶ τὸ ἐγκώμιον ἐς αὐτὴν, ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον, τοῦτον ἐντυγχάνειν ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι, πρῶτον μὲν, ὡς εἴρηται, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι. ἓν γὰρ ἔργον. Quod

nec praetereundum, nec rejiciendum existimo. Gratv. *Διαιρεῖν εἰς δύο* contextu docente h. l. significat: duplicem historiae finem proponere. Monet autem hoc auctor, quia, admissa ista divisione, isti scriptores aliquid habere videbantur excusationis. Ceterum non possum, quin adjiciam *Josephi* locum, de rationibus, quibus multi ad historiam scribendam adducantur. Antiqu. I. ab initio: *Τινὲς μὲν γὰρ ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, καὶ τὴν ἀπ᾽ αὐτῆς θηρώμενοι δόξαν, ἐπὶ τοῦτο τῆς παιδείας τὸ μέρος ὁρμῶσιν· ἄλλοι δὲ χάριν ἐκείνοις φέροντες, περὶ ὧν τὴν ἀναγραφὴν εἶναι συμβέβηκεν, τὸν εἰς αὐτὴν πόνον καὶ ὑπὲρ δύναμιν ὑπέστησαν. εἰσὶ δ᾽ οἵτινες ἐβιάσθησαν ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, οἷς πραττομένοις παρέτυχον, ταῦτα γραφῇ δηλούσῃ περιλαβεῖν. πολλοὺς δὲ καὶ χρησίμων μέγεθος πραγμάτων, ἐν ἀγνοίᾳ κειμένων προὔτρεψεν, τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν.* Rud.

Ead. l. 7. *Ἓν γὰρ ἔργον*] Posuit hoc auctor sine probatione et demonstratione. Afferebat id quidem notio historiae, quam sibi informaverat; sed quo jure id fecerit, insuper quaerendum erat. Hoc modo certe refutare non poterat alios, qui aliam animo notionem comprehenderant. Rud.

Ead. l. 9. *Αὐτὸ*) Forsan *αὐτῷ*. Sed nihil muto. Proba enim etiam vulgata. Solan. Longe praestat *αὐτὸ*, i. e. *καὶ αὐτὸ τὸ τερπνὸν*, pro Nominativo habendum. Nec de ulla mutatione cogitandum. Lehm.

Ead. l. 10. *Κάλλος ἀθλ.*) *Quintil.* VIII, 3, 10. *Pulcher adspectu athleta, cui lacertos exercitatio expressit, idem certamini paratior.* Totum illum locum communem de pulchritudine utilitatem consequente qui tractarint, laudamus ad ejusdem *Quintil.* VIII. pr. 19. Gesn. Sensus non est: pulchritudinem naturali quodam vinculo cum robore etc. conjunctam esse, ut cepisse videtur *Gesnerus*. — — Immo vero affirmat, si athletae praeter vires et reliquas ipsi necessarias virtutes, etiam pulchritudo sit, bene id se habere. Rud.

Ibid. Οὐδὲν κωλύσει ἀφ᾽ Ἡρακλέους γενέσθαι Νικόστρατον τὸν Ἰσιδότου γεννάδαν ὄντα) Hic locus prima facie videtur sanus et integer, at postquam exactius praecedentia et sequentia examinavi, mihi videtur deesse una literula, ut bene quadret ad sensum auctoris, qui talis est: *si pulchritudo et vires concurrant in athleta, non erit spernendum tale consortium, sed deformitas in athleta, modo robur invictum et experientia adsit, non impediet, quo minus praemia reportet, et insignis existimetur athleta.* Igitur in toto eo sermonis tractu, nullus est locus mentioni de nobilitate. Ideo *τὸ ἀφ᾽ Ἡρακλέους γενέσθαι* non

videtur consonare toti ratiocinationi, et aberrat ab auctoris scopo. Ideo non suspicor, sed firmissime credo, *Lucianum* scripsisse *οὐδὲν κωλύσει η' ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι*, quod quidam non intelligentes, et putantes, debere intelligi, Nicostratum e prosapia Herculis et octavum ab Hercule fuisse, quod est, trinepotis filium, et videntes, id impossibile esse ex ratione temporis, literam numeralem η' sustulerunt. At *ὄγδοον ἀφ' Ἡρακλέους* non de stirpe intelligendum, quasi fuerit ille Nicostratus Heraclides, sed de ordine eorum, qui luctae et pancratii palmam simul eadem reportaverant die, quorum primus numeratur *Hercules*, secundus *Caprus Elejus*, de quo jam supra ad *Pausaniam* in Heliacis p. 170. diximus, tertius *Aristomenes Rhodius*, quartus *Protophanes Magnesius*, quintus *Straton Alexandrinus*, sextus *Marioon Alexandrinus*, septimus *Aristeas Stratonicensis*, octavus *Nicostratus Cilix Aegaeates*, de quo hic loquitur *Lucianus*, qui luctam et pancratium vicit Olympiade 204. quem etiam memorat *Pausanias* Heliac. 1. Et ex hoc loco et *Pausania* corrigendus est Olympionicarum catalogus a *Jos. Scaligero* publicatus, ubi *Stratis* vocatur, male. Error natus ex eo, quod forte literis fugientibus legebatur *παγκράτιον καὶ πάλιν νικ στρας*, unde divinavit exscriptor *νίκων στράτις*. Cum ergo Nicostratus ille victor renuntiatus fuerit Olymp. 204. a Troja vero capta ad primam Olympiadem numerentur anni quadringenti octo circiter, Hercules vero vixerit ante Trojam captam una generatione ad minus, manifestum est, Nicostratum illum non posse numerari octavum ab Hercule secundum generationem: nam numerando triginta annos in unaquaque generatione, ut volunt Chronologi, vix sufficerent quadraginta generationes. Itaque vero verius est debere legi, η' ἀφ' Ἡρακλέους, et intelligi non de stirpe, sed de victoriis Olympiacis luctae, et pancratii. PALM. Si cui non satisfaciat *Palmeriana* conjectura, (mihi quidem satis tanto minus facit, quod video Verae Hist. lib. 2. c. 22. similiter dixisse Nostrum, *Κάρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους*) ille cogitet, an non huc referendus sit ille Nicostratus, de quo *Diod. Sic.* XVI, 44. p. 533. Steph. *Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀγαθὸς καὶ πρᾶξαι καὶ βουλεύσασθαι, μεμιγμένην ἔχων τῇ φρονήσει μανίαν. Τῇ γὰρ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρων ἐμίμει τὸν Ἡρακλέα κατὰ τὰς στρατείας, καὶ λεοντῆν ἐφόρει, καὶ ῥόπαλον ἐν ταῖς μάχαις.* GESN.

Ibid. Ἀφ' Ἡρακλέους) Docta est sane et acuta *Palmerii* conjectura; sed nihil tamen mutandum. Neque enim ad rem quicquam facit, quotus ordine Nicostratus ab Hercule fuerit. De hoc Nicostrato v. *Plut.* 494. f. 949. C. (Alius is est ab eo,

cujus meminit *Xenophon* ed. St. p. 276, 29.) Nostrum Ver. Hist. II. cap. 22. *Quintil.* II, 8. circa finem, ex quo et aetatem ejus discas. (Cilix erat. Ol. CCIV. vicit. Afr. ἀναγρ. et *Pausan.* Eliac. I.) *Loyd.* SOLAN. Mihi *Lucianus* nec de *Diodori Siculi*, nec de *Pausaniae*, Nicostrato cogitasse videtur, sed egisse de aequali quodam ejus nominis athleta celeberrimo, ut et *Scholiastae* visum est. Interiorem autem hujus loci sensum despero nunc omni ex parte explicari posse, quum omnis ejus color ejusmodi sit, ut respicere auctor, ut ait *Rudolphus*, videatur ad rem in facto positam, quam ignoramus. Quod autem ad verba, *ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι* attinet, in versione *Wielandii:* ,,aber das würde nicht verhindert haben, dass Hercules, wenn Nicostratus (wiewohl einer der hässlichsten Menschen, die man sehen konnte) mit dem schönen Alcaeus von Milet, der sein Liebling gewesen seyn soll, gerungen hätte, nicht dem erstern, als dem stärksten und tapfersten von beyden, den Preis zuerkannt haben würde," — vix divinaveris *Luciani*, de quibus agitur, verba. Nec *Palmerii* explicationem et conjecturam, etsi admodum ingeniosam et artificiosam, tanti facio, ut magnopere curandam existimem. Recte *Belinus* vertit: ,,Rien n'empêche que le fils d'Isidotus, Nicostrate, ne soit *de la race d' Hercule.* Et sic etiam *Rudolphus* explicuit *ἀφ' Ἡρακλέους* in Ind. s. v. *ἀπὸ*, *Herculis sectatorem, imitatorem fuisse.* Contulit formulam *οἱ ἀπὸ Πλάτωνος* etc. et provocavit ad *Viger.* IX, 1, 13. probante ipsius Censore in Ephemm. Jenenss. supra laudato. In N. T. de eadem notione promiscue usurpantur *ἔκ τινος εἶναι, υἱὸν,* s. *τέκνον, εἶναί τινος,* ut *ἐκ διαβόλου εἶναι* *Joh.* Ev. VIII, 44. etc. H. l. verterim: *Herculei esse roboris. Guil. Langius* in Animadvv. ad Lucian. saepius jam laudatis eandem, opinor, interpretationis regulam secutus, explicat *fortem esse.* LEHM.

Ead. l. 13. *Ἀλκαῖος*) De hoc tacent. SOLAN.

Pag. 177. l. 2. *Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐργάτας ἐπισπάσαιτο*) Interpres Salmuriensis: *Proinde historia, si jucundum auctarii vice haberet, multos, a quibus scriberetur, alliceret.* Inepta ratio. Non plures invitarentur ad scribendas historias, de historicorum enim multitudine conqueritur, sed ad legendas. Historiae enim illae, quae posthabito vero soli studebant jucundo, ludibrio et taedio gravibus viris erant, et a nemine legebantur, nisi mulierculis et adolescentibus, ut hac tempestate Romanensium, ut vocant, fabularum scriptores. Verum hujus loci scripturam nobis servavit Codex Anglicanus,

apud *Bourdelotium*, et excerpta nostra, in quibus ἐραστὰς legitur, quod pro ἐργάτας reponendum. Et sic legisse videtur *Micyllus*, ut ex versione patet: *Quare historia, siquidem obiter et velut auctarium jucunditatem additam habeat, complures amatores ad se allicit.* Paucis verbis interpositis, male scribitur et intelligitur hic locus: ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῆσαι, ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς, καὶ νὴ Δία συκοφαντικῶς προσέτι γε ἀκροασαμένους. Vertunt: *Hoc quoque dici meretur, rem valde fabulosam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non esse jucundum, dum non de faece hominum et promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis, qui judicantium, ac per Jovem, sycophantarum more auscultant.* Μὴ ponitur quidem nonnunquam pro *nisi*, sed in hac notione non memini infinitivum sequi. Παρ' ἑκάτερον ἀκούοντες, interpretantur, *utrinque audientes*; quod quid sit, non intelligo. Mss. recte: παρ' ἑκάτερον ἀκούουσιν, ἣν μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοεῖ, *in utroque*, vel *in utrovis eorum*, (fabulis sc. nimiis, et operosis laudibus) *audientibus non esse jucundum, si non faecem plebis et vulgus cogitet, sed eos.* Τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, sunt *laudes nimiae, quae offendunt audientis animum.* Sic προσάντη λέγειν apud *Diod. Sic.* ea dicere, quae ingrata sunt, et indignationem movent. GRAEV.

Ead. l. 3. Ἐργάτας) Angl. ἐραστάς. BOURD. Ἐραστὰς recepimus in textum, P. etiam consentiente. Vulgata enim nihili prorsus est. Exstat tamen in M. SOLAN. Fortasse respexit ad illud *Platonis* in Phaedro, quod expressit etiam *Cicero* de Offic. I. c. 5. RUD. Locus est *Plat.* Phaedr. c. 65. Ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. Vid. *Car. Beier.* ad *Ciceronis* locum, qui quidem vir multiplici et exquisita instructus doctrina alium contulit ejusdem *Cic.* locum, ubi *Platonis* sententia magis etiam ad verba expressa legitur, de Finib. II, 16, 52. Ceterum *Platonica* quidem sententia per se longe alia est, ac *Lucianea*: utraque vero eadem fere ratione proposita; ut sane *Luciano*, *Platonicorum* cultori gnarissimo, formula illa venustissima obversata fuisse videri possit. LEHM.

Ead. l. 6. Ὅτι οὐδὲ — ἦν) Ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν ἦν. Indignis modis confundunt vio-

lantque hanc periodum et omnem ejus intelligendae viam, inque ea sententiam *Luciani* interpretes Latini, quorum *Benedictus* ita, *rem valde fabulosam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non esse jucundum.* Quod cum per se ἀτεχνῶς sit chimaericum, imo falsum, (et cur in interpretatione omittit ἐν αὐτῇ;) tum si roges, cur *Lucianus* dicat ἦν, non ἐστὶ, profecto nullam possit dare caussam. Tantundem respondebit, si roges, quid sit *utrinque audire?* Deinde pergit, *dum non de faece hominum et promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis* etc. Quid quaeso intelligemus de illis, utrum laudatis, an laudantibus? Ad has tamen absurditates praeivit *Micyllus*, cujus haec sunt: *quod neque jucundum adeo in historia, quod valde fabulosum est, et ad laudem maxime inclinat, utrobique auditoribus esse solet, dum non de faece hominum ac multa promiscuaque plebe hoc intelligamus* etc. illaudabili versione. Interpretor: *non esse in historia jucundum id, quod est oppido fabulosum. Etiam laudationes nimium proclives, audientibus accidunt in utrumque* (ut non sint semper jucundae, sed queant esse jucundae, queant esse contrariae et ingratae ob varias caussas, ac vel dextre vel sinistre accipi, ut maxime proprietatem phraseos attingamus, quae occurrit Ver. Hist. I. cap. 40. οἱ μὲν παρ' ἑκάτερα τῆς νήσου καθήμενοι.) *Non intellige faecem confusam et promiscuam plebem, sed* etc. quibus verbis describit, quos ἀκούοντας innuat: quasi dicat, non si eo usque adscendant istae laudationes, ut etiam infimi videant, te in laudando excedere modum, sed si tantum sic agas, ut acutissimi id percipiant; vel, ut ipse exponit infra c. 11. ὅταν κατὰ τέχνην αὐτὸ δρῶσιν καὶ ἐπισκιάζουσι τὴν θωπείαν, ἀλλ' ἀθρόα πάντα καὶ ἀπίθανα καὶ γυμνὰ διεξίασιν. Gron.

Ead. l. 7. Πρόςαντες) Videtur nihil opus esse huic loco, nisi ut revocetur, quod jam factum, simpliciter Aldina lectio, sublato solum inciso, quod ibi etiam ponitur inter πρόςαντες et παρ' ἑκάτερον. Nimirum hoc παρ' ἑκάτερον, in quo tantopere laboratur, ad πρόςαντες refertur commodissime. *Utrinque praeruptum est* et *audientibus* adversum atque molestum, non minus quam asperum et praeruptum iter viatoribus, laudare alios; difficile ergo scribenti, et in utramque partem difficile, cum vel nimis videaris prodigus, vel parcus nimis. Ut hic metaphorice *Lucianus*, sic proprie *Caesar* B. Civ. I, 45. *Praeruptus locus erat, utraque ex parte directus.* Gesn.

Ibid. Παρ' ἑκάτερον) Hic locus est mutilus. *Longol.* De utraque auditorum parte intelligo, laudatis scilicet et laudes audientibus. Alio tamen sensu usurpat, ex Graeco, ni fal-

lor, *Terentius*, in utramque partem, in prol. Heautont. sub fin. et III, 1, 31. Cf. infr. Ver. Hist. II. c. 40. Et Deor. Dial. XVI. Solan. Conjungendum προσάντες et ἀκούουσιν, ergo non *difficile scribenti*, ut *Gesnero* visum, sed *molestum audientibus*: *laudes molestias facessunt auditoribus*, (commode *Rudolphus* confert locum *Plutarch*. de Educ. VIII, 27. μονῳδία — ἐστὶ πλήσμιον καὶ προσάντες) idque παρ' ἑκάτερον, *in utramque partem*; quod quid sit, ex eo patet, quod oppositum manifesto est τῷ κομιδῇ μυθώδει, *ei*, *quod plane est fictum*, *fabulosum*: ergo ἐφ' ἑκάτερον, *utrumque si spectes*, est: sive fictae sint laudes et fabulosae, sive etiam verae et genuinae, semper laudare est res lubrica, et molesta audientibus; immer ist est, in jedem Falle, den Zuhörern zuwider, qui quidem nunc non laudationem, sed narrationem, audire velint: Hanc unice veram existimo esse hujus loci varie distorti explicationem. Cf. Diall. Deor. XVI, 1. ubi Apollo dicitur λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι σφάλμα, i. e. *in utramque quaestionis partem*, sive hanc, sive illam, velis, pro suo quisque animo. Et sic explicata verba: καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων — ἀκούουσιν, haud vereor, ne quis cum *Rudolpho* pro spuriis sit habiturus. Lehm.

Ead. l. 8. Τοῖς ἀκούουσιν· ἢν ἐπινοήσαις) Vulgatam mutavi, ἦν in ἢν migrando, et distinctionem, quae post ἢν erat, ante illud collocando, praeeuntibus G. L. et J. quod enim vulgo legebatur, οὐδὲ τερπνὸν — τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸν συρφετὸν etc. vertebaturque, *neque jucundum audientibus erat, dum non de faece hominum intelligamus*, id ex Graeco sic vix elicias; jam vero ἢν μὴ conjunctum apertius *nisi* significabit, et verbum *erat*, satis intelligitur per ellipsin: sed pro ἐπινοῆσαι jam quoque recepi ἐπινοήσαις. Durior hic enim est infinitivus. Imo cum et margo *A*. 1. *W*. id habeat, et *Gesnerus* quoque sic legendum existimet, tanto magis ad id recipiendum permoveor. Reitz.

Ibid. Ἢν μὴ — ἐπινοῆσαι) Ἢν μὴ — ἐπινοήσῃ. Guyet. Ἢν μὴ etc.) Sic omnino legendum cum Mss. G. P. L. et Ed. J. Nisi cum G. Ms. legas mox ἐπινοεῖ pro ἐπινοῆσαι. Reliquae Edd. ἦν etc. cum praecedentibus conjungunt. Solan. In voce ἐπινοῆσαι admodum variant libri. Cum Ms. Gr. ἐπινοεῖ legenti facit Cod. 3011. Sed ἐπινοῇς exhibet 2954. Quam lectionem *Reitzius* e marg. A. 1. W. recepit, et recentiores Edd. admiserunt, ἐπινοήσαις, eandem exhibet etiam A. 2. sed ἐπινοῆσαις scriptam. In qua quum *Belino* soloecismus videretur inesse Optativi cum ἢν conjuncti: malebat aut ἐπινοή-

σῃς scribi, aut ἢν μὴ in εἰ μὴ mutari, servato sic Optativo. At cf. supra cap. 5. et quae ibi in Varr. Lectt. monita sunt. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἀκροασομένους*) W. In reliquis ἀκροασαμένους. Solan. Etsi vulgata ferri potest, ut significet eos, qui sic audire solent, tamen accuratior videtur lectio Cod. W. futurum exhibens, i. e. eos, qui hanc historiam *audituri*, vel *lecturi sunt*. Reitz. Hanc lectionem ἀκροασομένους confirmat etiam non solum Cod. 2954. sed etiam A. 2. in qua est ἀκροασωμένους. Recte itaque recentiores Editores *Reitzium* sunt secuti. Verbis deinceps sequentibus *Rudolphus* notat tangi fortasse criticos, quos rideat (auctor) etiam in Veris Historiis. Lehm.

Pag. 178. l. 3. *Τὸν τύπον*) *Κατὰ τὸν τύπον.* Guyet. *Κατὰ* quippe non inserendum, sed intelligendum, monere voluit, credo. Reitz. Elegans locus, quum non solum in metaphora eadem pergat, verum etiam hoc modo simul declaret, quid sit ἀργυραμοιβικῶς. Rud.

Ead. l. 4. *Φροντίζειν*) Tales ait auctor comparandos esse auditores, quibus quis scripta sua velit probare, qui exactissime omnia examinent, et ἀργυραμοιβικῶς expendant: *ad hos*, inquit, *ἀποβλέποντα χρὴ καὶ συγγράφειν, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν.* Sic namque ex vetustis Edd. corrigendum: posteriores pessime φροντίζει. Jens. Bene monet *Lucianus*, praesertim quum laudes ejusmodi interdum essent malis artibus partae. Cf. Quinctil. lib. X. §. 18. de oratoribus quidem. Rud.

Ead. l. 8. *Γάρ που σε*) Ita που σε sine accentu exaratum est in Edd. priscis J. Fl. *Ald.* et hinc in reliquis. Neque enim Grammaticorum canon hic poterat observari, ut pluribus encliticis sese subsequentibus, unius accentus in alteram transiret; alioqui scribendum fuisset ποῦ σε· quod significatio, quam ποῦ hic habet, vix patitur. Reitz. *Schmied.* ex arbitrio edidit πού σε. Lehm. Major vis est in hac comparatione, quum exemplum verum afferat, quam si quid ejusmodi excogitasset ipse. — Similis pictura reperitur in opere splendido: Recueil d'estampes d'après les plus célebres tableaux de la Galerie Royale de Dresde. Dresdae 1753. Vol. I. n. 40. Alia est Woerlitzii. Vid. *Aug. Rode* Beschreibung des Fürstl. Anhalt-Dessauischen Landhauses und engl. Gartens zu Woerlitz p. 49. Rud.

Ibid. *Γεγραμμένον*) Meminit hujus *Terentius* Eun. V, 8. *Plautus* etiam in Trin. initio ipso, et *Pers.* 5. Vide etiam *Plut.* 1406, 2. quo in loco ῥαπίζειν legendum. Solan.

Ead. l. 11. Ἐν κροκωτῷ) *Plutarchus* quoque scribit, Herculem κροκωτοφόρον pingi solitum. Crocota autem crocei coloris vestis. *Non. Marcell.* Vorst. Quem cultum tamen deinceps, ut et Herculis titulum, affectavit Commodus. *Herodian.* I, 14, 16. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας φέρειν, ἀμφιέννυτό τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσουφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτὸν καὶ ὑφ' ἑνὶ σχήματι θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. V. et *Aristoph.* *Βατρ.* p. 94, 2. Solan. Confer *Aristophan.* Ran. 46. et ad eum nott. *Ez. Spanh.* qui et hunc *Luciani* locum adfert, et muliebre hoc vestimenti genus exponit ex *Athen.* V, 198. *pellucidum amiculum, quod supra purpuream tunicam injicitur.* Reitz.

Ead. l. 13. Σανδάλῳ) Sic pro σανδαλίῳ constanter legitur in Edd. vett. quas excussi, et recte; (quamvis utrumque dicatur.) Vid. supra Deor. Dial. XII. m. ubi plane idem ait: παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Et Dial. XI. m. πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα — τῷ σανδάλῳ, et sic alibi non semel: quare hoc praetuli, quia Nostro usitatius est. Addiderat *La Croze*, vid. *Terent.* sine dubio respiciens illa in Eunuch. V, 8, 4. *Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.* Ad quae interprett. plura de sandaliis. Reitz.

Pag. 179. l. 3. Ἀσύφηλον) Flor. et Angl. ἀσύμφυλον et ἀσύμφηλον. Bourd. Ἀσύμφυλον) Variant hic libri: sed vera et genuina lectio est, quam ex W. P. et L. exhibeo. Consentiunt omnes, exceptis duobus, in Rhet. Praec. cap. 16. Ἀσύφηλον vero, quod et apud *Suidam* perperam legitur ἀσύμφηλον, aliud est. V. Il. *I*, 643. quod jam doctissimo *Suidae* editori observatum est. Adde *Plut.* 1672, 1. Solan. Ἀσύφηλον) Cum non soleant vocem facilem et obviam in ignotiorem mutare librarii, ἀσύφηλος autem sit *Homer.* Iliad. *I*, 643. et *Ω*, 767. hoc servandum duco, et interpretatus sum, non quo illam plane cognitam habeam, sed ut convenire huic sententiae, nec repugnare locis Homericis videbatur. Gesn. Verum est, librarios non solere vocem obviam in ignotiorem mutare; ideoque lubens concederem *Gesnero*, Homericum ἀσύφηλον retinenti, si significatum ejus huc convenire certum esset. Verum quia non potuit scire, quid Codd. nostri haberent, ego consensum eorum in voce obvia, et hic bene congrua, praeferendum duxi, eoque magis, quia duae Edd. principes *Fl.* et *J.* ne quidem vulgatae adsentiuntur, sed ad alteram Codicum quoque ducunt. Reitz. Ἀσύμφυλον etiam Ms. Reg. 3011. Bip. Ἀσύμφιλον A. 2. ut *Junt.* Lehm.

Ead. l. 4. Ἑκάστου γὰρ — καλόν ἐστι] Sensus: cuilibet rei propria quaedam est pulchritudo. In *Reitz.* Edit. post ἴδιόν τι comma est, quod sensum obscurat. Rud. Addam, quae idem *Rudolphus* in Ind. s. παρὰ de sequentibus verbis judicavit: *Interpres:* deforme idem, quia extra usum suum, fuerit. *At enim isto loco non agit de utilitate et usu rerum, sed de pulchritudine unicuique rei propria; neque id, quod inutile est, propterea etiam est turpe atque deforme. Putaverim igitur,* παρὰ τὴν χρῆσιν, per usum, *esse glossema, ab eo adscriptum, qui quidem probe teneret, res usu et per usum deformes reddi; sed ad nexum et sententiarum seriem non attenderet.* His etiam Censori Jenensi probatis ita ego subscribo, ut tamen de consilio et sensu verborum παρὰ τὴν χρῆσιν aliter statuam. Adscripta sunt margini a nescio quo, qui vocabulum ἀκαλλὲς indicare vellet esse παρὰ τὴν χρῆσιν, *praeter usum vulgarem* h. l. *adhibitum.* A *Luciano* autem ipso ea verba non esse profecta, vel inde probari potest, quod varias per se quidem admittunt interpretandi rationes, nullam vero, quae menti auctoris satis conveniat. Unde etiam mire se torserunt interpretes, quaerendo aliquam rationem, quae tolerari quodammodo posset. *Micyllus: deforme id ipsum usu reddetur. Gesnerus* longe aliter, ut videre licet. *Belin. elle devient informe par le mauvais usage auquel on l' emploie. Wieland. so wird es hässlich, weil es an einem Orte steht, wo es unnütz ist, oder keine gute Wirkung thut.* Vocabulum autem ἀκαλλὴς, etsi haud improbum per se, tamen neque apud *Lucianum* nostrum, quod sciam, usquam alibi occurrit, neque apud alios scriptores saepissime. *Hesychius* tamen: ἀκαλλές· ἄμορφον. Et de superiorum verborum sensu, quem sane prava distinctio, omnibus Edd. veteribus communis, obscuravit, et interpretes plurimos, ut falso verterent, seduxit, recte statuit *Rudolphus.* Sensus est: Jede Sache hat ihre eigenthümliche Schönheit: mengt man sie aber in einander, so wird dasselbe hässlich, (was vorher schön war). Conferatur imago Herculis et Omphales supra descripta. Lehm.

Pag. 180. l. 2. Ἀριστοβούλου — γράψαντος) Angl. Ἀριστόβουλος γράψας. Bourd. Adi *Voss.* de Hist. Gr. Laudat hunc *Plut.* in Alex. et 584, 1. unde liquet, exstitisse illius novam et ab hac diversam historiam. *Strabo* etiam XV. p. m. 494. A. Vid. et 608, 1. ejusdem P. Solan. Facessat lectio Codicum, nominativum exprimentium: etsi enim nominativi absoluti exempla non desint, tamen quia iidem libri ἀναγνόντος non mutant, hinc nec γράψαντος, nec Ἀριστοβούλου, mutandum erat; non enim Alexander legebat, sed ipse Ari-

stobulus auctor ei suum opus praelegebat, quod olim moris fuisse, non est opus exemplis probari, cum Alexander postea demum librum arripuisse, et in caput auctoris projecisse dicatur. Exempla autem istius nominat. quasi absoluti dabimus alibi. Reitz. Pro *Ἀριστοβούλου* *Sainte-Croix* in libro inscripto: Examen critique des anciens Historiens d' Alexandre le Grand Par. 1775. p. 19. legi voluit *Ὀνησικρίτου*, quo hic Alexandri historicus adulator cum illo, qui c. 40. commemoratur, conveniret. Verum hujus mutationis gravissimae equidem ne levissimam quidem video caussam. Imo vero hujus Aristobuli in *Plutarchi* Alexandro et apud *Strabonem* lib. XV. §. 19. 21. bis 24. etc. non minus fit, quam Onesicriti, frequens mentio. Et quod illi scriptores classici talis fidei historico usi sunt fonte, non minus id mirandum, quam quod Onesicrito, aliisque ejus indolis, qui de Alexandri rebus exposuerant, historicis, vel potius laudatoribus. H. l. autem si Aristobulo injuria est facta, non id librariis in tanto librorum consensu, sed ipsi *Luciano*, imputandum censeo. Nec Onesicriti peccatorum historicorum indicem hoc exemplo temere auctum velim. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἐπὶ κεφαλὴν*) Mirum videri possit, usurpari hanc phrasin de *libro*, cum proprie de animalibus dicatur prono capite deturbatis, uti usurpatur in Gallo c. 23. *ἐπὶ κεφαλὴν ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες*. Sed videtur ad alia etiam tandem usu detorta fuisse. Vid. de *ara* usurpatum Jov. Trag. c. 44. Solan.

Ead. l. 10. *Ἐν ἀκοντίῳ*) *Καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐχρῆν, Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα.* Scio, ut defendi possit haec scriptura, verum persuasum tamen habeo, *Lucianum* scripsisse, *καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα*, *una sagitta elephantes interficientem.* Quod et Ms. prae se fert, ut nunc deprehendi, cum haec ex meis schedis, in quas ante viginti quinque annos has conjecturas inscripseram, excerperem, ut dubium nullum reliquum sit, vere me conjecisse. Graev. Insolens admodum haec phrasis, nec *Luciani* manum hic agnosco, neque in his in Dial. Prot. et Plut. seu Diall. Mortt. 23. *καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ*. In L. uti et in G. *ἑνὶ*, quod commodius, sed nondum mihi rectum videtur. M. vulgatum *ἐν* retinet. Elephantos autem, quamvis haec quidem Aristobuli fabulosa erat narratio, conto transfixos Romae legimus a Commodo aliisque. V. *Ael. Lamprid.* c. 12. et not. *Casaub. virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret.* Solan. Etsi praepositio abundans pro ablativo instrumen-

ti recte adesse potest, ut pluribus probavi ad Herodot. c. 5. et ante me *Hemsterh.* ad Dial. Mort. XXIII. f. ubi καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, quae verba *Solanus* immerito suspecta habet, tamen hic aliquantum languet historia: itaque ἑνὶ ἀκοντίῳ unice verum esse statuo, et recepissem profecto, si numerum elephantorum, qui excidisse videtur, addere ex aliquo Codice vel editione possem. Sensus enim postulat, ut *uno jaculo plures elephantes* (simul) *trajecisse* dicatur Alexander, ac tum adulatio nimia, quam *Lucianus* redarguere vult, sese prodit, quae jam in vulgata lectione nulla est; tum vero justa Alexandri patet ira, cum ἀδύνατα adeo, sive manifesto falsa ipsi tribuuntur. Licet enim pluralis ἐλέφαντας sufficere videatur, et vel sic longe melior sensus sit, quam vulgatae, tamen hiat aliquantum oratio, nisi *duos* vel *tres* addideris. Miror, *Solano* haec in mentem non venisse, qui tam studiose haec verba videtur excussisse. Cum sensus τοῦ ἑνὶ tam facile pateat. Fateor enim, nihil novi esse singulos elephantos contis trajectos, sed parvo jaculo, quod diminutivum ἀκοντίον notat, unoque ictu duos tranfixos, hoc erat miraculum. Ἐπὶ κεφαλὴν autem si non de capite libri, an igitur de capite auctoris intelligendum, quod Alexander petens librum simul in aquam projecerit? potest enim ἐπὶ intelligi *versus, ad;* ita ut liber directus *versus* auctoris caput, etsi non tetigerit, in mare sit projectus. At sequens σὲ δὲ, id non permittit. Reitz. Praeeuntibus Codd. G. L. et Mss. Regg. 2954. et 2956. rescripsimus ἑνί· quam lectionem etiam secutus est in sua *Luciani* versione *Belinus*. Bip. Ἑνὶ non opus est. Sensus est: „*quod elephantos jaculo interfici posse et interfectos esse dicis.*“ Sententiam hujus loci, contra interpretes, hic frustra laborantes, eleganter exposuit *Wieland.* in nota; qui ipsam etiam pugnam solitariam ab homine isto inepto fictam esse statuit. Inde explicanda verba: τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα. Rud. Ἑνὶ, quod nunc etiam duobus Codd. Pariss. confirmatur, usque ego pro genuina lectione habebo, dum probaverit quis, ἐν ἀκοντίῳ φονεύειν bene Graece dici potuisse. Vid. Adnot. ad Dial. Mortt. XXIII, 3. Tom. II. pag. 642. sq. Quod autem numerum aliquem elephantorum h. l. *Reitzius* desiderat, qui ad vocem numeralem ἑνὶ referatur, id prope abest a ridiculo. Volebat scilicet *Reitzius* repraesentari lectori miram profecto imaginem Pori *duobus tribusve simul* elephantibus insidentis: probe enim tenendum, de μονομαχίᾳ sermonem esse. Pluralis ἐλέφαντας, qui *Reitzium* male habuit, universalem significat sententiam, hoc tamen loco ad rem specialem referendam. Lehm.

Ead. l. 12. Ἀρχιτέκτονος) Dinocratis scilicet, cujus historia scitu digna. Is cum Alexandro innotescere cuperet, nec facilem ad eum aditum reperiret, ad hanc tandem artem confugit. Unctus et corona populea redimitus, pellem etiam leoninam, caetera nudus, induit: eoque ornatu locum petit, qua Alexandro iter futurum sciebat. Eo viso rident comites, Alexander ipse novo spectaculo illectus hominem alloquitur, et mox suscipit. Hinc tanta viri fortuna, quam ut aulicae artes aedificaverant, ita adulatio nimia deinde subvertit. Vid. *Vitruvium* in praef. At *Plutarcho Stasicrates* audit, non *Dinocrates*, 597, 2. Sed Dinocratis etiam nomine occurrit ap. *Plin.* et *Strab.* VII. qui Alexandriam ab eo, ad Chlamydis formam descriptam et conditam memoriae prodidit. *Vitruvius* quibusdam a *Luciano* hic prolatis refragatur. Eandem historiam habes iterum Pro Imagg. c. 9. Solan.

Pag. 181. l. 8. Ἐπανθήσῃ) Angl. ἐπάνθισε. Bourd. Οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον ἐπανθήσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ. Recte interpres: *arbitrantur enim, melius se habituram faciem, si pictor illis plurimum ruborem illinat, et pigmento multum candoris admisceat.* Sed pro ἐπανθήσῃ scribendum ἐπανθίσῃ. Accedit proxime liber Anglicanus, quem vidit *Bourdelotius*, qui legit ἐπάνθισε. Ἀνθίζειν et ἐπανθίζειν est pingere, floridis coloribus inficere. *Herodot.* Cleio, ἠνθισμένοι φαρμάκοισι προμαχεῶνες, *propugnacula picta variis coloribus. Noster* inferius in hoc ipso libro: *Οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔπριον τὸν ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐῤῥύθμιζον, καὶ ἐπάνθιζον τῷ χρυσῷ, illi vero tantum formabant et secabant ebur, et poliebant, et conglutinabant, et concinnabant, et auro inducebant. Sophocl.* οὐ γάρ σε μὴ γνῶσιν ὧδ' ἠνθισμένον, *te enim non cognoscent sic coloratum. Synesius:* καὶ εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τῆς παρειᾶς ἐρύθημα, *et statim mea gena rubore perfundebatur.* Ἄνθος saepe est color. Ἄνθη τῶν οἴκων sunt picturae *Philostrato. Hesych.* ἄνθη· χρώματα. *Moschopulus* τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογῇ· ἀπὸ τοῦ τῶν βοτανῶν ἄνθους λέγεται ἄνθος κατὰ μεταφορὰν τὸ χρῶμα. ὡς παρὰ τῷ Φιλοστράτῳ τῷ τῆς ἴδης ἄνθεϊ ῥαίνεται, ἤγουν τῷ χρώματι. ἔστι δὲ ἴδη βοτάνη τις· καθὸ λέγεται ἀνθοκρόκοισι πήναις παρ' Εὐριπίδῃ. Sic legenda sunt haec verba. Locus *Euripidis* est in Hecuba v. 468.

— Ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
Ἐν δαιδαλέαισι Ποι-
κίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.

Ubi interpretes pessime: *in crocea veste jungam currui equos,*

in artificiosis variegans croceo flore decoris tapetibus. Ἀνθόκροκοι πῆναι sunt fila variis coloribus tincta, licia diversorum colorum. Πῆναι μίτος, κρόκη, subtemen, fila. Χρυσόπηναι vestes aureis filis pictae: *Virgil. picturatae auri subtemine vestes.* Restituenda est haec vox *Polluci* lib. X. c. 10. ubi recenset vocabula ad lanificium et textrinam pertinentia: καὶ πήρα καὶ πηνίον κατάγειν, καταγαγεῖν. Interpres: *peram fusum ducere, deducere.* Quid lanificio cum pera? lege πῆνα. *Euripides* autem sic vertendus: *in crocea veste jungam currui equos, artificiosis pingens diversicoloribus filis.* Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλουσα est pro ἐνποικίλλουσα δαιδαλέαισι. Graev. Ἐπανθίσῃ) Ad hanc scripturam accedit Anglic. Cod. quae in P. plane habetur. In vulgatis ἐπανθήσῃ. Vid. infra cap. 55. Solan. De pigmentis, φάρμακα dictis cf. Amor. cap. 40. et Diall. Merett. XI, 3. Omnino vid. *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 504. Schaef. Lehm.

Ead. l. 11. Θεραπεύοντες) Anglic. θεραπεύεσθαι. Bourd. Sic infra c. 40. εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τὶς θεραπεύοι etc. aliam lectionem hic Codd. A. W. P. et L. praeferunt, haud sane spernendam, nempe θεραπεύεσθαι· quam si admittas, supple ὡς. Sed in W. aliter prius fuerat. Solan.

Pag. 182. l. 2. Πάσῃ) Distinctione juvimus hunc locum et interpretatione. Jungebant ἱστορίᾳ πάσῃ, et interpretabantur *omni historiae:* sic laborabant sequentia. Nobis πάσῃ est aoristus primus ex πάσσω vel πάττω, quod de coloribus et pigmentis usurpari notum est. Gesn.

Ibid. Τὰ ἄλλα) Hic aliquid desideratur. An μὴ παραλείποι, vel παραλήψῃ; Guyet. Recte vidit *Guyet.* aliquid desiderari in vulgata, quae erat, τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, τὰ ἄλλα etc. sine sequente verbo, quod ad ἄλλα referatur, et sine ullo sensu: sed mutata a *Gesnero* distinctio mihi omnia sanare videtur; quare illam laetus amplector. Reitz.

Ead. l. 3. Τοῦ λόγου) Post hanc vocem excidit verbum, sine quo stare sententia non potest. Quodnam autem verbum exciderit, quis sine Mss. ope divinabit? *Vorstius* conjicit, ante τὰ ἄλλα reponendum ἐστὶ καὶ, vel simile quid. In W. et Ed. *Fl.* deest πάσῃ, agnoscit P. (Hic aliquid deest, huic simile ἄλλα μεμίγθωσαν, ἃ σὺν etc. *Longol.*) Ego pro πάσῃ τὰ legendum censeo ἐπιπαττέτω τὰ, ut Pisc. cap. 22. Solan.

Ead. l. 5. Ἔναγχος — πρώην) Ex hoc loco discimus, quo tandem tempore patriam post primas peregrinationes reviserit *Lucianus.* Neque enim dubium est, quin de reditu in patriam hic locus sit intelligendus, de quo in Somnio c.

9. post peragratas Italiam et Galliam; cum ex Peregr. Morte pateat c. 35. satis fuisse ei temporis ad utramque visendam, et ex Somnio cap. 9. patrem ibi habuisse obviam, constet. Certe hinc in Ionia circa annum Christi CLXIII. fuisse, liquido constat: quo tempore jam annos ad minimum XII abfuisse a patria ex Mort. Peregr. c. 35. cum quater Olympia vidisset, certum est. Unde proclive est judicare, quae de sua vita in Somnio habet, consideranti, patriam tunc primum revisisse. Quod hic ad Chronologiam Lucianeam feliciter adstruendam substernendum fuit. Observanda autem hic est vis verbi ἔναγχος, quod recentius quid notat, quam quod mox sequitur, πρώην. Rem unico exemplo illustrabo. In Abdic. c. 2. quod apud judices a se πρώην factum rem simpliciter narrans dixerat; cum deinde ad argumenta ventum est, ut pondus rei addat, dum *nuperrime* factum esse ad caussam facere videtur, non jam voce πρώην, ut prius, dum nihil tale agebatur, sed voce ἐνάγχως utitur cap. 13. cujus vim mox paucis interjectis sequens εὐθὺς eam esse, quam contendo, satis ostendit. Unde jam evicisse mihi satis luculenter videor, reditum Luciani in patriam flagrante eo bello accidisse, cum in Graecia jam ejusmodi historias recitari vulgo audierit, et mox in Ionia ejusdem farinae scripta, ante confectum id bellum nuperrime viderit. SOLAN. Achaiam *Wielandius* non sensu strictiori, sed totam omnino Hellada, a Romanis Achaiam dictam, intelligendam esse censet, quum opponatur Ἰωνία. Cui libenter accedo. Sed num ineptum foret, statuere, Lucianum Corinthi concertationibus eruditorum interfuisse? Postea certe, ubi hominem itinera et αὐτοψίαν impudenter fingentem reprehendit, adjecit: καὶ ταῦτα Κορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίγνωσκε. c. 29. RUD. Non modo non ineptum, sed etiam maxime probabile est, Corinthi quoque Lucianum aliquamdiu commoratum esse. Hinc tamen nihildum sequitur ad *Wielandii* sententiam, quae linguae usu tum temporis Romanis jam dudum recepto, nititur, infringendam. LEHM.

Ead. l. 6. Πρώην) Cf. mox cap. 17. pr. et Ver. Hist. I. c. 33. SOLAN.

Ead l. 9. Ὅρκον ἐντιθέναι] Formulae igitur jurandi, quas vocamus, νὴ Δία etc. quae singulis fere paginis leguntur, jurisjurandi loco non sunt habitae. RUD. In recentissima adeo memoria est πρὸς Χαρίτων, formulae jurium jurandorum numero nullo modo excipienda. Videtur mihi itaque locus colorem habere joci cujusdam, quem tamen ego non penitus perspicio. LEHM.

Ead. l. 10. *Παρακαλῶν*] Ineptum erat exordium propterea, quoniam poëtae non tam voces et metricum ornatum, quam res ipsas a Musis exspectant. Cf. *Hom.* Iliad. *β*, 485. sq. *Virgil.* Aen. I, 12. Musa, mihi *causas* memora. *Ovid.* de Arte Amandi I, 25. sq. quum negasset numina sibi auxilio fuisse, addit: *usus opus movet hoc,* id quod ad praecepta ipsa, et artes, ut vocat, magis pertinet, quam ad expositionem. Facile autem apparet, historicum facta non debere a Musis petere, i. e. fingere, sed a testibus certe fide dignis sumere. Rud.

Ead. l. 11. *Παρὰ πόδα*) Recte Angl. Cod. *περί.* Sic Apolog. de Merced. cond. De hoc proverb. *Hesych. Pollux, Casaub.* ad Charact. *Theoph.* Bourd. An conveniens, i. e. *τῷ ποδὶ ἁρμόζουσα;* Guyet. *Περὶ πόδα τῇ ἱστ.*) Ex Angl. W. P. et L. pro vulgato *παρά.* *Casauboni* (ad *Theophr.* Char. p. m. 138.) ulterior emendatio est; nempe *τῇ ἱστορίᾳ.* Certe in Ed. J. cum jota subscripto ultima vox cernitur. Pro Merc. Cond. c. 4. Ratio proverbialis istius locutionis a calceis petita est, de qua idem *Casaubonus* ibid. Solan. Omnino probanda lectio *περὶ πόδα.* Acumen in eo inest, quod narrat non historiae accommodatum genus dicendi, ipsumque adeo exordium, sed historiam ita institutam, ut ea poëticum et fabulosum exordium deceret. *Exordium* est velut pes, cui tanquam calceus accommodetur reliqua inepti scriptoris historia. Gesn. Legit igitur *ἡ ἱστορία.* Sed haud scio, an hoc non sit in verbis. Coacta, meo sensu, explicatio! Rud. Et mihi *Gesnerus* nimium in his verbis quaesiisse videtur. *Ἱστορία* est ipsa inepti istius scriptoris narratio. Jam dicit auctor ironice, egregie illud exordium cum ipsa auctoris historia convenire. Dativum autem *τῇ ἱσρορίᾳ* recte *Reitzius*, auctore *Casaubono* (ad *Theophr.* Char. pag. 49. ed. Fisch. in Comment.) restituit, recteque recentt. Editt. secuti sunt. Et quod *Reitzius* refert in J. vocem *ἱστορία* cum jota subscripto cerni, idem in utraque *Aldina* accidit. Coecam hic admireris, i. e. plus quam summam, Editorum illorum diligentiam et fidem! Cum qua si comparaveris hodiernorum quorundam Criticorum levitatem et audaciam, utros sequi malis, vixdum haereas. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἀχιλλεῖ*) *Homer.* Il. *B*, 216. Solan.

Ibid. *Ἄρχοντα*] Lucium Verum, ut videtur. Wiel.

Pag. 183. l. 3. *Εἰ πρόσθεν* etc.) *Homer.* Iliad. *X*, 158. Solan. Si ipsum *Homeri* versum voluit referre *Lucianus*, sic mutandus erit: *Πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφευγε, δίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων.* Sed quia sensus vulgatae sanus est, et mutatio ni-

mia foret, nihil in textu immuto, allusionem tantum, non recitationem, esse credens. Reitz. Ad nobilem hunc cursum allusisse mihi videtur etiam *Plato* Theaetet. pag. 114. T. II. Bip. Quod autem versus Homerici partem attulit, in eo haud parvam vim esse sentio. Docet enim ita, haud recentem esse observationem, quam objecit historico inepte fingenti, sed jam *Homero* notam. Simul apparebat, quanta levitate Homerum perlegisset is, qui exemplis ex eo petitis sua studebat distinguere. Rud.

Ead. l. 5. *Ὑπὲρ αὑτοῦ τι ἐγκ.*) *Arrianum* imitabatur, qui initio libri de gestis Alexandri se ipsum *μάλα φορτικῶς ἐπαινεῖ.* La Croze. *Αὐτοῦ*, quod in Edd. hic legebatur, in *αὑτοῦ* mutandum esse, bene monuit *Belinus.* Bip. *Αὑτοῦ* jam reperio in B. 1. 3. et A. 2. Una e veteribus meis Editt., A. 1., quam *Reitzius* interdum, non collatis aliis, secutus est, *αὐτοῦ* exhibet. Lehm.

Ead. l. 9. *Φροιμίου*) Ubi in omnibus aliis editionibus, uti et in hac Salmuriensi, recte legatur *ἐπὶ τέλει τοῦ φροιμίου*, soli Amstelaedamensis editionis procuratores dederunt *προοιμίου*, ignari scilicet, Graecos et *προοίμιον* et *φροίμιον* dicere, et *Lucianum* etiam saepe alibi hoc maluisse. Jens. Nihil variationis hic loci notaverat *Solan.* Cum vero *Jensius* dicat, solam *Amst.* legere *προοιμίου*, ipse Edd. contuli, vidique recte hunc observasse, Edd. vett. habere *φροιμίου·* excepta tamen etiam Parisina, quae aeque ac Amst. *προοιμίου* habet: quod quidem non ideo noto, ut eum redarguam in re nullius momenti, sed ut *Graevianam* editionem, alioqui pessime habitam a typographis et correctoribus, hic excusem, quia suum *προοιμίου* ex *Par.* desumere potuere. Rectius autem hic propter consensum, *φροιμίου* edi certum est, idque aeque Graecum esse atque alterum, vid. apud *Aeschyl.* in Agam. p. 213. et in fragm. *Callim. Bentlejanis*, N. CCXXIII. *Τοῦ τε μηθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου.* Reitz.

Ibid. *Διαῤῥήδην καὶ σαφῶς*] Auget hoc hominis absurditatem, qui aperte profitebatur, quod alii callide tegere studebant. Immo vero hic auctor, quum ne speciem quidem veri scripto suo conciliare studeret, in historicis plane non est numerandus, sed iis fabularum scriptoribus adjiciendus, qui rem ex historia petitam suo modo ornant: quales nostra etiam aetate extiterunt. Rud. Hodienum quoque, spatio quinque et viginti annorum ab hac *Rudolphi* adnotatione interjecto. Sed malunt hodie isti, quae est ipsorum ingenua veracitas, poëtis, quam historicis, accenseri. Lehm.

Ead. l. 12. *Αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιὼν*) Non hae voces notant, *simul et caussas, unde id bellum coepisset, commemorando*, ut vertit *Benedictus* plane ex imitatione *Micylli*, (et vix legas *αἴτια ἀρχῆς*, cum sufficiant *αἴτια πολέμου*) sed *caussas simul principio belli aggrediens*, quod satis patet ex ipsis, quae subjiciuntur excerpta verba. Gron.

Ead. l. 13. *Οὐολόγεσος*) Apud *Xiphilinum* scribitur *Οὐολόγαισος*. V. Adr. 264. B. Anton. 269. B. et 270. C. D. et seqq. In nummis *ΒΟΛΑΓΑΣΗΣ* constanter legi, monet me *Jo. Masson.* Vide *Spanhem.* Solan. *Spanhem.* de usu et praestant. num. T. I. p. 461. sq. Rud.

Pag. 184. l. 2. *Ἀρχὴν*) Sic enim incipit historia *Thucydidis*: *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου.* Vides omnia verbotenus ab hoc descripta, praeter ultimam vocem, quae forsan Luciani tempore in Codd. *Thucydidis* eo modo legebatur, quo a Calpurniano scripta est. De *συνέγραψε* pro *ξυνέγραψε Thucydidis*, nimis minutum videatur: promiscue ap. *Lucianum* scribitur, neque adeo mutandum, quamvis sequatur *ξυνισταμένου*. Solan. Venustum hujus loci in eo est, quod ab initio scriptorem hunc laudare videtur; sed deinde, quum ad probationem accedit, rem ponit non solum nullius negotii, verum etiam ineptam. Rud.

Ead. l. 3. *Καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν*) Quid, oro, *χαρίεντα* cum *θυμώδεσι*; et quis ille *θυμὸς* vel animus Atticus, quem offerunt interpretes? Scribe *χαριεστάτην καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀπ.* hoc est, *festivissimum et thymum Atticum spirans.* Est enim allusio ironica ad Hymettia mella, et alibi usus est. Mox recte ab *Jac. Micyllo Πομπηΐου πολίτης* redditur *Pompejopolita*, ut cognoscas, errorem unius *Benedicti* non esse tanti, ut ex eo incrementum capere debuerit alter, quem in hac editione annotatum vides, et auctor dissertationum de praestantia numismat. p. 529. Et an non alter alterum inspexit? Gron.

Ibid. *Θυμοῦ*) *Καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν.* Interpres: *Cum suo nomine principium duxit, ut ille, festivissimum illud principiorum omnium, animumque Atticum spirans.* Inepte animus Atticus tribuitur exordio. *Lucianus* scripsit, *χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν, elegantissimum omnium exordiorum et thymum Atticum redolens,* hoc est, Atticam elegantiam; ut dudum emendandum ostendi in lectionibus *Hesiodeis.* Per-

tinet huc, quod Philostratus minor lib. 11. εἰκόνων de *Pindaro* prodidit: *Αἱ δὲ εἴσω μέλιτται περιεργάζονται τὸ παιδίον, ἐπιβάλλουσαι τὸ μέλι, καὶ τὰ κέντρα ἀνέλκουσαι, δέει τοῦ ἐγχειρήματος. ἐξ Ὑμήττου τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν· καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ. Quae vero intus apes sunt, infantem curant, labris mel infundentes, aculeosque, ne puerum laedant, contrahentes. Ex Hymetto fortasse veniunt, et pinguibus inclytisque Athenis: hoc enim ipsum, puto, Pindaro instillasse;* mel nimirum Hymettium. Graev. (Immo ipsa haec verba. V. not. nostr. ad 599. C. D. *Solan.*) (*Symmach.* Ep. III. ad Auson. Erat quidem illa Achas salibus conspersa et thymo odorata. *Terentian.* de Metr. p. 2437. n. 9. *Hemst.*) Θύμον recte erat in *Par.* sola. In ipso M. prave θυμοῦ. Solan. Non dubitavi, θύμον praeferre vulgatae, quae θυμοῦ habebat, vertebatque *animum Atticum spirans;* quod nihili est, et ex accentu male posito natum. Herbam autem *thymum* Athenis multum in usu fuisse, vid. Scholiast. ad *Aristophan.* Plut. 253. et 283. apud quem priore loco vertitur *cepa*, et pauperum cibus fuisse ab Schol. traditur: altero vero, *thymus.* At herba *thymus*, quam et hodie *thym* vocamus, multum differt ab cepis. *Thymum* herbam descriptam vid. ap. *Dioscor.* L. III. cap. 37. Ubi *Matthiolus* eam et Graece θύμον vocari notat, et figuram addit: de cepis vero ibi nihil. Nec satis expedit differentiam, immo confusionem hanc, *Salmas.* ad Solin. p. 907. Sed cepas forsan ab animosa acrimonia sic vocatas conjicit, et cum *Hesychio* aliisque Lexicographis fatetur, θύμον saepe *cepas* significare, sed radices herbae *thymi* esui ineptas esse. Ego tamen ad herbam fragrantem *thymum* apud *Lucian.* respici censeo, quo cibos condivere ad gustum atque odorem gratiorem, immo acutiorem, seu stimulantem, ac salivam provocantem, adeoque appetitum, ut vocamus, cientem, quo lectoribus similiter movendam legendi cupiditatem designat. Reitz.

Ead. l. 4. *Κρεπέριος*) *Tacit.* An. 14, 5. de alio quidem, sed *Creperejus* ibi scribitur, et sane in M. *Κρεπέρηος* scriptum est. Solan. *Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης*) Inepte vertitur, *Creperius Calpurnius Pompeji civis*, pro *Pompejopolita* vel *Pompejoplitanus. Lucas Holstenius* in notis ad *Steph.* de urbibus in *ΠΟΜΠΗΙΟΝΠΟΛΙΣ.* Almel. Quod *Almelov.* monet, id *Micylli* versio, quam *Parisina* Ed. exhibet, jam habebat. Pro *Πομπηϊύνπολις* autem *Πομπηϊούπολις* reponendum erit in *Almelovenii* nota, quam ita exhibeo, ut in *Graev.* ed. exstat. At posteriore modo scribit *Strabo* L. XII. p. 841. (al. 562.) Error autem *Benedicti* inde ortus, quod in non-

nullis Edd. *Πομπηΐου πολίτης*, disjunctim scriptum, vel duobus tamen accentibus. In *Junt.* vero recte erat, ut dedimus. Reitz. Sic etiam in utraque *Ald.* Vid. *Holsten.* ad *Stephan.* Byz. de urbb. p. 259. b. Lehm.

Ead. l. 5. *Πομπηϊουπολ.*) Duae hujus nominis urbes memorantur: altera in Cilicia, in Paphlagonia altera. De posteriori intelligo. Solan.

Ead. l. 9. *Κερκυραῖον — ῥήτορα*) Armenium oratorem indicare videtur, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Corcyraei apud *Thucydidem* ab Atheniensibus petunt. Vid. *Thucyd.* l. c. et, si lubet, *Pott.* *κερκυραΐα μάστιξ.* 239. Solan. Vid. *Thucyd.* I, 32. adscripserat *Solanus.* Et mox ad v. seq. vid. *Thucyd.* II, 17. Et post tres versus rursum *Thucyd.* II, 48. nempe ad verba: *ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο.* Reitz.

Ead. l. 10. *Νισιβηνοῖς*) Nisibis, prius Antiochia Macedoniae (*Mygdoniae*) dicta, ultra Euphraten sita erat. De hac urbe *Xiphil.* in Traj. 249. et 251. C. et *Spanhem.* 605. Solan. Vid. *Steph.* de urbb. h. v. ibique *Berkel.* et *Holsten.* p. 226. Rud.

Ead. l. 12. *Πελασγικοῦ*) Vid. *Thucyd.* II, 17. qui nefas duxisse Athenienses observat in eo loco quemquam habitare, quem tamen scrupulum necessitas obsidionis exemit. Adde *Plin.* VII, 56. *Paus.* Att. *Plut.* Them. *App.* Mithr. De *μακρ. τειχ.* vid. *Thucyd.* I, 96. 107. II, 13. Solan.

Ead. l. 13. *Λοιμώξαντες*) Vid. infra Alex. c. 36. Reitz.

Ibid. *Ἀπὸ Αἰθιοπίας*) Cur autem ex Aethiopia usque nugator ille petierit, aperiet lectus *Thucydides.* (II, 48.) Apud hunc enim initium pestis illius, ex Aethiopia, quae per Aegyptum grassata, ac Libyam, Persarumque imperium, in Athenienses tandem irruit: quod insulsus hic scriptor secutus, contra fidem historiae ad sua tempora transtulerat. Coepit enim Seleuciae; vid. *Capitol.* in Vero c. 8. et in eum locum *Salmasii* notas; et *Amm. Marcell.* Quae res observata Medico summo hujus aetatis *Richardo Mead* persuasit, pestem esse morbum Africanum, qui aliis in regionibus nunquam nascatur, sed ex Aethiopia ad alias gentes, si res recte investigetur, semper per contagium perlatus inveniatur. Vide librum, quem Anglice *de Peste* edidit, Latine etiam in exterorum gratiam in Hollandia excusum. Solan. Duplici ex parte ridiculam fuisse scriptoris hujus agendi rationem, monuit *Wieland.* Rud. Primum scilicet, quod scriptor iste, quo eleganti descriptione auditores suos caperet, Thucydidea descripserit; tum, quod pestem, qua Romani non minus,

quam hostes eorum, conflictati sunt, tanquam propriam Nisibenorum poenam proposuerit. LEHM.

Pag. 185. l. 1. Ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν) Hoc quid velit, et quam callide a *Luciano* hic additum sit, haud facile intelliget, cui temporis illius historia menti non obversabitur. Non constitit enim illic pestis, quam vanus ille scriptor in hostes Romanorum solos immiserat, sed a Veri exercitu in Occidentem illata, per Italiam, Germaniam, alias credo etiam Europae regiones grassata est, teste *Capitolino* in M. Aurel. c. 13. De ea intellige etiam, quae in Alex. leges c. 36. Credo itaque, cum haec scriberet *Lucianus*, coepisse jam apud Romanos pestem illam; indeque factum, ut sic ironicas gratias Historico illi ageret, qui eam tam caute in Mesopotamiae finibus desiisse fecerat. SOLAN.

Ead. l. 2. Ἀθηναίους) Athenienses urbane admodum vocat, qui revera Romani erant, quia a *Thucydide* omnia mutuabatur fatuus ille, apud quem Athenienses moriebantur. Nemo ergo de emendatione cogitet textum depravatura. SOLAN.

Ead. l. 4. Ἐπιεικῶς) *Valde.* GUYET. V. Schol. ad Gall. c. 23. ubi ἐπιεικεῖς τινας, et Parasit. c. 48. SOLAN. Verum ἐπιεικῶς *Bud.* in Lex. vertit *mediocriter.* Et in *Herodian.* ἐπιεικὴς *mansuetus, placidus,* vertitur a *Boeclero*; vid. ejus Indicem. Qui igitur haec concordant? Concordant eodem modo, ut ἱκανὸς, quod *sufficiens* notat, ac tamen plerumque pro *multo*, immo et quod modum interdum excedit, accipitur. Sic ἐπιεικῶς medio significatu erit, *quod decet, quantum par est*; at si πολὺς accedit, *quam multum* significare, nihil mirum. De ἐπιεικὴς vid. Schol. ad Gall. c. 23. REITZ.

Ead. l. 6. Ἐντρέψας — οὐ δι' αὐτὴν) Locus corruptus. GUYET. Hic deest aliquid. LONGOL. Hic locus asterisco in Ed. J. notatur, ut mutilus, credo: quamquam de asterisco nihil monet editor *Antonius Francinus.* V. Pseudol. Ego certe depravatissimum judico. SOLAN.

Ibid. Τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης) Sane perperam *Benedictus* corrupit sententiam hujus loci, vertendo, ac si omnia *Luciani* essent, *ea, quae sunt ipsius, diceret quispiam, parva et illa, ut ipse dixeris etiam,* quae sunt oppido insipida et insulsa. Contra peccavit *Micyllus*, nimium curiose vel potius inepte exprimendo ea, quae tanquam exempla ex *Thucydide* sumta et passim ab illius temporis scriptoribus infulta *Lucianus* producit, in quibus putat quoque esse has ipsas medias voces, cum eae sint meae Lucianeae. Vertebat enim, *ea, quae sunt ipsius illius,*

dixerit quispiam, ut μικρὰ κἀκεῖνα, hoc est, parva et illa, et ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, *id est, ut etiam ipse dixeris.* Ut debes igitur, intellige, *ista, quae sunt ejus ipsius, dixerit quispiam, parva quoque illa, ut* ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι' αὐτὴν νὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. Quae tria sunt frusta imitationis perversae. Gron.

Ead. l. 7. Ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης) Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας, τὰ αὐτὰ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης. οὐ δι' αὐτὴν νὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. Salmuriensis: *Nam rursus abunde illud suppetit, putare hoc esse Thucydidi similia dicere, si parum reveritus, ea, quae sunt ipsius, diceret quispiam, parva et illa, ut ipse dixeris etiam. Non ob eam caussam per Jovem, et parum abfuit, quin illa praetermiserim.* Ecquid poterat monstrosius? Estne qui intelligat, quid interpres sibi velit. In Graecis verbis nihil est, quod paullo humaniorem moretur. Illorum vero haec est sententia: *Et hoc namque valde frequens nunc est, quod putent Thucydidem egregrie se referre, si paullulum mutatis Thucydideis quis dicat, et illa quidem parva,* ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, hoc est, *ut ipse fatearis. Et ista, per Jovem, parum abest, quin omiserim.* Est hoc genus loquendi, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, *Thucydidi* frequens, quod illi stulti imitatores, servum pecus, saepius inculcabant, aliaque, paucis immutatis, quod et avorum nostrorum memoria in illis, qui Ciceroniani volebant videri, non raro fuit exagitatum ab iis, qui veram Ciceronis imitandi rationem tenebant. Graev. *Quinctilianus* hunc locum explicet. Inst. X. §. 21. *Accidit iis, qui, quidquid apud illos* (summos viros) repererunt, *dicendi legem putant, ut deteriora imitentur (id enim est facilius,) ac se abunde similes putent, si vitia magnorum consequantur.* Rud.

Pag. 186. l. 4. Πλὴν ἀλλὰ μετρ.) Prava versione pervertit interpres omnem horum verborum elegantiam juxta et sensum, πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκὼς, reddens, *verum modestior est hic privatus, qui qualis sit, statim apparuit, atque alteri cuipiam, qui sit gratus, et historiam possit aggredi, materiam subministravit.* Praeterquam quod χαρίεις hic non est *gratus*, sed *doctus, politus*, ut ad hunc locum animadvertit *Graevius* ὁ χαριέστατος, ἦν in hac periodo non *est*, nec *sit*, sed *esset* vel *foret*, vertendum fuit, ut saepe: vide sis, quae supra lib. 1. c. 4. (Lectionum Lucianearum, i. e. ad Timon. c. 9.) nota-

vimus. Caeterum dixerat Noster, inter alios, quos malos viderit historicos, fuisse, qui nudam, sterilem, et exilem corrasisset rerum farraginem, stylo pedestri, humi repente; non secus quam si miles quidam, quae singulis diebus gerantur, annotans, ea composuisset; vel faber, vel lixa castra sequens. *Nisi quod* (sic verto, quae porro Noster ait) *melius modum teneret rudis ille et impolitus, qui statim, qualis esset, cognosci posset, quique impendisset hunc laborem, cum ornandum daturus alii cuipiam polito ac erudito, et ad conscribendam historiam satis docto viro.* Sic locus hic intelligendus, pro vulgato *πεπονηκὼς* ex *Graevii* MS. *προπεπονηκὼς* lecto, verbo huic l. ut recte vir cl. judicat, convenientissimo. Verbum *προπονέω* habet quidem *H. Stephanus,* nempe in Thesauri Appendice; sed qualia ibi multa, nulla auctoritate subnixum: quod mirum, cum non modo hic in MS. verum etiam quater alibi *Lucianus* id usurpet: nimirum in Vitar. Auctione c. 23. in de Gymnasiis c. 9. et 26. f. ac in Rhetorum praeceptis c. 3. Huc pertinet *πρόπονος*, quod ab *Hesychio* exponitur *εὐκρατὴς, εὔφημος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ἀνεμπόδιστος*. Sed perperam in *Hesychio* scribitur *πρόπωνα* pro *πρόπονα*. Jens. *Jensiana* ratio, Imperfectum *ἦν* explicandi, nihil habet, quo commendetur. Neque eam recentiorum Interpretum ullus est secutus. Imo plane indicative haec verba sumenda esse, vel illud, quod modo praecessit, *γυμνὸν* satis ostendit. Nuda erat ejus narratio, omnisque ornatus expers, ita ut facile, qualis esset, agnosci posset auctor idiota. Lehm.

Ead. l. 5. *Χαριέντι*) De illo, qui nudos belli illius commentarios ediderat, perinde ac si nauta aut caupo annotasset, quae in castris essent gesta: *πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς.* Interpres: *Verum modestior est hic privatus, qui qualis sit, statim apparuit, atque alteri cuipiam, qui sit gratus, et historiam possit aggredi, materiam subministravit.* Num ὁ *χαρίεις* est gratus? nugae. *Οἱ χαριέντες* Graecis sunt homines docti, politi, elegantiore doctrina exculti. Sic *οἱ χαριέντες* apud *Aristotelem* frequenter opponuntur *τοῖς πολλοῖς*, plebi, sive indoctis, idiotis. *Οἱ χαριέστατοι τῶν ἰατρῶν* apud *Nostrum* alibi, *doctissimi Medicorum.* Dein pro *πεπονηκὼς* legendum ex Ms. *προπεπονηκὼς*, eleganter. Sic igitur hunc locum verte: *Verum modestior est hic ineruditus scriptor, qui statim, qui sit, ostendit,* (sive, *cur sic scripserit, prodit*) *alii doctiori, et qui par sit historiae scribendae, materiam praebuit.* Quod et *Ciceronem*, in commentario sui consulatus, et *Julium Caesarem*

in commentariis de bello Gallico et civili secutos esse, veteres referunt. *Προπονεῖν* est eleganter in alicujus gratiam laborare, operam alicui rei navare alterius commodo, *Jemand voor arbeiden*, ut eodem modo loquuntur Germani et Belgae: quae notio hujus vocis a Lexicorum scriptoribus non fuit observata. Paullo post Tragicam inscriptionem librorum vocat, plenam tumoris, et fastus, cum quis magnifica nomina sibi et libro imponit. *Τοῦτο μόνον ᾐτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον, ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην, Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν Κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν.* Tragicam inscriptionem vocat, quod suo nomini *Καλλιμόρφου* adjecerit *ἰατροῦ τῆς τῶν Κοντοφόρων ἕκτης*, quia hoc et a veterum consuetudine est alienum, et fastum prae se fert quendam tragicum, hoc est, qualis regibus in Tragoediis tribuitur. Inde illud Satyrici: *Grande Sophocleo bacchatur carmen hiatu.* Sic inferius c. 23. *Καὶ μὴν καὶ ἄλλους ἴδοις ἂν τὰ μὲν προοίμια λαμπρὰ, καὶ τραγικὰ, καὶ ἐς ὑπερβολὴν μακρὰ γράφοντας*, *at vero alios etiam reperias, qui procemia splendida, tragica, et summopere prolixa scribant.* Quid si Lucianus vixisset nostro tempore, et vidisset et inscriptiones librorum portentosas, nihil non grandibus verbis promittentes, et auctorum magnifica nomina, non uno versu contenta, ut miser Callimorphus prae his sit modestissimus, quantum nigri salis illi fuisset perdendum, ad hanc insaniam emendandam? Cum dicit *κοντοφόρων τῆς ἕκτης*, subauditur *τάξεως*, centuriae sextae hastatorum medicus. *Τάξις* est centuria, ut *ordo* apud Latinos. Hinc *ordinis ductor* centurio. *Justin. Ordines nemo, nisi sexagenarius, duxit.* Duae *τάξεις* erant *σύνταγμα*, hoc est, manipulus: *τάξις* non est legio, ut Latinus cepit interpres. GRAEV. *Junt. Χαρίεν-τι*, quod solet saepe, ut paullo supra *ἐν-τρέψας*, et infra, *οὐκ οἶ- δ'* pro *οἶδα*, item *οἶ-α* pro *οἶα.* Nec tamen est suspicio, eam toties unum vocabulum in duo dispescere voluisse. De signific. voc. *χαρίεις*, pro *erudito*, confer infra Mort. Peregr. c. 39. *Εἰ μὲν οὖν ἴδοιμί τινα χαριέντα·* ubi eodem significatu, quem *Graev.* hic ostendit. REITZ. Quae de voce *τραγικώτερον* proposuit *Graevius*, ea *Rudolpho μικρολογία* esse videntur. Vult potius reprehendi istum ob magnificum *ῥήσεως* sonum, qui ad tragicum prope accedat. Haec ratio quid a *Graeviana* differat, non video. Aut si differt, illa melius rem tetigit. Quid sit *tragica* dicendi ratio, discas e Necyomantiae principio, ubi Menippo varia *Euripidea* cum magnifica quadam gravitate (mit vornehmer Steifheit und Abgemessenheit) declamanti tandem Philonides acclamat: *Παῦσαι, μακάριε, τραγ-*

ωδῶν, καὶ λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς. Desiderabat itaque h. l. *Lucianus tituli simplicitatem*, τὸ οὑτωσί πως ἁπλῶς λέγειν. Lehm.

Ead. l. 6. *Προπεπονηκὼς*) G. W. et P. In impr. πεπονηκώς. Solan.

Ead. l. 9. *Ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης*) Interpretantur, *medici hastatorum legionis sextae*; quam quidem interpretationem rejicit ordo, seriesque et positio articulorum, quae omnino alia esse debebat. Tum in Pseudomanti occurrunt voces illae, *στρατιώτας δύο λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον*. Cuperem ex illis scire, quinam ex his accederet ad hastatos? at ibi *Benedictus* ex *Erasmo*, *alterum lancea*, *alterum conto armatum*, non hasta. Quod me attinet, opinarer rectius verti posse ex Inscriptionibus, quas video exstare, *Dianae. T. Fl. Flaccus. praef. alae. Ulp. contariorum*; vel *Dianae. sacravit. T. Fl. Italicus. praef. alae.* 1. *Ulp. contar. c.* X. Sic optime verba Graeca nostri auctoris intelligi possunt, *medici sextae contariorum*, nempe alae. Gron. Malo *legionem* intelligere, donec *Centuriae* cuique Medicum assignatum ostendatur. *Cohortem* tamen alii malunt, quia nullibi *Legionis hastatorum* mentio fit, inter quos vir doctiss. *L. Faye.* Certe *τάγμα* Graecis ejus aetatis et *Luciano* ipsi Legio est, infra c. 31. Solan.

Pag. 187. l. 1. *Ἰητρείην*) Consule *Hippocr.* qui *ἰητρὸς* et *ἰητρείην*, ni fallor, habet. Cum enim insulsus iste a vulgata loquendi consuetudine in hisce recesserit, et ad magistri Hippocratis dialectum se converterit, sic scripsisse, uti Hippocrates scripserat, necesse est; quod et in reliquis vocibus a *Luciano* hic allatis observatur. Noster tamen *ἰητρικὴν*, non *ἰητρείην*, cum Ionice scribit, vocat. Vid. De Dea Syr. c. 18. Solan. Quod *Solanus* non conjecit, sed recte vidit, Ionica dialecto hoc vocab. scribendum, id adeo verum est, ut Ms. ne quidem indigeamus: quare id invitis Edd. recepi. Reitz. Secuti sunt recentiores. Et vere sic jam A. 2. ediderat. Lehm. *Ἰατρικὴ Plut.* de Educ. IX, 5. *ἰάτρευσις Plato* de Republ. II. p. 421. D. Lugd. *Aristot.* Phys. II. t. 14. III. t. 7. *ἰητρείη* enim per se ambiguum. — *Wielandius* cum *Solano* haec ad *Hippocratis* imitationem refert. Sed potuit etiam sequi *Herodotum*. Rud.

Ead. l. 3. *Εἰ δέ με δεῖ*] Plurimum venustatis et irrisionis habet hic locus. Hoc unum breviter dicam: dubitat, *εἰ δέ με δεῖ*· nam *σοφὸς*, ut consentaneum est, in stultis non debebat numerari. Erat tamen. Rud.

Ead. l. 7. *Συνηρώτησε τοὺς ἀναγιγνώσκοντας*) Dialectico cum lectoribus dissertavit; ut eis pauca, *ἀλλὰ συνηρωτημένα*

καὶ συνηγμένα κἀκεῖνα. Sed dialectice interrogata collectaque etiam illa. MARCIL.

Ead. l. 8. *Ὡς μόνῳ τῷ σοφῷ*] Videtur is quidem fuisse *εἷς τῶν ἀπὸ στοᾶς*, qui alibi etiam maxime ludibrio sunt auctori. Varia isti paradoxa jactabant, similem colorem habentia; dialecticae rogationes vero nos in eandem sententiam ducunt. Ceterum bene nobiscum actum videtur, quod vita jam functus est Lucianus. RUD.

Ead. l. 10. *Συνηρώτητο αὐτῷ τὸ πρ.*] Comica irrisio, quae in hac formula latet, contemtum simul significante: vereor, ne vernacula lingua non possit reddi. RUD. Impeditum textus vulgati sensum feliciter expedivit *Gesneri* solertia, qui ita vertit, ut post vocem *προοίμιον* majorem cogitaret distinctionem positam, quae etiam vere in A. 2. posita legitur. Recte itaque textum sic mutavit *Schmiederus.* Praeterea tamen etiam particula *καὶ* ante verba *τὸ τῆς κολακείας* excidisse videtur, ut *Jacobsius* conjecit; qui Vir politissimus etiam verbum *συνηρώτητο* explicat: non tam per *quaestiones,* quam *per syllogismos compositum erat.* De quo quidem verbi *ἐρωτᾶν* usu adire jubemur *Schweighaeuserum* ad *Epictet.* Diss. Tom. II. P. I. p. 509. Unde et in versione id indicare placuit. LEHM.

Ead. l. 11. *Ἐγκώμια φορτικὰ*) Scil. *Lucii Veri,* qui laudibus eximiis tam erat indignus, ut potius graviter esset reprehendendus. Cf. *Wieland.* RUD.

Pag. 188. l. 6. *Ἢ αὐτὸν εἰπεῖν*) Facessat illud *μᾶλλον*, quod *Pell.* intrudit, in aliis Codd. et Edd. autem rectius abest, cum satis per se elliptice intelligi soleat, ut in Evang. *Luc.* XVIII, 14. *κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος.* Ad quae verba plura *L. Bos.* Conf. nos supra ad Dial. pro Laps. c. 12. ubi *μᾶλλον* etiam post *ὅσον* omitti solere notavimus, et forsan pluribus indicabimus infr. ad Gall. c. 18. REITZ. Cf. *Gesner.* ad Jov. Conf. c. 7. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 528. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἀμνημονεῦσαι*) Citatur e *Laërtio* *τὸ ἀμνημονεύειν.* GUYET. *Ἀμνημονεύειν* eodem sensu dixit *Laërt.* quod ego ad *Laërtium* observavi. *Immemoria* similiter pro oblivione usurpavit *Papinianus* l. 44. de acquirenda vel amittenda possessione: *peregre profecturus pecuniam in terra, custodiae causa, condiderat: cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, an desisset pecuniam possidere.* MENAG. *Ἀμνημονεῦσαι* non oblivionem hic significat, ut viro summo visum. Sed verti necessario, uti fecimus, debet. V. De Salt. c. 20. ubi quidem *ἀμνημονέω* est, ut et apud *Thucyd.* III, 40. At hic

apud *Lucianum* eodem modo usurpatum vides ἀμνημονεύω. In W. tamen ἀμνημονῆσαι legitur. Solan. Et unice quidem recte. Vitiosam enim formam esse ἀμνημονεύειν, inter bonae frugi Grammaticos jam constat. Vid. *Schneider.* Lex. h. v. et *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 566. Lehm.

Ead. l. 8. Ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων) Vid. *Herodot.* I, 8. et II, 161. Solan. Pertinebant haec adnotata ad verba ἔδεε γὰρ etc. Vid. *Wesseling.* ad *Herodot.* I, 8. Rud.

Ead. l. 10. Ὀσρόης) De hoc vid. not. *Solani* cap. seq. Reitz.

Ead. l. 11. Ὅμοιος) Ante hanc dictionem est οὐχ in Angl. Cod. mendose. Bourd. Οὐχ ὅμ.) A. et P. In impressis nihil. Forsan scripserat Lucianus, ὡς ὅμ. quod eodem redit, et facile a librario post ὁρᾷς omissum fuerit. Solan. Non ita absurda est lectio Codd. οὐχ inserentium, ut *Bourd.* pronuntiat, potest enim interrogandi more accipi: nam vulgata hiat. Sed malim ὡς ὅμοιος legere, formula in his usitatissima. Reitz. Minime hiat vulgata, sed convenit potius familiari loquendi rationi, qua ὡς omittitur post ὁρᾷς. Sic Charon. c. 7. Ὁρᾷς, ὀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην, et similiter alibi centies. Lehm.

Pag. 189. l. 5. Ἀλεξίκακος] Vox Homerica. Iliad. κ, 20. ubi Schol. ἀποτρεπτικὸς τῶν κακῶν. Rud. In explicando hoc loco in diversas partes abierunt interpretes. *Micyllus* quidem, a vulgari vett. Editionum, eaque ineptissima, lectione et interpunctione hac: — ᾤετο. τὸ δὲ ἐς ἐχθρῶν etc. quam etiam *Schmiederus* repetiit, profectus, ita vertit: *Illud autem in inimicorum capita vertat malorum averruncator Hercules;* tanquam haec imprecatio sit *Luciani.* Melius haud dubie alii verba: ἐς ἐχθρῶν — τρέψειε pro exclamatione habent, frigido illi scriptori tribuenda. Verum neque hi inter se plane consentiunt. Verba enim, καὶ ἰσχυρότατον, ὡς ᾤετο, aut conjungunt cum antecedentibus, ut *Belinus,* qui reddit: — *après avoir décrit avec beaucoup de force et de clarté, du moins à ce qu'il pense;* quae quidem ratio cum *Reitziano* textu congruit, ubi colo post ᾤετο collocato deinceps haec sequuntur: τὸ δὲ, ἐς ἐχθρῶν etc. aut, ut *Gesnerus* et *Wielandius,* ad posteriora referunt, ut *validissimum,* ex ipsius scriptoris istius sententia, cogitandum sit *effatum,* quod statim sequitur. Idque recte, ut mihi quidem videtur. Nam exclamatio Luciani: τοσαύτη ψυχρότης etc. vix aliquem sensum habet, nisi referatur ad *affectatam* illam orationis *vim,* quam iste scriptor inepte in inepta imprecatione quaesivit. Verum sic jam textus ipse paullulum mutetur necesse est: pro colo

post ᾤετο comma restituendum, et pro τὸ δὲ una voce τόδε rescribendum. Et omnia bene habent, clementissima via. Et ipsum Participium ἑρμηνεύσας, alias non sine magna offensione absolute positum, nunc cohaeret cum verbo finito, quod, quum saepissime omitti soleat, facile cogitari potest, ἔλεγε. Lehm.

Ead. l. 8. *Γοργὼν ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ*) Ex initio Iliad. *Λ.* ubi Agamemnonis clypeus sic describitur. Graev. Vid. *Homer.* Il. *Λ*, 36. et *E*, 741. Solan. Quum autem Homerus etiam Achillis arma descripsisset, consentaneum erat quam maxime, id etiam ab historico fieri ἀοιδίμῳ ἐπὶ λόγων δυνάμει. Rud.

Ead. l. 9. *Καὶ ζώνη ἰριοειδὴς*) Angl. ἰροειδής. Bourd. Ms. ἠεροειδὴς, male; vide *Hom.* Il. *Λ.* v. 27. Graev. L. et Ed. J. ἠεροειδὴς, P. ἱεροειδής· corrupte omnes. M. et Edd. reliquae, ut edi curavimus. Solan. Cum propter variationis multitudinem editionum notas admodum perplexe notasset *Solanus*, ipsas denuo consului, et quinque priores sic, ut edidi, habere deprehendi, cumque id firmetur ex *Homero*, Iliad. *Λ*, 27. ubi post memoratos eosdem colores, etiam sequitur, ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἐοικότες, nihil jam moror ceterorum Codd. varietates. Reitz. Ad vocem ὀφθαλμοὶ notat *Rudolphus*: „Talia ne apud Homerum quidem. vid. l. 1.“ Lehm.

Ead. l. 11. *'Αναξυρὶς*) Vid. *Spanh.* 538. qui in nummis ea femoralia exhibet. De his *Brissonius* aliisque passim; vide, si lubet, not. ad *Philostr.* p. 34. Solan.

Ead. l. 13. *'Οσρόου κ.*) Hujus jam supra nomen vidimus cap. 18. Vid. et c. 21. unde patet, ducem eum fuisse exercitus, a quo fusus est Severianus. Nam quod fugientem hic audis, debetur hoc vanitati scriptoris. De coma Parthorum vid. *Spanhem.* 450. Solan. Petitae fortasse fuerunt hae descriptiones, ut etiam sequentia, ubi κιττοῦ, καὶ μυῤῥίνης, καὶ δάφνης fit mentio, e poëtis amatoriis. Haec ipsa fortasse e descriptione Leandri. Rud.

Ibid. *Τίγρητα*) Conf. hoc Dial. c. 30. Solan.

Ead. l. 14. *Κιττοῦ*) *Κιττοῦ, καὶ μυῤῥίνης, καὶ δάφνης, ἐς ταυτὸ συμπεφυκότων.* Interpr. *hedera, myrto, lauroque, quae eodem loco creverant.* Sed voluit haud dubie *Lucianus*, frondes earum arborum se invicem attigisse, implicitas fuisse, et in unum quasi coaluisse. Vitring.

Pag. 190. l. 3. *Γὰρ*) Mallem γοῦν. Solan. Non intellexit scilicet *Solanus* aut particulae γὰρ potestatem, aut harum enuntiationum nexum genuinum. Ceterum ad verba antecedentia ἥδειμέν τι, quae in Ed. *Reitz.* per errorem scrip-

ta sunt ἤδει μέν τι, juste explenda requirebatur particula ἄν, quam post οὐκ excidisse credo; praesertim quum ea a sequenti syllaba facile potuerit absorberi; cf. simile exemplum in Hermot. cap. 29. et quum insuper in lectione Cod. 2954. οὐκ ἂν εὖ satis clara hujus omissionis vestigia appareant. LEHM.

Ead. l. 7. *Νεοπλούτῳ*) Sic supra Tim. c. 5. et non semel alibi. (ex divisione *Solani:* quare suspicor, jam esse cap. 7. vel 8. quod quaesitum irem, si esset tanti.) SOLAN. Est c. 7. ubi de voce *νεόπλουτος* vid. Adnot. LEHM.

Ead. l. 11. *Ταρίχου*) Salsamenta enim, uti et ἔτνος, tenuiorum cibus. Unde proverbium *ταρίχους ἀξιώτερον*, quo usus est *Aristoph.* in Vespis. Vide etiam *Theophr.* Char. π. ἀγροικίας. SOLAN.

Pag. 191. l. 3. *Πρίσκου*) Bellum hic in Armenia gessit, quod captis ab eo Artaxatis an. Christ. 164. confectum est. V. *Capitol.* in M. Aurelio c. 8. Statius Priscus. SOLAN.

Ibid. *Ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ*) Angl. εἴκοσι. BOURD. Ἑπτὰ καὶ εἴκοσι A. G. M. P. et L. In impressis omnibus pro εἴκοσι legebatur ὀκτώ. SOLAN. Mendacium hoc tam ineptum est, ut ad aliam interpretationem facile aliquis adduci possit. In mentem venire potest, non fidei sed sermonis id vitium fuisse, ut etiam antecedens. Nam si ibi ad *αὐτίκα*, quod ex affectatione aliqua addi potuit, non respiciatur; hic vero addantur cogitatione, qui imperatoris seu ducis jussum sequebantur, militum conatus et impetus: facile facti ratio apparebit. Tali modo inepta esset descriptio celeritatis victoriae reportatae. Sed hoc interpretationis beneficium hic male collocaretur. nam quum XXVII tantum clamore solo mortuos esse dicat, caesorum numerum vero postea separatim addat: ab ineptiis istis vix potest liberari scriptor ineptus. RUD.

Ead. l. 4. *Ἐξέθανον*) Procul dubio recte Ms. Angl. et noster, *καὶ ὡς ἐμβοήσαντος μόνον Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τῶν πολεμίων ἀπέθανον*, aut, ut meus liber, *ἐξέθανον*. Sic mox iidem Codices *Κρόνιον*, non *Κρόνον*. Illo enim exprimere Graece voluit *Saturninum*. *Κρόνος* enim non *Saturninus*, sed *Saturnus*. GRAEV. *Ἐξέθανον* praeter Ms. Gr. etiam M. In reliquis *ἀπέθανον*. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἀρχόντων ἐπιστολαῖς*) Quas epistolas intelligat, haud facile dixerit. Sed tum ex phrasi *τῶν ἀρχόντων*, tum ex historia, quae memorat, Lucium Verum, dum bellum illud gerebatur, sedisse Antiochiae, proclive est suspicari de literis Prisci et Cassii ad Imperatorem L. Verum intelli-

gendum esse, quas vulgaverint Imperatores, ut tanta victoria innotesceret. SOLAN.

Ead. l. 6. *Εὐρώπῳ*) Urbs est Mediae, inquit *Palmerius*. In tabulis Geographicis cis Euphratem, in Cyrrhestica ponitur. SOLAN. *Εὔρωπος πόλις Μακεδονίας, — ἔστι καὶ Συρίας ἄλλη· τὸ ἐθνικὸν, Εὐρωπαῖος. Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ἣν Ἰδριάδα ἀπὸ Ἴδριος τοῦ Χρυσάορος* etc. *Steph. Byz.* de Urbib. vid. *Abr. Berkel.* p. 363. sq. RUD.

Ead. l. 7. *Μυριάδας ἑπτὰ*) Cum conjungi etiam possint ad ultimam numerorum classem constituendam *τριάκοντα καὶ ἕξ*, orietur numerus modestior 70236. Sed qui mentiuntur, tales minutias non curant. Mendacia, ut illa Ictorum favorabilia, sunt laxae interpretationis. GESN. Modestiorem numerum elegit *Wieland.* Nimiam tamen modestiam affingit homini mendaci *Belinus*, vertens: *sept mille deux cents trente — six.* Myriadas itaque pro singulis millibus cepit, satis parce. Maximum numerum juxta ac *Gesnerus* praetulerat etiam *Micyllus.* Neque id ego improbaverim. LEHM.

Ead. l. 8. *Ἐννέα*) Angl. οε. BOURD.

Ead. l. 10. *Οὐ μικρὸν ὂν*] Propterea nimirum, quoniam ita fit nominum confusio, et discrepantia. Haud assequor cur *Wielandus* verterit: *Wiewohl es nur eine Kleinigkeit ist.* RUD.

Ibid. *Ὑπὲρ*) Flor. *ὑπό.* BOURD. *Ὑπὸ* M. P. L. et Ed. *Fl.* Reliquae *ὑπέρ.* SOLAN.

Ead. l. 13. *Κρόνον*) Angl. *Κρόνιον.* BOURD. *Κρόνιον* habet etiam P. L. et Ed. J. W. vero *Κρόνειον.* Libellum *de morte Peregrini* amico inscribit, cui hoc nominis erat. Cave putes, hunc fuisse *Saturninum.* Exstat etiam nomen hoc apud *Plutarchum* in Mario. *Frontonem* quod attinet, fuit quidam *Fronto* philosophus, M. Aurelii praeceptor. V. *Xiph.* sub finem M. Antonini, et M. Antoninum ipsum I, 11. Vide etiam *Xiphil.* in Adrian. 265. D. de Corn. Frontone, Jurisconsulto insigni. Sed hi omnes nihil ad historiam illam, ni fallor. SOLAN.

Pag. 192. l. 2. *Σεβηριανοῦ*) Hoc nomen, ut et sequens Osroës, paullo aliter in Alex. c. 27. efferuntur, ita tamen, ut facile eosdem homines agnoscas. Apud *Xiphilinum* (et Nostrum infra) *Σεβηριανός.* In Adrian. 265. A. bis, et B. vide et 268. ubi caedes ejus narratur, cum nonagenarius esset, tantaeque virtutis, ut a Trajano imperio dignus pronuntiatus fuerit. Patrem Luciani fuisse credo. Sed alio in loco (257. A.) aliter idem, nempe *Σερουιανός.* Sed hic a nostro diversus, de quo vide in M. Aur. 270. C. ubi *Σεβηριανὸς*

scribitur; et 'Ἐλέγεια dicitur Armeniae locus, in quo circumventus Romanorum exercitus internecioni totus datus est. M. Σεουηριανὸς ubique. J. Ed. et aliae nonnullae hic et mox iterum Σεβεριανὸς, quae cum deinde Σεβηρ— recte scribant, nos et hic recte scribi curavimus, uti ante nos *B.* 2. et *Benedictus* fecerant. *Severianus* autem hic Gallus dicitur a Nostro Alex. c. 27. Armeniamque invasurus Alexandri oraculum consuluit, quo responso, quove exitu, ibidem disces. Solan.

Ead. l. 3. Ξίφει] Ambiguum est. Nec inde potest disci, utrum a Parthis sit interfectus, an se ipse vita privaverit. Si quis solos legat locos in Alex. c. 27. et *Xiphilino*, is eum putabit a Parthis esse leto datum. Τὸ πάθος ἐκεῖνο πᾶν videtur esse omnis iste casus, omnia, quae Severiano et exercitui acciderunt. Rud. Rectius ob sequentia intelligitur Severiani mors, hujusque, quae forte erant, caussae, vel morbus, vel vulnus, vel inedia etc. ut sensus sit: Imprudenter ille finxit Severianum inedia esse absumtum, quum inter pugnam et mortem ejus trium tantum dierum spatium intercesserit, nimis illud arctum in hunc finem, quum homines fere etiam septem dierum inediam perferre valeant. Magis etiam hic sensus inclarescit, si, duce Cod. 2954., cum *Belino* et *Schmiedero* pro ἐκεῖνο legeris ἐκείνῳ, quod ob majorem syntaxeos facilitatem a librariis in illud mutatum credo. Lehm.

Ead. l. 9. Σεβηριανὸς) Σεβηριανὸς λιμῷ (non λίμῳ, ut est in animadv. *L. Bos*) ἀπόληται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε διὰ τῆς ἑβδόμης. Sensus verborum est: *Severianum intra triduum mortuum fuisse, cum inediam ad septimum usque diem perferant plerique; nisi si quis adstitisse putet Osroën, et exspectasse, donec fame enectus esset Severianus, et propterea eum non produxisse vitam per hebdomada.* Interpres postrema sic reddiderat: *et ob hoc eum per septem dies in aciem non eduxisse.* Verum hoc denotare ἐπάγειν, unde didicerit ille, nescio. Est ἐπάγειν hic absolute positum pro ἐπάγειν τὸν βίον, h. e. *insuper agere vitam, producere vitam*, quemadmodum ἄγειν et διάγειν absolute etiam usurpatur sine voce βίον. Haec in animadvers. p. 63. L. Bos.

Ibid. 'Επήγαγε) Recte quidem *L. Bos* hoc verbum modo exposuit; non tamen est, quod adeo praecise neget, id quoque in aciem educere significare posse: nam ἐπάγω et προσάγω in bellicis expeditionibus frequens, pro *irruo, induco exercitum* in hostem; adeoque non ita longe abludit ab *educere in aciem.* Dixi, credo, de hoc significatu, ex *Arrian.* Exped. I, 1. p. 6. etc. ad Hermot. c. 68. Verum ideo nihilo mi-

nus versio pristina erat absurda; quare eam mutavi. Reitz. Etsi concedendum esse arbitror, sententiam inprimis venustam et Luciano dignam habendam esse, si quis cum *Wielando* h. l. vertat: *Man müsste denn nur sagen wollen: Osroës habe vor ihm gestanden, und gewartet, bis Severianus verhungert seyn würde; und dieser, um ihn nicht so lange warten zu lassen, sey aus Höflichkeit um vier Tage früher Hungers gestorben als sonst gewöhnlich ist:* tamen vereor, ne hoc non sit in verbis. Osroës enim est subjectum, ut dicunt, primarium, ad quod etiam illud ἐπήγαγε est referendum. Si scripsisset auctor: καὶ ὡς διὰ τοῦτο οὗτος οὐκ ἐπήγαγε, libenter hanc explicationem admitterem. Sed ἐπάγειν mihi est: *impetum facere.* Rud. Adsentior *Rudolpho* et *Belino*, qui eandem hanc explicationem contra *Lambertum Bos*, *Reitzium*, *Gesnerum* et se quoque ipsum, in versione contra statuentem, in nota critica, in ultimo Tomo proposita, tuetur. Vim autem *irruendi in hostes* verbo ἐπάγειν inesse posse immerito negavit *L. Bos.* Vid. *Schweighaeus.* Lexic. Polyb. s. h. v. Lehm.

Ead. l. 10. *Διὰ τῆς ἑβδόμης*) Sic apud *Athen.* 301. A. διὰ δωδεκάτης. V. *Casaub.* et II, 15. Solan. Vertunt: *per hebdomada*, aut; *per septem dies;* quum potius e linguae legibus vertendum sit: *post septimum diem;* aut: *septimo quoque die.* Sed sit h. l. numerale ordinale ita positum, ut reliqua antecedentia cardinalia simul includat, ut sensus sit: *sex dies et ne septimum*, aut *ne septimo, quidem:* tamen valde languet hic locus, nisi tanta cum venustate transformetur, ut a *Wielando* factum est; omnino vero, si hae voculae deleantur, nihil ad sententiam absolvendam deerit. Rud. in Praef. Deforet sic sententiae momentum. *Διὰ τῆς ἑβδόμης* est *usque ad septimum diem*, ut διὰ τέλους, *assidue usque ad finem. Plat.* Sophist. Tom. II. pag. 31. *Stallb.* *Παρμενίδης ὁ μέγας παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο.* E *Xenophonte* congessit exempla *Sturz.* Lex. Xenoph. Tom. IV. p. 275. Lehm.

Pag. 193. l. 2. *Ἐλέλιξε*) *Ἐλέλιξε δὲ μηχανή*, et τὸ τεῖχος δὲ πεσὸν μεγάλως ἐδούπησε, ut et sequentia, sunt verba *Homerica.* Graev. Vide Iliad. *Α*, 530. *μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.* Solan.

Ead. l. 3. *Ἐδούπησε*) Voce δοῦπος utitur *Xen.* p. 164, 35. Sed nullibi, credo, verbo, praesertim cum μεγάλως etc. Vox *Homero* familiaris. Il. *Δ*, 504. Et ad quae paullo post sequuntur, conf. eundem Il. *Β*, 210. et *Β*, 3. Solan. Locus *Xenophontis* est in Anab. II, 3, 19. Weisk. Verum et verbum occurrit apud eundem ibid. I, 8, 18. de strepitu armorum

ante pugnam, qua in re solenne esse vocabulum docet *Pollux* I, 163. De muris autem collabentibus insolentius videtur fuisse. Lehm.

Ead. l. 4. Ἔδεσσα) Edessea Arabiae civitas, antea Antiochia dicta, ut scribit *Plin.* V. c. 24. Cogn. Olim Antiochia ad Καλλιῤῥοὴν dicta. V. *Plin.* V, 24. et *Spanh.* 602. Solan. Πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα, ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδόνι. vid. *Steph. Byz.* de Urb. p. 334. ibique *Berkel. Spanhem.* de praestant. et usu numm. T. I. p. 536. Lond. et alibi. Rud.

Ead. l. 7. Δημοτικὰ) M. et P. In reliquis δημωτικά. Solan.

Ead. l. 8. Παρενεβέβυστο) V. locum manifestissimum in Gallo c. 11. ubi vox affinis περιβύω adhibetur. Solan. Infra vero Gall. c. 11. ait, περιβύσαντες ὑπαυχένια. Et supra de Merc. cond. c. 32. συμπαραβύσωσιν. Idem.

Ibid. Ἐπέστειλεν] Male interpres: *epistolavit.* nam illud εὐτελὲς non est in hac voce, qua utitur *Lucian.* infr. cap. 31. et *Herodot.* VI, 3. aliique. Nec valde probabilis, si fas est dicere, *Wielandi* sententia, τὸ εὐτελὲς esse in voce κύριος, Graecorum animo ingenuo, et libertatis amanti non tolerabili; immo in στρατοπεδάρχης. nam quum Lucianus saepissime dicat στρατηγὸς, haec vocula non nisi hoc uno loco legi videtur. Rud. Inter vilia, vel plebeja, vel mendicorum propria, vocabula minime referri potest στρατοπεδάρχης, quod apud *Dionys. Hal.* aeque ac muneris vox στρατοπεδαρχία plus semel occurrit de *tribuno militum*, et hoc *tribunatu.* Adsentior *Wielandio*, Κύριος illiberalius dictum putanti, pro Αὐτοκράτωρ, vel Σεβαστὸς, vel Καῖσαρ. *Gesneri* commentum *epistolavit* retinere placebat, sed correctum. Lehm.

Ead. l. 9. Ἐγχρήζοντα) Castigat scriptorem historiae, qui alibi multa poëtica, alibi plebeja et barbara vocabula suae intexuerat historiae. Inter plebeja etiam est τὰ ἐγχρήζοντα. Sed locus ille sic videtur esse interpungendus et corrigendus: καὶ οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐγχρήζοντα, καὶ ἤδη λελουμένοι περὶ αὐτὰ ἐγίνοντο, *et milites emebant sibi victum, et lauti illis indulgebant.* Ἐγχρήζοντα *Ciceroni* et *Tacito* sunt *utensilia, copiae victui necessariae.* Sed Graecum vocabulum apud nullum bonae notae scriptorem invenias. Paullo ante πτωχικὰ ὀνόματα, non *inopia multa infarta*, ut stulte et sine sententia vertit interpres, sed *mendicis convenientia*, aut, ut *Seneca* loquitur, *verba ad summam caveam spectantia.* Graev. *Graevio* corrigendum videtur περὶ αὐτὰ, quam lectionem sequutus *Wielandus* vertit: *und machten sich, so bald sie sich ge-*

badet hatten, drüber her. *D' Orvillius* vero ad *Charit.* p. 285. scripsit: „Nostram locutionem (*γενέσθαι περὶ τὶ*) non bene perceptam apud *Lucianum* Quom. Hist. Conscr. c. 22. reor: *ὡς δὲ λελουμένοι περὶ αὐτοὺς ἐγίγνοντο.* Vulgo *αὐτοὺς*, et vertitur: *jam loti ad illos aderant.* In quo hic *τὸ εὐτελὲς* contineatur, interpretes non indicant. Puto in verbis non esse, sed in re ipsa; *jam loti se curabant*, vile est in Historia." Nihil definio, sed *D' Orvillii* ratio non placet, quum auctor h. l. non res, sed vocabula reprehendat. Fortasse Lucianum haec formula offendit, alios, ut fit, minus. Rud. Equidem cum *Belino* ingenue fateor non intelligere me, quid sibi velit Lucianus; nisi forte vitium in verbis inest inveteratum, cujus vestigia externa adhuc latent. Lehm.

Pag. 194. l. 4. *Εἴ που*) Infra vero Rhet. c. 6. in *Junt.* legitur *ἦπου τὸν Νεῖλον εἶδες;* quod *Solanus* ex aliis Edd. in *εἴ—που* mutavit, cui obsecuti sumus. Reitz.

Ead. l. 6. *῏Ωδινεν ὄρος*) Paroemiog. Bourd. In fabulis hodiernis *Aesopi* non exstat. Solan. *Horat.* Art. Poët. v. 139. Lehm.

Ead. l. 10. *Συγκεκαττυμένος*) Cf. infr. Epist. Sat. c. 28. Solan.

Ead. l. 11. *Καὶ χοιρίνη περὶ ταῖς κνήμαις*) Mellei profecto interpretes. *Benedictus*, *et tibialia ex corio porcino facta*; male quidem, sed melius tamen, quam *Micyllus*, *et tibialia conchis incrustata aut ex corio porcino facta.* At quis dixit tibialia militum? An ita ignotae sunt ocreae, quas haud dubie nunc intellexit *Lucianus.* Itaque verte, *et ocrea circa tibias ex corio porcino.* Gron. Praeplacet fere alterum, quod habet *Micyllus: conchis incrustata.* Vid. Schol. *Aristoph.* Equit. v. 1329. *χοιρίναι — εἰσὶ δέ τινες κόγχαι θαλασσίαι.* Rud. in Ind. Legendum, *χοίρινα τὰ περὶ ταῖς κνήμαις* secundum *Ald.* 2. in qua tamen mendose *περὶ τὰ κνήμας.* Intelliguntur itaque *κνημίδες χοίριναι*, i. e. *ocreae porcinae.* Lehm.

Ead. l. 12. *῾Ροδίων*) Inter Colossos et statuas ingentes inprimis celebratur Colossus Rhodius pedibus centum et quinque altus. Cogn. Centum is et quinque pedes altus traditur fuisse, sive LXX cubitorum. *Plin.* XXXIV, 7. *Strabo* XIV. pag. 652. C. *Philostr.* Vit. Apollon. V, 7. Vide etiam *Scaligeri* animadv. in *Eusebii* Chron. n. 1794. p. 137. Chares Lyndius Lysippi discipulus fecit, duodecim annorum spatio ad id consumto, anno ante Chr. 278. Annos 56 cum stetisset, terrae motu prostratus est, (anno ante Chr. 222.) nec unquam restitutus. Jacuit ad an. usque Christi DCLXXII. quo capta a Saracenis Rhodo, vaeniit. Post tot detrimenta,

tantum aeris tamen ablatum est, ut DCCCC Cameli eo fuerint onusti, unde calculo inito ultra 700,000 librarum pondo fuisse liquet, Camelo cuique nempe DCCC libris assignatis. Vid. not. nostram ad Ver. Hist. I. c. 18. De terrae motu, quo prostratus est, videndus *Polybius* V. pag. 428. 429. Solan. Conf. infra Icarom. c. 12. τὸν Ῥοδίων Κολοσσὸν ἐθεασάμην. Et sic saepe alibi solet. Quae tamen non adduco, quia et altera lectio bona: hanc tamen, ut Nostro usitatam, praefero. Reitz.

Pag. 195. l. 2. Ἀπροοιμίαστα] Verendum scilicet erat, ne stupidus lector non videret, quae ibi intelligantur ἀκέφαλα σώματα, quare illud egregie quidem cadens, et pervenustum ἀπροοιμίαστα addendum fuit, ut ita quoque *corpora sine procemio* habeantur. Nimirum puto, ἀπροοιμίαστα a Luciano non esse profectum. Rud. in Praef. Ego vero puto, *Rudolphum* nimis esse proclivem ad *Lucianum* amputandum, quantumvis ei adsentiatur Censor Jenensis. Excide verbum ἀπροοιμίαστα, et vide jam, quam bene scilicet sequentia, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων cum antecedentibus nectantur. Imo et haec ipsa nunc excidantur necesse erit. Procul haec abesto a Critico negotio licentia! Lehm.

Ead. l. 3. Ξενοφῶντα) At dubitari a quibusdam audio, an recte *Xenophonti* tribuantur illi commentarii: quorum ego rationem miror, cum et veteres agnoverint, neque quicquam sit, quod repugnet. Adde *Ael.* Var. H. VII, 14. Solan.

Ead. l. 4. Δαρείου καὶ Παρυσ.) Vid. *Xenoph.* Ἀναβ. I. Solan.

Ead. l. 6. Ἐν ἄλλοις δείξομεν] Cf. c. 52. Exordium adest δυνάμει, ubi res statim ab initio narratae, aut in inscriptione modeste promissae, per se jam lectorem docilem et attentum reddunt. Rud.

Ead. l. 7. Ἑρμηνείας] Nemo reprehendat Lucianum, quod parum sibi constare videatur, et de scribendi genere dicat, quamvis supra de stilo negasset se esse dicturum. Nam supra de scribendi genere omnino sermo erat, hoc vero pertinet ad stilum historicum. Rud.

Ead. l. 9. Παρασάγγας) Vox Persica et Arabica. XXX autem stadia valet. Vid. *Herod.* II. p. 57, 2. Solan.

Ead. l. 10. Τίνι τῶν καλῶν ἔοικεν;] De hac phrasi vid. Adnot. ad Nigr. c. 25. Tom. I. p. 287. sq. Lehm.

Ead. l. 11. Σύρῳ] In quorum regione etiam bellum gestum fuit, ut αὐτόπται esse possent. cf. c. 30. Rud.

Ead. l. 12. Ἐπὶ κουρείων) Optime hunc locum ita restituit et vertit *Benedictus* noster, cum antea in omnibus, excep-

ta *Fl.* conjunctim legeretur Ἐπικουρείων. Notum autem est, veteres illos Athenienses in tonstrinis ad confabulandum convenisse frequentes, uti nos nunc in *coffipoliis.* Sic Aristoph. in Pluto p. 338.

Καί τοι λόγος γ' ἦν τὸν Ἡρακλέα, πολὺς
Ἐπὶ τοῖς κουρείοισι τῶν καθημένων.

Ubi diversa quidem phrasis, sed eandem Scholiastes cum Luciano adhibet. Quo quidem in loco miror, doctissimam *Daceriam* maluisse *Terentium* adducere (Ph. 1, 2, 39.) moris illius testem, quam aut *Lucianum*, aut *Theophrastum*, apud quem etiam celebris est in eam rem locus in Char. p. 36. ubi vide *Casaub.* notas p. 243. Add. *Plutarch.* 1273. qui a *Theophrasto* ἄοινα συμπόσια dictitari ait solita, et 903, 2. Vide etiam *Diog. Laërt.* in Pittaco pag. 19. D. W. τῷ Ἐπικουρίῳ. SOLAN. Vid. etiam *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 275. RUD.

Ead. l. 14. Εὔρωπος) Vid. supra cap. 20. et infra c. 28. SOLAN.

Pag. 196. l. 1. Σαμόσατα) Recte igitur in titulo Samosatensis dicitur. At non recte in plerisque, si non omnibus, tabulis nostris geographicis, ad Euphratis ripam ipsam ponuntur Samosata. SOLAN. Πόλις Κομμαγηνῆς ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, ὁ πολίτης Σαμοσατεύς. Vid. *Steph.* de Urb. et *Holsten.* attulit nummum Samosatensem, in quo Adriani nomen erat scriptum. RUD.

Ibid. Αὐτὸς ἐν — γενναῖος] Totus hic locus plenus venustae irrisionis. Voculas auctor ita elegit, ut temeritatem istius hominis egregie pingant. In singulis quaedam vis, expositioni inserviens. RUD.

Ead. l. 2. Μετέθηκεν) Ad h. l. haec notat *La Croze:* Complura ejusmodi in antiquis inveniri par est, quibus hodie conciliandis operam et oleum perdunt οἱ καλοὶ κριτικοί. REITZ.

Ead. l. 4. Ἐν χρῷ) Confer supra Zeux. c. 6. f. et saepe alibi. SOLAN.

Ead. l. 5. Τὸ δὲ καὶ] Hunc locum, ad finem usque capitis, mallem abesse. Satis jam salis in isto homine erat consumtum, ut hoc additamento, mihi molesto, non opus fuisset. RUD. De gustu non est disputandum. LEHM.

Ead. l. 8. Νὴ Δία κἀκεῖνο κομιδῇ πιθανὸν περὶ τοῦ Σεβηριανοῦ ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπεν ἐπομοσάμενος, ἦ μὴν ἀκοῦσαί τινος τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαφυγόντων) Salmuriensis: *Quin et illud per Jovem admodum credibile idem dixit de Severiano, apposito juramento, quod audivisset ex aliquo eorum, qui ex eo ipso opere aufugerant.* Nihil dicam de voce barbara in versione

juramento, pro quo Latini dicunt *jure jurando*. Ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου, non est *ex ipso opere*, sed *ex illo ipso proelio*. *Thucydid*. lib. 3. et *Lucianus* in hoc ipso libello c. 29. ἐν τῷ ἔργῳ, *in ipso proelio*. Saepe ἔργον κατ' ἐξοχὴν *proelium*, *bellum* notat. Τρωϊκὸν ἔργον *Arriano* est *Trojanum bellum*. Et sic accipiendum in illo notissimo versu *Homeri*: Μύθων ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων, *verborum oratorem esse, actoremque rerum*. Phoenicem ait Achillem docuisse pacis et belli artes, ut disertus esset in concionibus, rebus vero gerendis strenuus, et manu fortis. Apud eundem πολλὰ ἐοργὼς est fortis, strenuus:

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ τε πολλὰ ἐοργώς.

Occidit tam ignavus, quam fortis. Iliad. Ψ. cum Patroclum sepeliissent, λαοὶ δ' ἐπὶ ἔργα τράπωνται. *Eustathius*, δηλαδὴ τοῦ πολέμου. ὥς που φησὶ μέγα ἔργον ἄρηος. Sic Latinis *res gerere*. *Horat*.

Res gerere et victos ostendere civibus hostes
Attingit solium Jovis.

Graev.

Ead. l. 9. Ἐπομοσάμενος) Sic supra Hermot. c. 67. Sed ἐξομοσάμενος, Apol. pro Merced. cond. c. 6. Solan. Equidem scriptorem istum non tam mendacii, quam levitatis, accusarem. Facile fieri potuit, ut homo quidam lepidus, curiosum eum et credulum esse sentiens, hisce ineptiis audiendi cupiditatem ejus expleret. Ceterum cf. c. 14. εἰ ἀστεῖον ἦν etc. Rud.

Ead. l. 14. Ἐκπώματα ὑαλᾶ] De poculis vitreis disserit *Stuckius* Antiqu. Convival. Lib. III. c. 12. quem laudavit *Seber*. ad *Polluc*. VI, 100. p. 625. Rud.

Pag. 197. l. 3. Οὐ ξιφίδιον) Honestius nempe id mortis genus, praecipue militaribus viris, habebatur. V. *Tac*. An. XV, 67. et *Lipsii* notam. *Eur*. Ἑλ. p. 626. A. σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν. Solan. Vid. ad *Eurip*. locum v. 308. *Jos. Barnes*. Rud.

Ead. l. 5. Θουκυδίδης) Vid. *Thucyd*. II. c. 34. Solan. Ἐπιτάφιόν τινα, sc. λόγον. *Thucyd*. II, 34 — 36. Separatim edita est haec oratio, una cum *Platonis* Menexeno, a *Gottlebero* Lips. ap. Schwickert 1782. 8. Habet orationem Pericles, sed *Gottleb*. annotavit: *Hanc orationem aliis verbis a Pericle conceptam fuisse, e charactere dicendi, qui Thucydidis est, apparet*. Rud.

Ead. l. 6. Τοῦ πολέμου ἐκείνοις νεκροῖς) Ἐκείνου *v*. Marcil. Ἐκείνου W. et L. uti acute conjecerat *Marcilius*. In reliquis ἐκείνοις. Solan.

Ead. l. 7. *Οὐδὲν αἴτιον — Θουκυδίδην*) Lectio marginis *Aldinae* primo intuitu blanditur, quia *αἴτιος* fere ubique cum genitivo construitur. Verum et accusativus recte se habet: est enim ellips. praepos. *διὰ* vel *κατὰ*, et significat, *Thucydidem nihil culpabilem*, i. e. *propter nullam rem*. Sic *οὐδέ τι αἴτιος* ex *Homer.* et *οὐδὲν αἰτίους* ex *Herod.* dudum protulit *Steph.* in Thes. quare plura non addam. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἅμιλλα*] Ita loquitur de hac aemulatione et imitandi studio, ac si tali modo Thucydidi fiat injuria. Quae autem sequuntur, *τὸν οὐδὲν αἴτιον* etc. magis fortasse placebunt semel lecta, quam diligentius excussa. Rud.

Ead. l. 9. *Θάψας — Σεβηρ.*) Smyrnae sepultus est; v. *Dion.* LXXI. p. 802. B. coll. cum *Aristid.* Or. II, 13. p. 295. teste *Wottono*, qui *Dacerium* ea de re in partes vocat p. 169. Vitae M. Aurelii, quam Anglice cum notis edidit. Locus autem *Thucydidis*, quem Noster hic respicit, exstat lib. II. Solan. Etiam haec vocula videtur ad risum composita, declarans hoc quidem loco, fictum fuisse illud funus. Nemini vero non placebit expositio Luciani, qui haec exhibet ut aguntur, non ut acta sunt. Rud.

Ead. l. 12. *Ὑπὸ τοῦ γέλωτος*] Eleganter postposita est caussa lacrymarum, minus efficit haec *ῥῆσις* in animo, si quis eas voculas ante *δακρύσαι* ponat. Periret *ἀπάτη* lectorum licita pariter ac jucunda. Rud.

Pag. 198. l. 1. *Αἰάντειον*] Vide *Sophocl.* in fine *Αἴαντος Μαστιγοφόρου*. Rud. Cf. *Lucian.* Diall. Mortt. XXIX. Lehm.

Ead. l. 7. *Κατεγίγνωσκον — ᾐτιασάμην*] Iterum *ἀπάτη* lectorum, postea etiam seriam rem exspectantium, quum serio dicere coepisset.

Ead. l. 8. *Λοπάδων*) Flor. *λοπαδίων*. Bourd.

Ead. l. 12. *Ὀλίγων ὅμως ἐπιμνησθεὶς*] Videtur quidem Lucianus ad alteram dissertationis partem transire, sed quae deinceps sequuntur, aliter nos jubent decernere; pergit enim in reprehendendis historicorum ineptiis usque ad c. 33. Ut autem concedendum est, auctorem, si novam dissertationem jam ut deinceps secuturam annuntiasset, negligentissime scripsisse, ita mihi hoc loco videtur laude haud exigua dignus. Non erat adeo hebes Lucianus, quin videret, continuam aliorum reprehensionem et irrisionem lectoribus fore molestam: praevidit animo, quod accidit vere, quum homo ad capitis antecedentis vocabulum *θάψας* adscriberet: *Παῦου, ταλαίπωρε, ἱκανῶς σοι πέπαισται. μέχρι πόσου διαγελάσεις τοὺς καταράτους*; Itaque his vocibus veniam, ge-

nio indulgendi et irridendi, a lectoribus studuit impetrare. ἐπιμνησθεὶς autem, et omnino aor. 1. sequente Futuro, explicandus est per Futurum exactum. Quae quum ita sint, lectionem ἀπεκτείνατε in *Platon.* Apol. Socr. c. 30. n. 2. quae est in Bas. 2. non ineptam judicarem; praesertim quum ea illud οἵ et reliqua videatur peperisse. Rud. Scripta haec sunt contra *Wielandium*, qui reprehendit nostrum, quod non certo ordine rem pertractasset. Manifesto autem ille non intellexerat vim Participii Aoristi, quam *Rudolphus* recte explicat. Eadem fere ratione *Guil. Langius* et *Schmiederus* auctorem defendunt; praeterquam quod minus prudenter ad ἐπιμνησθεὶς cogitari jubent πρὶν vel πρότερον. Nam ne tironibus quidem talis praeceptio vere fuerit utilis. Lehm.

Pag. 199. l. 3. *Τοῦ Διὸς τοῦ ἐν᾽ Ὀλυμπίᾳ*) De qua statua videndus omnino *Pausan.* El. p. 156. et seqq. Inter orbis miracula inprimis recensetur. Solan.

Ibid. Τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον) Sic Nostro cum Atticis perpetuum esse τοιοῦτον pro τοιοῦτο, non opus ut hic rursum dicatur. Utrumque autem adjectivum et alibi conjungere amat, quod *Solanus* jam ante monuit. Addo igitur hic tantum *Long.* Past. L. II. pag. 63. ed. *Wech.* τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παθόντες, cujus stilus cum Nostri omnium optime convenit. *Τοιοῦτον κάλλος* pro τοιοῦτο, idem IV, 120. ed. *Moll.* Reitz.

Ead. l. 5. *᾽Εξηγοῖτο*) Sicut ἐπαινοῖ, sic et ἐξηγοῖτο legendum. Graev. *Graevii* emendationem confirmant Codd. W. et L. Solan.

Ead. l. 6. *Καὶ τῆς κρηπῖδος τὸ εὔρυθμον*) *Benedictus, et crepidae concinnitatem.* An credimus? Certe, si qua fides nummo, cui insculptus universus ille Jupiter, plane fuit nudipes sine ullo pedum tegumento. Et quis foret iste narrandi contextus, ut primo totum κάλλος Jovis produxerit, in quo et omnia corpori adfixa continentur, tum discedat ad ὑποπόδιον, nunc aberret ad crepidas? Certe *Micyllus crepidinis concinnitatem*, quem praefero. Gron. Recte κρηπῖδα hic *crepidinem Micyllus*, nos *basin*, notiore aliquantum verbo, reddidimus. *Salmuriensis* tamen, qui *crepidam* hic maluit, nescio an recte ex eo refutetur, quod nudos pedes habet in nummis Jupiter Olympius. *Pausanias* certe Eliac. I. p. 306, 12. χρυσοῦ ὑποδήματα illi tribuit. Idem p. 307. eam, quae hic κρηπὶς vocatur, βάθρον τοῦ θρόνου nominat; ὑποπόδιον autem *Luciani* ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς ποσὶν appellat, additque ab Atticis θρανίον vocari. Gesn. Equidem dubius sum, quam hic sequar explicationem; quotiescunque tamen voculam de calceo adhibitam annotavi, semper pluralis adhi-

bitus est; parum igitur abest; quin βάθρον τὸ θρόνον ἀνέχον intelligam. Rud. In ipso *Luciano* nostro aliquoties κρηπὶς de calceo occurrit singulari numero, ut Catapl. c. 15. ubi in Adnot. Tom. III. p. 614. plura alia loca in alium finem congessi. Jam quum in *Pausaniae* descriptione L. V. c. 11. clarissime commemorentur *aurei calcei*, χρυσοῦ ὑποδήματα, neque ii, qui de templo et statua Jovis Olympii accuratius exposuerunt, *L. Volkel.* in libro: Ueber den grossen Tempel und die Statue des Jupiters zu Olympia. Lips. 1794. p. 106. et 164. et *J. Ph. Siebenkees* in libro ejusdem ferme tituli, edito Norimb. 1795. pag. 64. calceos istos in gratiam nummi, quem *Gronovius* laudat, in dubitationem vocaverint: non video, quid *Wielandio* opponi possit, h. l. κρηπὶς de calceis explicanti; quamquam idem *Wielandius* nimium quaesiisse videtur, quum fingit *Lucianum* fortasse ipsum quoque *Pausaniam*, ut jejunum portentosae illius statuae enarratorem, his verbis petiisse. Saltem non ad verba reprehensio *Luciani* cum Pausaniae descriptione congruit. Lehm.

Ead. l. 7. *Διεξιὼν*) Ita M. etiam; sed non a prima manu, videturque prius fuisse διεξίοι, quod magis arridet. Solan.

Ead. l. 9. *Μέτρα — ἀναλωκότος*) Non caussidici nempe soli ad clepsydras dicebant: factitabant id etiam Luciani aetate Rhetores, seu Sophistae. Cujus rei insigne testimonium exstat apud *Philostratum* in Adriano Sophista: τῶν τοῦ Ἡρώδου ἀκροατῶν δέκα οἱ ἀρετῆς (l. ἄριστοι) ἀξιούμενοι ἐπεσιτίζοντο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει κλέψυδραν ξυμμεμετρημένην εἰς ἑκατὸν ἔπη, ἃ διῄει ἀποτάδην ὁ Ἡρώδης etc. ubi ἔπη, ut et hic, *versum* seu *lineam*, quam nunc dicimus, significat. Versum eodem sensu et usurpant Latini: *Corn. Nepos* in Epam. c. 4. et *Lact.* II, 8. Ἀναλωκότος autem ex W. et P. est, pro quo in reliquis ἀνηλ— legitur. Solan. De hac forma vide not. ad Hermot. c. 83. Lehm.

Ibid. Ἀνηλωκότος) Flor. ἀναλωκότα. Bourd.

Pag. 200. l. 2. *Ἐς τὴν Μαύρων*) Anglic. ἐς τὸν Μαῦρον. Bourd. Vulgatam, quam *J. H. Ald.* et Par. servant, et hic servasse par erat, non solum quia sic frequenter solet per ellipsin γῇ vel χώρα, intelligi, sed quia ipsum γῆν mox sequitur. Reitz.

Ead. l. 5. *Μαυρουσίᾳ*] *Μαυριτανίαι δύο· ἡ μὲν Τιγγιτάνη, ἡ δὲ Καισαρεία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. — Μαυρούσιοι, καὶ Μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης, ὡς Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Μαυρούσιος. τὸ θηλυκὸν, Μαυρουσίς.* *Steph.* de Urb. pag. 541. ibique vid. *Berkel.* Rud. Cf. *Strab.* XVII, 2. sq. Lehm.

Ead. l. 8. Ἐν Εὐρώπῳ) Supra ἐπ' Εὐρώπῳ dixit initio hujus cap. 28. et infra iterum versus ejusdem capitis finem. Solan. Confer omnino mox c. 38. ubi ἐν Ὀλύνθῳ eodem modo. Id est *ad* vel *prope*, non plane *in* ipsa urbe *Europo*. *Aelian.* V. H. I, 25. ἐν Πλαταιαῖς, *ad Plataeas*; ibid. ἐν Μυκάλῃ, *ad Mycalen*. Ad quae verba *Periz.* duo alia similia adducit, et, Latinos interdum eodem modo loqui, docet. Ita quoque ἐπὶ νηυσὶ, pro *apud*, *juxta naves*, *Homero* usitatissimum, ut Iliad. *E*, 791. Νῦν δ' ἕκαθεν πόλιος, κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ μάχονται, *Nunc vero procul ab urbe cavas apud naves pugnant*. Et *B*, 4. Rursum *E*, 36. — καθεῖσεν ἐπ' ἠϊόεντι Σκαμάνδρῳ, *sedere fecit* ad *herbosum Scamandrum*, non, *in* ipsum fluvium. Ibid. 598. Στήῃ ἐπ' ὠκυρόῳ ποταμῷ, *steterit ad rapidum fluvium*. Iliad. *A*, 423. Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκέανον μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας Χθιζὸς ἔβη. Immo et εἴσω, quod alias *intro* signif. pro *usque*, *ad*, eidem usurpatur Il. *A*, 71. Et εἰς Ἴλιον recte vertitur *ad* Trojam, Il. *E*, 210. Ut innumera ejusdem similia omittam. Reitz.

Ead. l. 9. Ἐπελάσεις) Ex Ms. scribend. καὶ ὁ θαμμαστὸς συγγραφεὺς, ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῳ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπελάσεις, καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας. *Et divinus ille scriptor praetermisit tantas ad Europum strages, et impressiones, et foedera necessaria*. In vulgatis ἐπελεύσεις. Sed ἐπελαύνειν est, *impressionem facio, incurro*: ut statim c. 29. καὶ πόῤῥωθεν ἐπελαυνόντων δέος ἐμποιεῖν, et procul *advenientibus terrorem incutere*; et c. 31. f. ἢ πῶς δέξονται τῶν ἐλεφάντων ἐπέλασιν, *quomodo elephantorum incursus excipient*. Graev. Adde c. 31. C. Navig. c. 36. Exstat etiam in W. P. et L. quod autem in vulgatis est ἐπελεύσεις, pravum est. Solan.

Ead. l. 11. Σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον) Σκάρους παμμεγέθεις καὶ πολλοῦ ἀξίους ὠ. Marcil. Vulgo legitur, ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον. Non video, quin recte legatur. *Marcilius* legit, Σκάρους παμμεγέθεις καὶ πολλοῦ ἀξίους ὠνούμενον· nec dat caussam. Quidni autem scari illi, licet παμμεγέθεις, potuerunt aeque vili, ac magno pretio constitisse? Adde, quod est non inepta antithesis παμμεγέθεις et ἀξίους. Interpres Latinus totam vocem ἀξίους vertere insuper habuit. Volunt autem verba, *videns Malchionem Syrum in Caesarea, scaros ingentes, bene*, sive *vili pretio ementem*. *Aristophanes* in Equitib. v. 642. (651. Inv.)

Οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.

Ibi Graecus interpres, et ex eo *Suidas*, Ἀξιωτέρας, εὐωνοτέρας, τῆς ἀξίας τιμῆς. Ἄξιον παρ' Ἀττικοῖς τὸ εὔωνον. Quae

verba Graeci interpretis non potuerunt tamen docere Latinum interpretem, versum illum Aristophanicum melius reddere, quam, *haud quaquam ego pretiosiores vidi apuas*, cum debuerit *viliores*. Melius tamen sapit, versum 669. (678. Inv.) *Ἤισθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας*, reddens, *apuas vilis pretii.* Jens. Non modo *Benedictus*, sed et *Micyllus ἀξίους* omisit: unde fere conjicio, neutrum id verbi intellexisse, cujus significationem illud *Marcilii* scholion quoque non recte tradit. Recte *Jensius viles* vertit: nam praeter *Aristoph.* quem laudat, etiam sic *Theophr.* Char. de garrul. p. 11. ed. *Casaub.* vel p. 16. ed. *Needham.* *ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ.* Reitz.

Ibid. *Καισαρείᾳ*] Haec fuit metropolis Mauritaniae Caesariensis. Cf. *Wieland.* Rud. Scilicet olim Iol vocata, nomen Caesareae accepit, quum Juba ab Augusto Caesare regnum Mauritaniae dono accepisset. Vid. *Strab.* XVII, 7. et *Pompon. Mel.* I, 6. De scaris piscibus adiri *Rudolphus* jubet *Aristot.* de histor. anim. II, 13. III, ult. VIII, 2. de Part. Anim. III, 1. alibi. Lehm.

Pag. 201. l. 6. *Γελοιότερα*) Cum Edd. legerent *ἀναγκαιότερα*, prorsus contra mentem *Luciani*, nec quidquam variationis notet *Solanus*, ego, quod in marg. *Ald.* 1. *Wess.* inveni, lubens accepi, et res ipsa clamat, sic legendum: quare nemo hujus correctionis ergo me redarguet, quam adeo necessariam ipse videbit. Nimis enim intolerabile erat, *hoc praetermitto, quia magis necessarium est:* et miror, nemini hoc suspectum fuisse. Reitz. Vulgatum *ἀναγκαιότερα* ironice dictum, adeoque male mutatum esse a *Reitzio*, recte adnotat. *Belinus.* Bip. Nihilominus retinuerunt *Bipp.* quod rejecerant. Prudentius *Rud.* et *Schm.* restituerunt veterem lectionem, *Reitzio* plane non intellectam. Codices autem *ἀναγκ.* exhibere, facile, nec temere, ex silentio Editorum colligi potest. Diserte autem traditur, Gorl. ita habere. Lehm.

Ead. l. 8. *Μαῦρος*) Vid. *Homer.* Il. *H*, 299. Solan. *Tibicinam* illam a male feriato scriptore ad imitationem *Xenophontei* Symposii fuisse introductam, animadvertit *A. G. Langius*, Philologus Portensis, in Ill. *Beckii* Actis Seminarii Regii et Societatis philol. Lips. Vol. II. Part. I. p. 175. Lehm.

Ead. l. 10. *Κεφάλαια*) Sic supra Char. cap. 2. Et Pisc. cap. 14. Solan.

Ead. l. 11. *Ἀκάνθας*) Respexisse credas versus a *Plat.* (*Plutarch.*) *Συμπ.* I, 4. et *Athen.* III, 97. D. laudatos:

Ὡς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν Ὄνωνιν
Φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Sic enim etiam *Athenaeus* inducit, τὰς ἀκάνθας συνάγων etc. Solan.

Ead. l. 13. Μάλα καὶ οὗτος γελοῖος] Haec *Wielandius* in versione omisit, notula adjecta, quae sane docuit, sapientius et elegantius acturum fuisse *Lucianum*, si et ipse addidisset. Rud.

Ead. l. 14. Κεγχρεῶν) Angl. Κεγχριέων. Bourd. Ad verba, οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας, *Bourdelotius* ex MS. Angl. notat Κεγχριέων. Sed ita, ut vulgatus est, locum hunc ex Nostro adfert *Th. Magister*, ubi probat, Κεγχρέας et Κεγχρείας fuisse dictum utroque modo. Jens. Κεγχρειῶν scribitur apud *Thucyd.* VIII, 20. et 23. et alios. Cum A. facit et P. In W. Κεγχρειῶν. LXX stadiis a Corintho distans portus et vicus *Strab.* VIII. p. m. 263. A. Hinc et Navig. c. 23. scripturam hanc secuti sumus. In Ed. *Steph. Xen.* p. 307, 43. scribitur Κεγχρέαι. Solan. Vid. *Wass.* ad *Thucyd.* VIII, 10. et Commentatt. ad *Moer.* p. 330. Lehm.

Pag. 202. l. 2. Ὦτα ὀφθαλμῶν) Idem de domo et de saltatione, et saepius alibi, habet a Thurio oratore. *Julian.* Imperat. Ep. ὁ Θούριος ὦτα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. Bourd. Sic infra De Salt. c. 78. Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμενα πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ. De Dom. c. 20. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἔοντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Vid. igitur *Herodot.* I, 8. In nota autem *Bourd.* post verba *Julian.* Imperat. Epist. adde: ad Leontinum, ὁ λογοποιός. Solan. Non ab oratore haec, sed ab *Historiae parente* mutuatus erat ille tenebrio. Vid. *Herod.* I, 8. p. 3. in verbis Candaulis ad Gygen, et Nostrum De Salt. cap. 78. et Dom. cap. 19. Quid ergo fiet, inquies, *Thurio Bourdelotii* et *Juliani oratore*? Sic accipe. *Herodotum* voluit *Julianus*, cum Θούριον λογοποιὸν dixit, quippe qui traditur Thuriis in Italia historiam conscripsisse. (V. *Plin.* XII, 4. et *Plutarch.* 1073, 2.) Hoc cum aut nesciret *Bourdelotius*, aut crucem Grammaticis fixam hanc vellet, *Thurium* nobis *oratorem* pro *Herodoto* finxit. Ipse quidem *Lucianus* λογοποιὸν appellat *Herodotum*, 411. f. (i. e. Macrob. c. 10.) Sed *scriptorem* recte verteris, non *oratorem*. An autem Thuriis scripta fuerit ab *Herodoto* historia, alibi quaesitum est a nobis Nota ad Herodot. c. 1. Idem. Thurium oratorem vocat *Bourd.* At quis est Thurius ille orator? Nescivit *Bourdelotius*, *Herodotum* ita vocari ab antiquis. Illius sunt haec verba L. 1. c. 8. La Croze.

Ead. l. 3. Ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη — παμμεγέθεις εἶναι) Inepte interpres pristinus, (ait *L. Bos* Obs. Crit. p. 52.) deceptus prava distinctione: *ut diceret, Parthorum dracones (signum autem hoc multitudinis est ipsis, mille enim dracones vivos draco producit) ingentes esse, et in Perside generari.* Tu distingue, ὥστε etc. ita ut parenthesis, quae post δράκοντας erat, post ἄγει constituatur. Cetera hic non repetemus, quia *Gesnerus Bossii* distinctionem in sua versione jam est secutus. Adleverat etiam *M. V. la Croze*, pessime haec versa esse, sed non correxerat. Reitz.

Ead. l. 5. Ζῶντας δράκ.) Sic distinguendum, ut fecimus; nisi insulsissime *Luciano*, quae tenebrionis illius propria sunt, quem salse perstringit, affingere velis. Quod incaute nimis ab interpretibus Latinis, Gallico ipso, emunctae tamen naris viro, aliisque et omnibus libris factum est; ut mirari subeat, monstrum hoc a nemine post renatas literas fuisse animadversum. Ex versione nostra patebit sensus hujus loci manifestissimus; et simul quanta manus Parthorum fuerit, quam ducebat hoc signum; quod alibi forsan frustra quaesieris. De signo Draconum, quod Scythis etiam usitatum fuisse testatur *Suidas*. Apud Romanos, qui mos sub Marco nondum invaluerat, neque hic dicendi locus est, et res a viris doctissimis ex *Vegetio, Ammiano, Claudiano*, aliisque jam illustrata. Vide *Lips.* de mil. Rom. 4. De fabulosis autem draconibus legas, si lubet, *Philostrat.* in Vita Apollonii lib. III. p. 98. qui, eos 30 cubitorum longitudine et amplius fuisse, tradit; et adeo celeres et infestos, ut eorum dentes unguesve ne pernicissimus quidem effugere valuerit, qui semel in conspectum venerit. Addas etiam *Curt.* licet, qui (l. VI. c. 4.) mare Caspium ingentis magnitudinis serpentes alere ait. Vid. *Bochartum* Hieroz. P. II. lib. III. c. 13. Persarum autem antiquiorum, ut id obiter moneam, aquila signum erat. Vid. *Xen.* Cyrop. VII. p. 102, 16. Alludit autem ineptus ille historicus ad historiam, quam narrat *Polyaenus*, et tangit *Galenus* de Theriaca p. 460. Ed. Gr. Bas. *Spanhemio* laudatus p. 224. Solan. Caeterum notandus est ordo, quem in narrando sequutus est *Lucianus*, quo fit, ut lectori absurda fictio, e male intellecto vocabulo orta, statim plane appareat, quum alioquin fortasse solummodo ineptum mendacium vidisset, et locum relegere debuisset. Rud.

Ead. l. 11. Περιπειραθέντων) Γρ^αι. περισπειραθέντων. Sic *Plut.* Guyet. Legendum περισπειραθέντων. Sic *Plutarchus.* Menag. De alio inepto historiarum scriptore, qui dracones, signa militaria Parthorum, tradiderat fuisse ingentes

serpentes vivos perticis alligatos, qui in proelio in hostes immissi magnam stragem ediderint: Ἀμέλει πολλοὺς τῶν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι, καὶ ἄλλους περιπειραθέντων αὐτοῖς ἀποπνιγῆναι, καὶ συγκλασθῆναι. Interpres: *Nimirum multos nostrorum ita devoratos esse, alios vero ipsis transfixos fuisse, necatos, et confractos.* Quid est *alios ipsis transfixos?* scribe: καὶ ἄλλους περισπειρασθέντων αὐτῶν, *alios fuisse spiris involutos, et sic ab ipsis elisos, et contritos.* Περισπειρασθῆναι *Virgilio* est *spiris ligari:*

— — *Tela ferentem*
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus.

Graev. *Περισπειραθέντων*) Ad confirmandam hanc *Menagii* emendationem, praeter auctoritatem W. et L. et Codicum, adde loca *Luciani* ipsius sequentia: in Philops. cap. 23. In Dips. c. 6. et De Salt. c. 2. *Περιπείρω* vero aliud est; usurpatur enim de rebus, quas transfigendo appendimus aut affigimus, ut carnes verubus. Apud *Nostrum* in Gallo; et capita hostis, in *Xiph.* Pertin. sub finem. Vid. not. ad Pisc. c. 51. Solan. *Περισπειραθέντων*) Cur hanc lect. vulgatae praetulerimus, vide ex Philops. c. 22. f. ubi *εἱλομένους περὶ τὸν αὐχένα, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐνίους ἐσπειραμένους.* De Dipsad. cap. 2. *περισπειρᾶσθαι τῷ ποδί.* Et Navig. cap. 2. f. Recte igitur emendat *Menag.* Probat etiam *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* IV. c. 48. n. 79. ubi *περισπειράμενον τὸ δέρμα.* Et ex *Paus.* X, 33. Reitz.

Ead. l. 18. *Σοῦραν*) (*Σοῦσαν*, quae metropolis Persidis. *Vorst.*) Quid hic in mentem *Bourdelotio* venerit, miror, cur hanc editionum veterum scripturam mutaret in *σοῦραν;* nisi forte imposuerit ei Latina vox *sura.* Sed *σοῦρα* Graecis ignota vox, qui pro ea *γαστροκνημίαν* dicunt. Nomen est itaque loci proprium. Sed ubinam gentium situs sit ille locus, haud ita promptum est definire. Meminit *Plut.* oppidi Lyciae hujus nominis 1796. . . Vide, an locum hic habere possit. Putaram, villam esse aut pagum prope Corinthum, aut in ipsa a Cranio ad Lernam via: sed nunc venustius videtur, locum esse, in quo perfrictae frontis nebulo scripserit se in Asia vulneratum. Quaerant, si lubet, viri docti: sed interim asserenda fuit scriptura, donec aut ex historia pateat, pugnatum esse eo bello aut in Lycia, aut in aliquo alio loco, ex cujus nomine hoc corruptum sit, *Susa* nempe (de qua Navig. c. 33. et Philopatr. c. 28.) Sed tum scribendum erit *Σοῦσα*, non *Σοῦσαν*, neutrum est enim plurale; aut simile quid: aut apud Corinthum, ut *Cyllarabis* a *Graecio*, ita *Sura* aliqua a viro aliquo docto detegatur. Consule *Kuhnii* not. ad *Pau-*

saniae Corinth. p. 115. Solan. *Luc. Holsten.* ad *Steph.* de Urbib. p. 302. ubi allatum est: *Σοῦρα, μαντεῖον Λυκίας* etc. haec annotavit: „Certissimum, ante mentionem gentilis praecessisse nonnulla de *Sura* civitate Comagenae sive Euphratensis provinciae, cujus meminit *Ptolemaeus* et *Procopius* lib. II. de Aedif. Justinian. qui *τὸ Σούρων πόλισμα* vocat." etc. Fortasse de hoc oppido intelligenda sunt haec. Rud.

Ibid. Κρανείου) Conf. nos supra hoc Dial. c. 3. Et Dial. Mort. I, 1. ubi Edd. etiam *Κράνειον* habebant. Reitz.

Pag. 203. l. 1. *Λέρναν*) Fons est prope Corinthum. Vid. *Pausan.* Corinth. p. 48, 10. Alia *Lerna* est, cujus meminit Diall. Marr. VI. palus scilicet non procul a mari in ora Argolica. Solan.

Ead. l. 2. *Κατὰ τοῖχον*) *Cic.* de Fin. ult. Qui nunquam philosophum, ut dicitur, pictum viderunt. *Plaut.* Asin. Nam neque unquam fictum, aut pictum, neque scriptum in poëmatis, ubi lena bene agat. Solan.

Ead. l. 4. *Τάξεων ἢ καταλοχισμῶν*) *Τάξεων ἢ καταλογισμῶν.* Marcil.

Ead. l. 5. *Ἔμελεν αὐτῷ*) Sic omnes impressi et M. Codex. Nisi quod Ed. *J.* *ἔμελλεν* praefert; unde conjicio, *Lucianum* scripsisse *ἔμελλεν οὗτος*, ut supra in hoc ipso libello c. 12. *καὶ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος*, et alibi saepius. Solan. Ironice hoc positum, et sensus: *incuria ista incredibili factum igitur est, ut nomina confunderet.* Non est, cur cum *Solano* pro *ἔμελεν αὐτῷ* legamus *ἔμελλεν οὗτος*. Rud. Non tam ironiam h. l. video, quae et mihi pariter atque *A. G. Langio*, l. l. p. 174. fatua et insulsa esse videtur, quam hyperbolicam quandam dicendi rationem, qua id, quod mirae est ignorantiae et stupiditatis, industriae ac studio tribuitur cum affectata quadam malignitate. Recte itaque *Gesnerus* vertit: *Etenim quasi hoc ageret*, etc. Poterat etiam: *de industria quasi*, vel: *cum sedula quadam solicitudine*, so recht geflissentlich. Etenim non semel, sed saepius, voces illas militares confudit. Neque igitur probo *Langii* mutationem: *πάνυ γ' οὐκ ἔμελεν αὐτῷ*, quam ipse explicat: *ille non curabat, in nullo ponebat discrimine.* Quamquam per se habet, quo commendetur. Lehm.

Ibid. Πλαγίαν — φάλαγγα) Sic interpretandum fuisse, ut a nobis factum est, patet ex *Arriano* p. 18. Blanc. *Τὸ μὲν δὴ καταλοχίσαι ἐστὶν, εἰς λόχους συντάξαι, ὁ δὲ λόχος ὀνομάζεται ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου καὶ τῶν μετὰ τοῦτον κατόπιν τεταγμένων — ἀριθμὸν δὲ τοῦ λόχου οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν — οἱ δὲ καὶ ἑκκαίδεκα.* Eodem etiam tactico interprete

faciliora erunt, quae sequuntur. Nempe ita *Arrianus* p. 63. *Πλαγία μὲν φάλαγξ ἐστὶν ἡ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα· ὀρθία δὲ ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύηται, οὕτω δ' αὖ τὸ βάθος τοῦ μήκους πολλαπλάσιον παρέχεται. Obliqua* sive *transversa* porro *acies* sive *agmen* est, cum *in frontem* ducuntur milites: *recta*, cum *in cornu*. Igitur in *transverso agmine* plures longe adversis frontibus simul concurrere possunt, sed parciores a tergo habent, qui in prima acie pugnant: in *recto agmine* contraria omnia: pauciores simul concurrunt, plures sibi a tergo possunt succedere. Hic scriptor, quem reprehendit Lucianus, miscuit omnia, et *transversum agmen* dixit *in cornu duci*, (unde *rectum* potius *agmen* oritur) pro eo, quod debebat dicere, *in frontem*. Si cui haec abrupta nimis videantur aut obscura: at ille in manus sumat *Arrianum*, neque dubium quidquam ei relinquetur. Gesn. *Aelianus* de instruendis aciebus p. 263. (in edit. Vegetii Lugd. Bat. 1692.) *transversa* (*πλαγία*) *est phalanx*, quae longitudine multo productiore constat, quam altitudine; *arrecta* (*ὀρθία*) est, quae per cornu progreditur, longe productiore altitudine constans, quam longitudine; omninoque plus longitudinis, quam altitudinis habeat: *oblongum* id consuevimus nominare. *Arrectum* vero *e directo*, quod plus altitudinis, quam longitudinis habeat: quocirca phalangem quoque interpretari licet his eisdem nominibus. *Obliqua* (fortasse *λοξὴ*, non *πλαγία*. cf. *Onosandri* Strategeticum c. 21. p. 36. ex officina Commel. 1600. 4.) est, quae alterum cornu, quod libuerit, propinquum objiciens hostibus, eoque decertans, alterum semotius teneat, manens aggrediendi opportunitatem. Rud.

Ibid. *'Ορθίαν*) Deerat haec vox in omnibus vulgatis, et in ipso M. non sine summo sententiae dispendio. Reposuimus itaque ex Ed. J. Quid sit autem *ὀρθία φάλαγξ*, quid *πλαγία*, ex Tacticis petendum. V. *Pott.* De *ἐπὶ κέρως* vide *Thucyd.* II, 90. Solan. Cum illud *ὀρθίαν* ex *Junt.* admiserim, quod sensus postulabat, necessario etiam versionem *Gesneri*, quae ad vulgatam facta erat, mutavi. Id si peccatum est, mihi adscribatur. Reitz. Etiam sine illo *ὀρθίαν* (quod forte correctori *Juntinae* debetur) sensus absolvitur, et quidem aliquantum argutius, quod brevius. *Obliquum agmen*, et tamen idem in *cornu ducere* dixit ineptus scriptor, quae repugnant, cum *in frontem* dicendum esset. Gesn. Non correctori *Juntinae* deberi *ὀρθίαν*, ut *Gesnerus* conjecit, sed aliunde desumtum esse, inde patet, quod et A. 2. eam vocem habet, ex qua editione multas etiam alias lectiones in *Juntinam* transiisse constat. Jam quum, admissa hac voce,

clarior reddatur, ac plenior, sententia, vulgata vero verba nonnisi cum argutiori explicatione, qualem finxit *Gesnerus*, stare possint: recte mihi *Reitzius* ὀρθίαν inseruisse videtur. LEHM.

Ead. l. 6. Ἐπὶ κέρως) Conf. iterum c. 37. hujus Dial. SOLAN.

Ead. l. 7. Ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς) Habemus hic capita summa rerum in eo bello gestarum. Deleto enim in Armenia Severiano, Parthi Syriam invaserunt; unde a Cassio summoti, propriis urbibus consulere coacti sunt, quarum tamen magna pars captae et combustae. In titulo, quem statim leges, omissa est Syria. SOLAN.

Ead. l. 9. Τίγρητι) Sic scribitur in M. L. et recentioribus Edd. *B.* 2. *Par. S.* et Amst. At in antt. Τίγριτι, contra quam observant *Hesychius* et *Suidas.* Vide tamen c. 19. ubi recte in omnibus scribitur. SOLAN.

Ead. l. 10. Συγγεγραφέναι φησὶ) Ita *Photius.* Forte Antiochus Sophista Cilix, de quo *Philostratus* L. II. de vitis Sophistarum, ubi eam historiam scripsisse ait. LA CROZE.

Ead. l. 13. Δόλιχον) Mire hanc vocem *Suidas,* et, quem illic exscribit, *Aristophanis* Scholiastes interpretantur; ut ex eis certi nihil elici possit. *Xen.* sub finem IV. Ἀναβ. *pueris* stadium, uti et *Paus.* 179, 3. tribuit, *viris* δόλιχον. Erant etiam Athenis puerorum certamina: *Athen.* 495. F. Erant et Olympiae: *Paus.* Eliac. II. Sed nusquam eis δόλιχον tribui video. Nisi forsan, ut viris etiam erat stadium, (V. *Paus.* 180, 3.) ita et pueris δόλιχος fuerit. *Vorstius* ἀγώνισμα *curule* facit, testemque adducit *Aristoph.* Schol. p. 559. SOLAN. *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 388. „Notissimum est variarum aetatum pueros decertasse in ludis graecis, et cui ignotum δόλιχον στάδιον, *curriculum longum.* *Lucian.* Qu. Hist. Conscr. p. 41. (c. 30.) δόλιχον ἐν παισὶ νενικήκει. ubi frustra haeret *Solanus.*" Lucianus hic fortasse est κακολόγος. RUD.

Pag. 204. l. 1. Τὰ μέλλοντα) Vide, an de *Jamblicho* intelligenda haec sint, qui ap. *Photium* (Cod. XCIV. p. m. 133.) jactat, se omnia futura praedixisse, quae in eo bello evenerunt. SOLAN.

Ibid. Συγγεγραφηκότος] W. συγγεγραφότος, quod admisit *Reitz.* et recentt. praeter *Rudolphum,* qui praetulit veterem et communem omnium librorum, et editorum, et manu scriptorum, excepto uno W., lectionem συγγεγραφηκότος. Non tantae autem, quantae *Reitzius* fecit, labis esse formam συγγραφεῖν, imo etiam aliorum similium verborum

analogia commendari, docuerunt *Dorvill.* ad *Charit.* p. 624. et nuper etiam *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 764. Lehm.

Ead. l. 4. *Τριπόθητον*) Conf. infra Somn. s. Gall. c. 6. Solan. Alludi his verbis cum cavillatione ad L. Veri triumphum de Parthis a. 166. actum, putant *Wielandius* et *Belinus* in notis ad versionem uterque suam. Lehm.

Ead. l. 6. *Μεγέθει — καλλίστην*] Quamvis Graece sic etiam alias dicatur, tamen putaverim Lucianum ad risum captandum ita scripsisse. Rud.

Ead. l. 7. *Νίκαιαν*) Qua ratione *Nicopolis* ab Augusto post Actiacam pugnam condita. Solan. Vel *Nicaea* Indiae ab Alexandro M. Vid. *Arrian.* V, 3, 1. *Curt.* IX, 3, 23. Lehm.

Ead. l. 8. *Ὁμόνοιαν*) Propter duos fratres simul imperantes: ut in nummis eorum frequens inscriptio *Concordia.* Vid. *Mediob.* Solan.

Ead. l. 10. *Λῆρον — γέμουσα*) Cf. infr. Calumn. c. 23. f. Solan.

Ibid. *Κορύζης συγγρ.*) Sic fere supra Diall. Mortt. XX. §. 3. (ex divisione *Solani.*) Solan.

Ead. l. 21. *Περίπλουν*] Usitatum itinerariorum nomen. Sic *Arrian.* scripsit *περίπλουν τοῦ Εὐξείνου Πόντου*, et *τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης*, editum *Basil.* 1533. apud Froben. 4. (una cum *περίπλῳ* Anonymi; *Plutarchi* de Fluviis et Montibus libello; et *Strabonis* epitome.) Multosque *περίπλων* auctores laudat passim *Steph.* de Urb. velut *Ctesiam* in voc. *Σίγηνος*, *Dionys. Byzant.* *ἀνάπλουν τοῦ Βοσπόρου* v. *Χρυσόπολις*. *Alexandrum* in periplo Lyciae v. *δολιχή*. inprimis *Marcianum*, de Aethiopia, Britannia, Libya, Sinu Indico, Gallia, Sinu Persico, Sarmatia. *Menippum* in Periplo Paphlagoniae, Bithyniae, duorum Pontorum; *Ptolemaeum* in Periplo Galliae. Quam latum autem mentiendi campum aperuerit *περίπλους τῆς ἔξω θαλάσσης*, non est cur moneam. Rud.

Ead. l. 13. *Τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα*) *Benedictus*, *sed Indicae historiae prooemium jam est compositum, et ordo tertius.* Obscurior certe, quam *Micyllus*, *tertium tagma seu tertius liber*; qui intellexit id, quod alias Graeci vocant *σύνταγμα*. Sed quam infeliciter uterque! et cur sic distinguunt? Debuerant postrema cum sequentibus jungere in hunc modum: *ἤδη συντέτακται· καὶ τὸ τρίτον τάγμα καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Κασσίῳ πάντες* etc. *et tertia legio, ac Galli, parsque exigua Maurorum.* Gron.

Ead. l. 14. *Καὶ τὸ τρίτον*) Alium fatuum et insulsum scriptorem irridet, qui promiserat, se res in India gestas et ex-

peditionem per Oceanum descripturum. Subjicit: καὶ οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα. Καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα, et quae sequuntur. Vertunt: *Neque tantum hae sunt promissiones, sed Indicae historiae prooemium jam est compositum, et ordo tertius. Et Galli, parsque exigua Maurorum* etc. Quis est ille *tertius ordo?* Nemo dixerit. Prava distinctio hunc quoque locum foedavit, et interpretibus fraudi fuit. Si sic interpunxeris, facilis erit explicatu: καὶ οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται. Καὶ τὸ τρίτον τάγμα, καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα. *Neque tantum haec sunt promissa, sed Indicae historiae prooemium jam est scriptum. Et tertia legio, et Galli, et Maurorum exigua manus, Indum fluvium trajecerunt.* Τάγμα Graecis saepe est *legio*. Graev.

Ibid. Τάγμα) Disertis verbis legionem esse docet *Xiph.* in M. Aurel. Antonino, καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα. Solan.

Ead. l. 15. Κασσίῳ) De eo jam saepius supra dictum est. Hic autem Cassius est, qui postea, perlato de morte Aurelii falso nuntio, defecit, et imperium affectavit; neque ab incepto, cum vivere rescisset, oblata etiam venia, destitit. Solan.

Pag. 205. l. 3. Μουζούριδος) W. Μουζίριδος. Quocunque tandem modo scribas, urbs est mihi prorsus ignota: in India, ni fallor, quaerenda est, ut quam remotissime a *Luciano* ponatur. Solan. *Solanus* Muzurin urbem ignotam ait. At *Baudrand* ex *Ptolem.* urbem et emporium Indiae intra Gangem esse docet. Reitz. Muziris, emporium Indiae, commemoratur etiam in *Plin.* H. N. VI, 23. De *Oxydracis*, Indiae populo, vide, quem citavit *Rudolphus*, *Strab.* XV, 1, 8. Cf. *Lucian.* Fugit. c. 6. et Diall. Mortt. XIV, 5. ibique *Hemsterh.* Tom. II. p. 577. Lehm.

Ead. l. 6. Ὅττι κεν) Longe aliter proverbium hoc apud hunc alibi legitur in Rhet. Praec. c. 18. Ὅττι κεν ἐπί κε ῥῆμα γλ. ἔ. Quin et hoc ipso in loco *Bourd.* audis monentem legi in Flor. ἐπὶ καὶ ῥῆμα. Certe sic in P. legi testantur excerpta *Perizonii*, et ita in impresso *Fl.* In M. etiam, sed in litura pro ἐπακαιρίμα, quod ibi prius erat. Haec autem verba sunt qui ex *Aeschylo* desumta asserant, *Platonem*que sententiae auctorem assignent de Rep. VIII. p. 499. D. Sed frustra: ibi enim longe aliter effertur. En verba *Platonis:* οὐκοῦν κατ' Αἴσχυλον, ἔφη, ἐροῦμεν, ὅ, τι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στόμα; laudat etiam *Plut.* eodem modo, quo *Plato*, et ad eundem *Aeschylum*

auctorem refert ἐρωτ. 1358, 2. ἐπεὶ νῦν ἦλθεν ἐπὶ στόμα κατ' Αἴσχυλον etc. At *Dionys. Halic.* de struct. or. I, 8. ed. Lond. aliter et iisdem fere verbis, quibus in vulgatis hic *Lucianus*, ad hunc nempe modum: εἰ μέλλουσι μὴ πᾶν ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ λέγειν, μηδὲ εἰκῇ συνθήσειν τὰ προστυχόντα ἀλλήλοις. Eodemque prorsus modo *Athenaeus* lib. V. p. 217. C. ubi poëtae, quem non nominat, tribuit. Confer *Grotii* excerpt. V, 3. SOLAN.

Ead. l. 7. Ἐπὶ ἀκαιρίμαν) Ἐπὶ καὶ ῥῆμα in Cod. Flor. BOURD. E scriptore Dorico sumtum, ut videtur, proverbium, quod damnare ob id non ausim, quod nondum aliunde prolatum est. Forma certe non mala, ut γόνιμος, ἄλκιμος, φρόνιμος, et, quod plane simile est, a καρπὸς κάρπιμος. GESN. Vid. *Valcken.* Diatrib. Eurip. p. 288. C. et imprimis *Schaefer.* ad *Dionys.* de Comp. Verbb. pag. 12. 13. Ceterum *Belinus* in nota ad versionem Tom. II. p. 396. monet, locum *Eurip.* Bacch. v. 385. respici, et satis etiam libere vertit: *pour parler comme un poëte.* At ἀχάλινα illa *Euripidis* στόματα, licet quodammodo re, verbis tamen non congruunt cum *Luciani* locutione, quam proverbialem *Luciani* saltem tempore fuisse, declarat vox φασίν. LEHM.

Ead. l. 11. Ἀτθίδος) Scripserat *Philochorus* historiam, cui hoc nomen fecerat. Vide Schol. ad Συγγρ. no. 32. et Marm. Ox. 13. f. et quos laudat *Paus.* in Phoc. et *Athen.* VI. SOLAN. Ἀτθίδα scripsere *Philochorus* apud *Harpocrationem* in θεωρικὸν et apud *Athenaeum:* itemque *Clidemus*, de quo *Casaubon.* ad *Athenaei* 14, 23. p. 594. et *Hegesinous* apud *Pausaniam* Boeot. p. 583. extr. GESN.

Ibid. Ἀνέγνων γὰρ) Haec duo verba *Solanus* noster in *Junt.* parenthesi incluserat, sic scilicet edi volens: quia vero Ed. nulla praeit, nec mutatio adeo necessaria, ego nihil mutavi. Potest enim quisque eam parenthesin addere, qui probat. REITZ.

Ibid. Ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασέως) *Ez. Spanhemius* Dissert. IX. de Praest. et usu numism. docet tam ex probatis et antiquis scriptoribus, quam ex Numism. legendum esse Σαγαλασσέως. Quin imo apud *Stephanum* Σαγάλασσος, qui addit etiam scribi Σέλγησσος. Vid. *Thomam Pinedo*, et eruditissimas *Lucae Holstenii* notas, p. 267. ALM.

Ead. l. 12. Σαγαλασσέως) Emendationem *Spanhemii* confirmat W. *Quadratus* autem, qui paullo post hujus belli et ipse historiam scripsit, titulum suae eundem ferme fecit, nempe Παρθυήνικα. Consule *Salmas.* not. in *Capitol.* Ver. c. 8. Trajectio insignis, nam Δ. Σ. Π. interjacent incommo-

de: nisi forsan hoc a librariis profectum sit. Solan. Non solum Cod. W., sed etiam Gorl. confirmant *Spanhemii* emendationem; quare jure optimo *Rudolphus* et *Schmiederus* a *Reitziana* et omnino vett. Editorum scriptura recesserunt. Et in *Strabone* XII, 7, 1. et 2. hoc Pisidiae oppidum vulgo per duplex σ exaratum: unus tantum Medic. Cod. simplex exhibet. Ceterum toti huic loco *Schmiederus* turbas movet, idque summa injuria. Verba jam superiora, ὡς Ἀτθίδος δηλονότι, ut glossema notavit, quae tamen continent haud dubie acerbam explanationem et comparationem non forte honorificentissimam. Deinde verba, ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασσέως, licenter admodum et incommode parenthesi inclusit, et post παραπολὺ comma posuit, quo vox Παρθονικικὰ ad superiora, ἄλλος ἀστ. παρ. referrentur. At *Reitziana* verborum distinctione, quae eadem et ceterarum Edd. est, nihil potest simplicius esse et accommodatius loci genio. Denique in verbis, οὐδ' ὡς, deesse aliquid suspicatur, e. c. λέγω ταῦτα, et paucis adeo mentem suam explicans omnino totum locum turbatum esse dicit, — ab ipso scilicet turbatum dicet, quicunque meminerit, quam promtum sit in tali stylo, qualis hujus loci est, omittere verbum λέγειν. Sed vide *L. Bos* de Ellipss. v. λέγειν, ubi p. 633. ed. *Schaef.* haud pauca, quae huic similia sint, exempla congesta deprehenduntur. Lehm.

Ibid. Οὐδ'] (Deest ex Gr. ταῦτα δὲ λελέχθω ἡμῖν οὐκ ἐπὶ λοιδορίας μέρει.) Vorst. Hanc *Vorstii* notulam, a *Reitzio* errabundo ad verba cap. seq. ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος relatam, hic reponere placuit, quo pertinebat. Lehm.

Pag 206. l. 4. Εἴγε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ διαλεκτικὴ, ὡς τῶν ἀμέσων ἡ θατέρου ἄρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀντεισάγει) Obscure vertunt interpretes: *si modo verum est, quod Dialectica tradit, nimirum eorum, inter quae nullum est medium, altero elevato, alterum deprimi:* ἀντεισάγειν, non est *deprimere*. Vertendum est: *contrariorum, inter quae nihil medii intercedit*, sive, ut nunc loquuntur in scholis dialecticorum, *immediatorum sublato uno necessario ponitur alterum.* Graev. Non possunt ea notare, quod volunt interpretes, *eorum, inter quae nullum est medium, altero elevato, alterum contra deprimi*, sed *altero sublato* vel negato, *prorsus reponitur* vel confirmatur *alterum.* Gron.

Ead. l. 6. Ἄρσις) Vertitur *elevato.* Sed vertendum *sublato.* Guyet.

Ead. 10. Ὥστε) In M. olim fuerat ὥστε οἰκοδομεῖ ἤδη καὶ αὐτός. Quod longe praestat vulgatae. Solan.

Ibid. Αὐτὸν) Non improbem, si αὑτὸν, pro ἑαυτὸν, idque pro σεαυτὸν, hic legamus; aliter certe interpungamus, nimirum sic: ὥστε οἰκοδομεῖν τι δείῃ ἤδη καὶ αὐτόν· ὡς δείξῃς etc. Sic planior erit sensus; sic *Solanus Juntinam* dispunxerat. Sed quia mox sequitur αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν, potest et priore loco αὐτὸν per *ipsum* reddi; nec adeo necessario reciprocum requiritur, neque sine necessitate talia semper mutanda duxi. *Bengelius* in praefat. Edit. minoris N. T. se αὐτὸς et αὑτοῦ saepe pro αὐτοῦ studio reliquisse, ait, et αὐτοῦ reciprocum saepe esse: quod ut non ubique concedo, (non credens αὐτοῦ et αὑτοῦ semper promiscue usurpare licere) ita propter permulta exempla non audeo ubique negare, nec dicere, omnia mutanda esse, quae is in membranis, et quae nos in priscis Edd. invenimus; cum et Latini nonnulli auctores discrimen inter *suus* et *ejus* negligant, ut in Ambigg. notavi, et *ipsum* pro *se* quoque dicant. Diligentiss. in investigandis Codd. *Grabius*, etiam in Edit. Vet. Test. studio saepe αὐτοῦ pro αὑτοῦ dedit, ut *Exod.* IX, 33. Μωϋσῆς — ἐξεπέτασε τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Iterum sic X, 22. Item *Amos* c. II, 7. ὅπως βεβηλώσωσι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ αὐτῶν, et v. 8. ἔπινον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ αὐτῶν. Sed *Exod.* XI, 3. idem edidit Κύριος δὲ ἔδωκε τὴν χάριν τῷ λαῷ αὑτοῦ. Ut sexcenta alia omittam, ex quibus pateret, illum saepius primam laevigare, ubi adspirata ex praeceptis Grammaticis postulatur, et rarius adspiratione uti. Ubi vero ad perspicuitatem sensus interest, ibi ego mutare non vererer, memor quam facile in spiritibus aberretur ubique. In dubiis saltem id eligendum, quod melius est: ac potius sic statuendum, quia Edd. et Codd. in pronominum spiritibus misere fluctuant, omnia, ut res postulat, corrigenda. Sic cum *Long.* Past. III, 97. ait, καὶ ἐζήτει πρὸς αὑτὸν, ὅ, τι λεχθῆναι πιθανώτερον, *deliberat secum, quid potius dicendum esset*; secundum id corrigendum, quoties simili in loco male αὐτὸν expressum offendas, i. e. ubi periculum sit, ne ad aliam, quam decet, personam, referatur. Alibi enim et apud eund. *Long.* αὐτὸν sic positum invenio, ut L. III. p. 105. Ed. *Jungerm.* ἄρνες ταῖς μητράσιν ὑποκλάσαντες αὐτοὺς, *agni matribus se substernentes, subnixi, ad sugendum*; quod etiam in αὑτοὺς mutandum dixeris, quia deinde p. 109. ἐγκύψασα ἑαυτὴν diserte scribitur. Conf. c. 6. et 15. Dial. seq. ubi rursum haec differentia occurrit. Reitz. Tota hac demonstratione qualicunque minime opus erat in loco planissimo, quem Edd. B. 1. et 3. rectissime ediderunt et *Micyllus* optime vertit. Sed prava *Aldinarum* interpunctio post ἤδη effecit, ut jam torquerent se interpretes, quomodo

καὶ αὐτὸν cum *δείξῃς* commode jungerent, et cum sequenti etiam *αὐτὸς* apte conciliarent. Quod negotium quum, ut consentaneum erat, non prosperrime successisset, *Belinus* et *Schmiederus* in majorem etiam errorem prolapsi sunt ita, ut etiam manifestum vitium quatuor Codd., *καὶ αὐτὸς*, duorum etiam *οἰκοδομεῖ*, exhibentium, admitterent. Unde, obsecro, nunc tertia persona, cincta utrinque secunda? Et quid omnino haec sibi volunt, ubi non quid fiat, sed quid faciendum sit, quaeritur? Itaque sine omni dubitatione cum *Rudolpho* restitui veterem *Basileensium* lectionem: *ὥςτε οἰκοδομεῖν τι δεῖ ἤδη καὶ αὐτὸν, ὡς δείξῃς* etc. quae *Micyllus* vertit: *quare tempus jam est, ut aedificium aliquod superstruas etiam ipse, quod ostendas* etc. *Etiam ipse*, per se, spero, patet referri ad eos, quorum aedificia historica *Lucianus* modo diruerat, ad voces *τῶν ἄλλων*, quae propter hanc ipsam caussam contra sententiam *Rudolphi* retinendae sunt. Lehm.

Pag. 270. l. 1. *Μῶμος μωμήσασθαι*) Hunc locum imitatus est *Aristaen.* Ep. 1. l. 1. ex emendatione *Jos. Merceri.* Bourd. Non de imitatione hujus loci cogitaverim ego in *Aristaeneto*, quum formula haec, et similes, a Momo, fastidiosissimo censore, deductae creberrime in nostro scriptore occurrant; cf. Diall. Deor. XX, 2. Bacch. c. 8. Jov. Trag. c. 22. 23. quid multa? totum dial. Concil. Deor. Neque adeo de *Luciani* imitatione cogitari velim, quum hac loquendi formula solenni universa antiquitas Graeca usa sit, quod vel verbum *μωμεῖσθαι*, a Momo illud derivandum, satis clare ostendit. Lehm.

Ead. l. 2. *Κορυφαιότατα*) Conf. infra Soloec. c. 5. *τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος*. Prave judicat *Thomas Magister*, hanc vocem hic ridiculi caussa adhibitam esse a *Luciano*. Vide notam ad Soloec. c. 5. Solan.

Ead. l. 11. *Ἀπὸ κασσιτέρου*) Flor. *ἐκ*. Bourd. *Ἐκ* M. L. et Ed. *Fl.* pro *ἀπὸ*, quod in reliquis est. Solan.

Ibid. *Ἢ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλωνα*) Ex hoc loco licet conjicere, Cononem illum ducem famigeratum fuisse corpore parvum et exilem: nam et ille Leotrophides, qui Miloni opponitur, a Comico *Aristophane* in avibus ut parvus et exilis traducitur, et ab ejus Scholiaste ut talis notatur: de Titormo vero, et ejus mirandis viribus, vide *Aelian.* L. XII. c. 22. Palm. *Cononem* aliquem imbecilli corporis hominem nondum observavi praeterea. In mentem veniebat *minimus* ille apud *Plin.* 7, 16. s. 16. *homo duos pedes et palmum* longus *Conopas, qui in deliciis Juliae neptis Augusti fuit.* *Leotrophides* nobilis ex Schol. *Aristophan.* Avium

1406. Add. *Casaubon.* ad *Athen.* 12, 13. Neque de *Titormo* opus est aliquid adjicere. Neque apologia, credo, longa opus habet illa circa apices immutatio, cum pro vulgato *ἀλλά που* legimus *ἀλλὰ ποῦ* cum interrogatione. Gesn.

Ead. l. 12. *Τίτορμον*) Eleganter vidit *Clericus*, totum hoc de Titormo esse ex *Aeliani Ποικιλ.* lib. XII. c. 22. desumtum, iisdemque, si pauca excipias, verbis enarratum. Opportuna admodum sunt haec Scholiastae, ut ex eo *Aelianus*, et ex *Aeliano* vicissim ipse emendetur. Nimirum in Scholiaste pro *ὡς ἔπος*, sine dubio ex *Aeliano* scribendum *ὅσον ἐπ'*. Atque ex eodem apud Scholiasten pro *καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι μὲν ἔσπουδεν*, extrito posteriori *μὲν*, emendatius legas, *καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν.* Tum ex Scholiaste emendandus *Aelianus*, vel potius confirmanda emendatio *Tan. Fabri*, apud *Aelianum* pro *ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι παροιμίαν*, legentis *ἐντεῦθεν ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν.* Plane enim ita, et recte, Scholiastes; nisi quod illud *τοι*, quod *Faber* inserit, non habet; nec id requiritur. Jens. (Titormus Aetolus in albo voracium fuit, diciturque a Graecis cum Milone de robore certasse. *Ath.* et *Ael.* l. c. *Vorst.*) V. *Herod.* VI. p. 238, 1. *Athen.* X. et *Ael.* V. H. XII. Locus *Aristoph.* de Leotrophida reperitur in Avib. p. 606. V. etiam 412. med. Solan.

Ead. l. 13. *Ἀλλά που τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον οὐκ ἐς ποίησιν*) *Χρήσιμον οὐκ ἐ. π.* Marcil. *Ἀλλὰ ποῦ* recte scribitur in Cod. P. In reliquis *ἀλλά που.* Solan.

Ead. l. 14. *Τῶν προςόντων*) Rectene hac voce utatur hic *Lucianus*, addubito. Vix eo sensu adhibiturum fuisse *Demosthenem* puto, qui Ol. III. pag. m. 25. f. sic scribit: *τοῦτ' οὖν δεῖ προςεῖναι, τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει.* Usurpat tamen *Noster* iterum 55. B. C. Vide tamen Pro Imagg. c. 6. et 20. B. ubi eodem modo usurpat *Noster.* Solan. Nihil hic mutare Florentinam ab *Junt. Hag.* et reliquis, notaverat *Solanus.* Quare? an igitur suspicatus est legendum *προςιόντων*; non credo. Vid. *Nostrum* infra de Imag. c. 6. f. et c. 20. med. Reitz.

Ead. l. 15. *Ἴκκος*) V. *Plut.* 299, 1. Tarentinus, et hinc emenda *Aelianum* XI, 7. apud quem male scribitur *Ἴκχος.* Vide etiam *Plat.* 647. C. qui eum toto exercitationis tempore, venere abstinuisse tradit. Fuit et Iccus Tarentinus Pythagoreus, *Jambl.* p. 216. B. Solan.

Ibid. *Ἡροδίζης*) Angl. *Ἡρόδικος.* Bourd. *Ἡρόδικος* ex A. P. et Schol. restituimus, loco vulg. *Ἡροδίζης.* Herodicum enim invenio celebrem gymnastam, (apud *Plat.* *Πολ.* III, 440. C. D. Ed. *Bas.* et 337. B. et apud *Plut.* 983, 2.) Herodizem nullibi. In *Platonis* Protagora p. 196. B. Ed. *Bas.* con-

jungi etiam *Iccum* et *Herodicum* commodum monet *J. la Faye* vir doctissimus. Cf. *Suidam.* Solan. Vix dubitari potest, quin *Lucianus* in animo habuerit *Herodicum* illum, de quo *Plato* de Rep. 3. p. 440. C. *Ἡρόδικος παιδοτρίβης ὢν, καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ᾽ ἄλλους ὕστερον πολλούς.* Hic igitur accuratae illius athletarum diaetae auctor videtur. Hinc jungit etiam *Themistius* Or. 23. p. 290. A. *Harduin.* *Ἴκκον τὸν γυμναστὴν τὸν Ταραντῖνον* et *Ἡρόδικον τὸν Συληβριανὸν* (leg. vid. *Σηλυμβρ.*) *παιδοτρίβην.* Nempe *Ταραντῖνον Ἴκκον* abstinentiae athleticae nomine vehementer laudat idem *Plato* de Leg. 8. p. 647. C. *Τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος, ὡς λόγος, οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο, οὐδ᾽ αὖ παιδὸς ἐν ὅλῃ τῇ τῆς ἀσκήσεως ἀκμῇ.* Et *Eustath.* ad *Diog. Perieg.* 376. de illo, *ἐπὶ βίου εὐτελείᾳ*, inquit, *εἰς παροιμίαν κεῖται, τὴν λέγουσαν Ἴκκου δεῖπνον, ἐπὶ τῶν ἀπερίττως δειπνούντων.* De his igitur cum constet, illud mirari subit, cur ab *Aldina* editione discesserint sequentes, quod norim, omnes, omittenda negatione inter *γυμναστὴς* et *ὑπόσχοιντο*, quo facto tenebris omnia sunt obsita, quas reducta nunc antiqua lectio, et interpretatio illi accommodata, dispellit: nisi quod circa *Perdiccam* celebratae imbecillitatis hominem difficultas superest, quam ita minuebat ὁ *πάνυ Graevius*, ut verba, quae parenthesi includenda putamus, non Luciano, sed Scholiastae alicui tribueret. Caeterum de Perdicca nihil monuit praeterea. Verum non absurde hic mentionem fieri hominis, prae amoris impatientia *κατεσκληκότος*, ut hic dicitur, aut, ut *Plutarchus* describit in Demetrio p. 1661. *H. Steph.* *τρόπον ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου ζητοῦντος, καὶ παραλύειν ἀτρέμα καὶ θεραπείας ἀμελείᾳ, καὶ τροφῆς ἀποχῇ·* talis, inquam, hominis haud absurde hic mentionem fieri, vel ille *Platonis* locus satis declarat, quem de Tarentino Icco modo laudabamus. Utrum autem sit alius quoque, qui pro Antiocho Seleuci filio Perdiccam nominaverit, non habeo dicere. *Appianus* quidem Syriac. p. 126. seq. et *Valer. Max.* 5, 7. ext. 1. cum *Plutarcho* faciunt. Gesn. Vexavit hic locus interpretes; et sane haerendum est in eo. *Graevius*, quocum facit *Wielandus*, censuit haec margini a Magistro adscripta esse ad Perdiccae nomen, quibus inquirebat, num hic esset ille Perdiccas; et ita *εἰ δὴ οὗτος* vertit, ut Latini habent: *visam si domi sit.* Sed si haec plane omittantur, statuendum est Lucianum nec de Antiocho, nec de Stratonice, nec de amore cogitasse, sed Perdiccam attulisse, hominem celebratae imbecillitatis, ut vocavit *Gesnerus.* Atque ita plane non video, cur Magi-

ster Graevianus inquireret in haec, et cur adjiceret. Itaque aut statuendum esset, Lucianum scripsisse *Ἀντίοχον* loco *Περδίκκαν*, certe in cod. Magistri istius ita scriptum fuisse, ut suspicatus est *Solanus*, quod tamen parum probabile est, aut sumendum est, fuisse Luciani aetate, qui ita scriberent, Lucianum vero, non quidem receptam opinionem sequi debuisse, ut habet *Solanus*, sed potius istos homines tangere voluisse. Fortasse ea ipsa Stratonice, regis Perdiccae soror, quam e *Thucydide* attulit *Solanus*, istis hominibus parum cautis fraudi fuit, ut ei Perdiccam adjicerent. Ita *εἰ δὴ* esset ironice sumendum. Rud. Haec etsi satis subtiliter et speciose disputata dicas, mihi tamen non satisfaciunt. Mihi vel propterea verba ista, de quibus agitur, scholiastae cuidam deberi videntur, quod, si *Lucianus* ea scripsisset quocunque demum consilio, mentio illius Perdiccae, i. e. Antiochi, de quo *Appianus* narrat Syr. c. 59 — 61. manifesta h. l. laboraret ineptia. Exemplum enim Antiochi, in tempore quidem prae amoris vi tabescentis, omnino vero robore virili nequaquam carentis, minime proferri poterat ad eum significandum, qui athleta reddi nulla arte potuerit. Nec me non offendit sic *τοῦτον*, pro quo dicendum fuisset *ἐκεῖνον*. Intelligo itaque sub *hoc Perdicca* cum *Gesnero* aequalem quendam Luciani, celebratae imbecillitatis hominem, quem nemo non istius aevi lectorum agnoscere poterat. Sed qua via glossatori nostro, qui nos tantopere vexavit, in hisce legendis Antiochus ille, rex Syriae, in mentem venire potuerit, nolo definire. Fortasse finxit ineptus homo, quum ex antiquiore tempore gymnastae celeberrimi recensiti fuerint, et Perdiccae exemplum illic quaerendum esse; et quum Perdiccam, qui huc conveniret, non invenisset, singulari quodam casu in Antiochum incidit. Et nunc cum ironia aliqua notam istam adscripsit, quam si nunc legeret Lucianus, rideret, credo. Lehm.

Pag. 208. l. 1. *Ὑπόσχοιντο ἄν σοι τοῦτον Περδίκκαν*) *Οὐ τοῦτον Περδίκκαν.* Marcil. *Οὐχ ὑποσχ.*) Sic Ed. *J.* optime. Reliquae et ipse M. omiserunt illud *οὐχ*, atque adeo sensum depravarunt, quem ex ingenio restituere conatus est *Marcilius*, et post eum *Vorstius*. Solan.

Ead. l. 2. *Περδίκκαν*) Quem Perdiccam velit, aut cur huc adducatur, mihi non liquet. At quae de Antiocho et Stratonice, nota cum ex ipso *Luciano*, qui in de Dea Syria cap. 17. et 18. fuse enarrat, et iterum tangit Saltat. c. 58. et Icar. cap. 15. tum ex *Plut.* (in Demetr. 1660. — et 607. B.) *Appiano*, (*Συρ.* p. 87. Ed. St.) *Galeno* (*π. προγ.*) aliisque

permultis. Si quaeras autem, cur de Perdicca haec praedicet, quae Antiochi propria sunt; sic habeto: videri nempe fuisse Luciani aetate, qui ita scriberent; adeo ut necesse fuerit, eatenus receptam sequi opinionem. Sed ut verum fatear, in hoc non acquiesco, et locum corruptum esse pronuntio; intrusumque in textum Luciani Scholium, ab aliquo scriptum, qui Perdiccae nomen pro Antigoni in suo Codice hic invenerat. Fuit et alia Stratonice Maceta, regis Perdiccae soror. Vid. *Thucyd.* II, 101. sub fin. Sed soror haec; neque ejus amore captum fuisse Perdiccam ibi legitur. Solan.

Ibid. *Εἰ δὴ οὗτος*) *Εἰ δὴ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς μητρυιᾶς ἐρασθεὶς*, et quae sequuntur usque ad *Στρατονίκης ἐκείνης*, nullus dubito, quin sint *ὑποβολιμαῖα*, et margini a magistro adscripta, ad Perdiccae nomen, quibus inquirebat, num hic esset ille Perdiccas, sic enim vertendum *εἰ δὴ οὗτος*, ut apud Latinos quoque, *visam si domi sit*, pro num domi sit, qui amore novercae correptus fuerit. Haec postea in ipsum contextum irrepserunt. Nihil enim faciunt ad rem, de qua hic loquitur. Agit enim de Perdicca illo tempore noto, qui propter imbecillitatem, aut aliud corporis vitium, parum erat aptus ad artes athleticas. Verba, quae in eadem pagina praecedunt, obscurius versa sunt: *ἀλλά που τὸ τῆς τέχνης, καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον, οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' ἐς χρῆσιν αὐτῶν τὴν προσήκουσαν*, *verum artis et consilii haec est utilitas, ut non suppeditent ea, quae adsunt, sed ut illis convenienter uti doceant.* Nemo intelligit, quid haec sibi velint, *ut non suppeditent ea, quae adsunt.* Melius vertas: *verum artis et consilii haec est utilitas, non ut efficiat illa, quae insunt, sed ut iis recte quis utatur,* hoc est, quae ab arte proficisci possunt et consilio, utilia sunt non ad illa efficienda, quae in homine sita esse debent, nimirum ingenium et prudentiam: nullius enim ars et disciplina potest hominem stupidum et hebetem ingeniosum reddere; sed ut quis facultatibus, quas natura in illum contulit, recte utatur. Inde sequitur illa similitudo de palaestritis, qui Perdiccam imbellem promittant se arte Olympionicam reddituros parem praestantissimis et robustissimis athletis. Graev.

Ead. l. 4. *Ἀντίοχος ὁ τοῦ Σελεύκου Στρ. ἐκ.*) Iterum infra Icarom. c. 15. et De Dea Syr. c. 17. atque alibi. Solan.

Ead. l. 5. *Θεαγ. — Πολυδ.*) Prior horum in Olympionicarum ab erudito *Gul. Loyd.* (eruditissimi Wigorniensis Episcopi filio) edito nuper, cum haec scriberem, catalogo, comparet ad Ol. LXXVI. ubi ex *Pausan.* Eliac. II, 188, 18.

etc. παγκρατίῳ vicisse traditur. Ter Olympicam coronam reportasse narrat *Dion Chrys.* 230. A. *Suidas* tacet; sed de posteriore idem plurima habet iis fere similia, quae de *Titormo* a Scholiasta memorata legisti (παγκρατίῳ victor Ol. XCIII. *Afr.* et *Paus.* Eliac. II. p. 112, 17. quem locum omnino vide. *Loyd.*) De Theagene adi *Plut.* 1452. *Platonem* etiam, cujus aetate vixit, de Rep. I. et *Paus.* l. c. Vide *Nostrum* Herod. fin. Imagg. c. 19. et Conc. Deor. c. 12. Solan. Monuerat *Hemsterh.* in marg. adeundum *Wasse* ad *Thucyd.* p. 255. no. 30. (i. e. ad L. IV. §. 27.) ubi *Thucyd.* Θεογένους mentionem fecit, qui explorator ab Atheniensibus electus sit, pro quo in quibusdam libris tamen legatur Θεαγένους, pergitque *Wasse*, Θεαγένης Tyrannus Megarensium, socer Cylonis, *Thucydid.* I, 126. et *Pausan.* Atticis XXXVIII. Alius Θεαγένης Atheniensis apud *Thucydid.* V, 24. qui tamen ibidem cap. 19. Θεογένης. Θεαγένης athleta apud *Pausan.* VI, 6, 11. et 15. *Plutarch.* Πολιτικοῖς παραγγελμ. *Lucian.* de Conscrib. Hist. p. 626. (Ed. *Graev.* i. e. hoc c. 35.) et Deor. Concil. p. 714. Et Catapl. p. 427. aliaque ex *Xenoph.* etc. de Scriptore Histor. philos. quae ibi vide, unde haec festinans excerpsi. Reitz.

Ead. l. 8. Ἀπέστω) *Aristaen.* loc. cit. Bourd.

Ead. l. 15. Τελέσειεν) Si quis me docuerit, quomodo hic legitur, ita et alios esse locutos, et bene ea cum reliquis cohaerere, illi gratias agam merenti lubens. Interea interpretatus sum, ac si legatur, quomodo Lucianum dedisse suspicor, τελέσειεν ἃ χρὴ, καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν ἵκοιτο. Οὐ γὰρ ἂν φαίης κ. τ. λ. Gesn. Haec *Gesnerus* ingeniose sane. Sed τελεῖν est pervenire, ut Tim. c. 30. (20.) ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. ubi tamen varii libri glossam exhibent ἐλθεῖν. Macrob. c. 10. εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. ubi vid. *Reitz.* Rud.. „Verum est ita (ut *Gesnerus* vult) orationem facilius procedere. Sed deleta voce καὶ post ἄχρι opus hac emendatione non esse videtur. Τελεῖν enim saepius absolute ponitur, subintellecto nimirum τὴν ὁδὸν, e. g. *Thucyd.* IV, 78. (ed. *Bauer.*) ἐς Φάρσαλόν τε ἐτέλεσε. Conf. ib. II, 97. Jam cum in nostro loco antea de *viis* sermo fuerit: καὶ ἄριστα πρὸς λόγους ἠσκημένῳ ὑποδεῖξειν ὁδούς τινας ὀρθὰς, εἰ δὴ τοιαῦτα φαίνονται, αἷς χρώμενος — τελέσειεν· quidni hanc vocabuli significationem sequamur? Illud vero ἄχρι πρὸς non insolitum esse, ne *Nostro* quidem, (vid. Icarom. §. 1. et 45.) quem fugiat? Conf. Hist. Ver. I. ab in.“ Haec *Guil. Langius* in Animadvv. ad locos quosdam *Luciani* p. 17. et 18. et recte quidem, modo ne καὶ post ἄχρι deleri velit, qua ad vim sententiae absolvendam ne careri quidem potest. De locutione τελεῖν πρὸς, vel

ἐπὶ, vide, quem ad Timonis locum c. 20. laudavimus, *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 445. sq. Restat autem gravissima attrectati a *Gesnero* loci pars, quam *Rudolphus* et *Langius* plane intactam reliquerunt. Offendit nempe *Gesnerus* maxime in cohaerentia sententiarum, ergo in particula καίτοι· quam equidem existimo elliptice esse positam, hoc sensu: *Quamquam* non idcirco (propterea scil. quod ante omnia requiratur bona natura) superflua esse videtur ars et disciplina: *non enim dicat quis* etc. Ponatur modo, ut est in *Ald.* utraque, comma post καίτοι, et is, qui Graece calleat, bene etiam rationem sententiarum mutuam habebit perspectam. Ceterum *G. L. Walch.* in Emendatt. Livv. p. 6. prudenter monet, verba, εὐμαρέστερον — σκοπόν, versum conficere Trochaicum octonarium catalecticum, qui vel propterea non sit tentandus. Quamquam, unde repetitus sit, mihi quidem non liquet. Lehm.

Pag. 209. l. 1. *Καί τοι οὐ γὰρ*) Ἀνακολουθία est in his verbis, si interpretere, ut editores interpretati sunt: *Καί τοι οὐ γὰρ ἂν φαίης ἀπροσδεῆ τὸν συνετὸν εἶναι τῆς τέχνης, καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοεῖ. ἐπεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν καὶ ηὔλει, καὶ πάντα ἠπίστατο. νῦν δὲ μὴ μαθὼν οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν. ὑποδείξαντος δέ τινος, ῥᾷστά τε ἂν μάθοι, καὶ εὖ μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτοῦ.* *Neque enim dixeris, eum, qui fuerit intelligentia praeditus, arte et doctrina earum rerum, quas ignorat, opus non habere: quoniam si absque doctrina citharam pulsare et tibia canere posset, etiam omnia sciret. Nunc autem non edoctus nihil eorum manu pulsare posset: sed docente aliquo facillime disceret, et recte per se ipsum administraret.* Sed quae haec est ratio, qui absque doctrina citharam pulsare posset, et tibia canere posset, etiam omnia sciret? ἐπεὶ hic est *alioquin*, ut frequenter apud *Platonem*, id quod dudum a doctis est observatum. Sic autem vertendus hic locus: *Neque enim dixeris, eum, qui ingenio praeditus est, arte et doctrina rerum, quas ignorat, non opus habere. Alioquin qui non didicisset, citharam pulsaret, et tibia caneret et omnia sciret. Nunc vero, qui non didicit, haudquaquam aliquid ex iis tractet: monstrante vero aliquo facile et addiscat, et per se ipse exerceat.* Alioqui, inquit, homo ingeniosus et sollers facile, quamvis illa non didicisset, cithara et tibia caneret. Non longe post tradit, historicum debere esse ingenio militari, sed una etiam civili prudentia, et peritia imperatoria. Hoc enim volunt illa verba, καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχων. Male interpretes, sicut et mox pag. seq. καὶ τί ἐξελαύνειν, ἢ περιελαύνειν, male vertunt, *quomodo equum emittere,*

quid obequitare: cum sit, *quomodo equitatu erumpere,* aut *illo circumire,* seu *circumvenire,* scil. hostilem exercitum. Graev.

Ead. l. 5. *Καὶ τοίνυν καὶ ἡμῖν τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδεδόσθω, συνεῖναί τε, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἀγεννὴς ἀλλ'* etc.) *Παραδεδόσθω οὐ συνεῖναί τε καὶ εἰπεῖν ἀγεννὴς ἀλλ'* etc. Marc.

Ead. l. 6. *Συνιέναι*) Antea legebatur *συνεῖναι*, minus apte, cum ita facultas una eademque intelligatur; nunc utraque. In ea autem voce facile peccari, et res ipsa et exemplum c. 44. abunde ostendunt. Solan. Obsecundavi *Solano* *συνιέναι* edens, pro vulgato *συνεῖναι,* quia Nostro ita usitatum novi. Etsi enim *συνεῖναι* quoque a *συνίημι* formari tradunt Grammatici; tamen hic nimis ambiguum foret, et nondum satis probatum est uno alterove testimonio, *συνεῖναι* idem esse, quod *συνιέναι*, quia error a compendio scribendi in infinitivis hisce usitato, facile potuit oboriri. *Herodian.* tamen L. II, 9, 15. *οὕτω καὶ τὰς διανοίας παχεῖς, καὶ μὴ ῥᾳδίως συνεῖναι δυναμένοι, ita crasso sunt ingenio, et non facile sentiunt, si quid agatur dolose.* Et licet *Fl. Ald. H. J.* et recentiores habeant *συνεῖναι*, nec Codex memoretur, qui aliter legat, tamen typographicum tantum vitium credo, cum versiones Latinae jam expresserint *intelligendi* verbum; quare monenti *Solano* tanto facilius obsecutus sum. Reitz.

Ead. l. 8. *Καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν*) *Καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίας στρατηγικῆς ἔχων.* Requirit in historiarum scriba mentem praeditam et rei militaris aliqua notitia, et scientia politica, et usu imperatorio. Eant, videant nostri saeculi historiarum scribillones, ecquid ejusmodi trogalia in suo sinu aut penu inventuri. Marcil.

Ead. l. 10. *Ἔχειν*) Emendationem *Marcilii* recepit in textum Salmuriensis editor *Benedictus,* et sane ad venustatem loci facere videtur; sed quia commoda satis est vulgata, et nonnulla sunt in eo loco salebrosa, quae ego penetrare non possum, aliis intacta relinquo, et scripturam veterum librorum reddo. Confer *Livium* XXV, 19. et *Plut.* in V. 1841. Quorum ille, *tanquam eaedem militares et imperatoriae artes essent.* Solan. Nolo quidem nimium mihi indulgere in mutanda lectione recepta; sed non tamen accedo *Solano,* satis commodum sensum vulgatae pronuntianti, quem quidem satis adparere fateor, quid velit, sed non commodae tamen est structurae. Cum enim *ἀλλ' ὀξὺ δεδορκὼς* in participio ponatur, et reliqua post alterum *ἀλλὰ* quoque per participia enuntientur, non video, quocum verbo infinitivus *ἔχειν* apte cohaereat; nam ut *χρήσασθαι* pendet ab *οἷος*, ita absurda ora-

tio foret, si similiter, οἷος ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν dicas: quid enim est, *aptus est habere peritiam militarem?* Sed si cum *Marcilio* ἐμπειρίας στρατηγικῆς legeris, quod mihi non displicet, tum ἀδιάφορον erit, legasne ἔχων an ἔχειν. Reitz. *Marcilius* conjecit: ἐμπειρίας στρατηγικῆς ἔχων. Quod supervacuum puto. Nam ἔχειν pendet ab οἷος, licet id ineptum visum sit *Reitzio*; οἷος enim per se quidem non significat: *aptus*. Sic statim οἷος πιστεύειν non est aptus ad credendum, sed: *qui credat.* Rud.

Ibid. Καὶ — καὶ) Vid. de hoc pleonasmo hujus Dialogi §. 60. Reitz.

Ead. l. 12. Κέρως — μετώπου) Conf. supra hujus Dial. cap. 29. f. Solan.

Pag. 210. l. 1. Ἀπαγγέλλουσι) Ed. *J.* ἀπαγγέλουσι. Solan.

Ead. l. 5. Μήτε Φίλιππος ἐκκεκομμένος τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ) Non concordat *Lucianus* cum Historicis, qui id negotium attigerunt. Omnes fere uno consensu scriptum reliquerunt, id evenisse Philippo in Methones obsidione. *Diodorus* lib. 7. ὁ δὲ Φίλιππος τὴν μὲν πόλιν κατέσκαψε, τὴν δὲ χώραν διένειμε τοῖς Μακεδόσι, ἐν δὲ πολιορκίᾳ ταύτῃ συνέβη τὸν Φίλιππον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα τοξεύματι διαφθαρῆναι τὴν ὅρασιν. De Methona vero loquitur. Sic et *Strabo* lib. 8. παρὰ Θουκυδίδῃ δὲ ἐν τισὶν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρηται ὁμώνυμος τῇ Μακεδονικῇ, ἐν ᾗ Φίλιππος ἐξεκόπη ὀφθαλμὸν πολιορκῶν. *Solinus* c. 14. *in regione Magnesiae Methone oppidum situm est, quod cum obsideret Philippus Alexandri Magni pater, damnatus est oculo jactu sagittae, quam jecerat Aster oppidanus.* Quo in loco notandus est error *Solini,* qui Methonem Magnesiae cum Macedonica confundit. Nam ea Methone, quam obsidebat Philippus, alia erat a Magnesiaca, ex verbis expressis *Strabonis* lib. 9. ἑξῆς δὲ αἱ ὑπὸ Φιλοκτήτου πόλεις καταλέγονται, ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρακικῆς Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος· quod dictum sit obiter. Item ait *Harpocration* Μεθώνη· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς λέγοι ἂν τὴν ἐν Θρᾴκῃ, ἣν πολιορκῶν Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. *Suidas* etiam in voce Κάρανος de Philippo: Μεθωναίοις δὲ τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης πολεμῶν τὸν ὀφθαλμὸν ἐπηρώθη Ἀστέρος τινὸς ὄνομα βαλόντος αὐτὸν βέλει. *Plutarchus* in Parallelis caussam forte erroris praebuit *Luciano*; nam ille sic de hoc negotio: Φίλιππος Ὄλυνθον καὶ Μεθώνην βουλόμενος πορθῆσαι, καὶ βιαζόμενος ἐπὶ τῷ Σανδάνῳ ποταμῷ διαβῆναι πέραν, ὑπὸ τινὸς τῶν Ὀλυνθίων Ἀστέρος ὀνόματι ἐτοξεύθη τὸν ὀφθαλμόν. Et haec habet, ut ait, ex *Callisthene* in 3. Macedonic. et ex eo, quod sive ille, sive *Cal-*

listhenes dixit, ὑπό τινος τῶν Ὀλυνθίων, putavit *Lucianus*, id evenisse in Olyntho. At nihil obstat, quin Aster ille, sive Amphipolitanus fuerit, ut ait hoc loco *Lucianus*, sive Olynthius, ut ait *Plutarchus*, fuerit in copiis Olynthiorum auxiliariis in Methones obsidione, et, ut omnia quadrent, potuit esse Amphipolitanus patria, Olynthiis militans inter auxilia Methonensium. Trogus apud *Justinum* lib. 7. ait, in Philippum praetereuntem de muris sagittam jactam oculum effodisse, et in eo cum *Plutarcho* pugnat, qui, dum trajicere conaretur Sandanum fluvium, oculum amisisse ait. Sed de Sandano illo fluvio nullus alius meminit praeter *Stobaeum*, qui ex *Plutarcho* habet, et eum Sardonem vocat in textu, in margine vero Sandanum. Ergo nihil in eo certi. PALM. *Plutarch. in Parall.*) Parallela illa *Plutarcho* falso tribuuntur. LA CROZE. Quid vero? si τοξότης ἐν Ὀλύνθῳ conjungatur: *sagittarius Olynthius?* RUD. *Wielandius* contra quaerit: Quidni in talibus minutiis errare potuerit *Lucianus?* Erravit sane et alibi. Et id, quod *Rudolphus* vult, quo minus statuatur, impediunt certae linguae rationes, secundum quas dicendum fuisset ἐν Ὀλυνθίοις, vel τῶν Ὀλυνθίων. LEHM.

Ead. l. 6. Ὑπὸ Ἀστέρος) Ecce rursus ὑπὸ pro ὑπ'. Sic *Long.* Past. III. p. m. 105. ἀπὸ αἰγῶν, καὶ ἀπὸ οἴων· et IV, 112. ἐπὶ ἱκεσίαν. Sed hoc jam nimis egimus alibi, et saepe postea occurret. REITZ.

Ead. l. 7. Ἐν Ὀλύνθῳ) Conf. supra c. 28. Et videbis, cur *Solanus* notatu dignum existimarit inquirere, num constans haec sit lectio. REITZ.

Ead. l. 8. Μήτε Ἀλεξ.) Videtur ad picturae rationem respicere *Lucianus*, et hoc indicare, Philippo, post oculi cladem, contigisse, quod de Antigono narrat *Plinius* 35, 10. s. 36, 14. *Pinxit Apelles et Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, ut, quod corpori deerat, picturae potius deesse videretur: tantumque eam partem e facie ostendit, quam totam poterat ostendere.* Meminit etiam *Quintilianus* II, 13, 12. GESN.

Ibid. Ἀνιάσεται) Τὸ ἀνιάσ. gloss. videtur. τὸ μελέτω ἀπὸ κοινοῦ repetendum, i. e. μήτε μελέτω αὐτῷ Ἀλέξανδρος. GUYET. In voce ἀνιάσεται latet haud dubie vitium. Nam si cum *Micyllo* vertas: *neque illi Alexander graviter se excruciet ob Cliti caedem*, cum verbis quidem Graecis haec congruunt; sed vide jam, an etiam cum Luciani mente? Sin *Gesnerum* sequaris, interpretantem: *neque Alexander illum anget de Cliti caede*, auctoris quidem mentem senties esse expressam; sed vide nunc, an ipsa ejus verba, ut hodienum leguntur? For-

mae scilicet ἀνιάσεται activa vis quin tribui possit, valde dubito. Certe cum Lucianeo loquenti usu constantissimo id conciliari nequit. Jam ejici vocem nolim, quod statuit *Guyetus*; quia tum remotius est μελέτω, quo haec referri vult *Guyetus*, tum paullo durior efficitur structura: μήτε Ἀλέξανδρος μελέτω ἐπὶ τῇ Κλείτου σφαγῇ. Restat, ut corrigatur aut ἀνιάσῃ, aut, quod malim, ἀνιασάτω. Lehm.

Ead. l. 9. *Εἰ σαφῶς ἀναγράφοιτο*) Ἡ σφαγὴ scil. Guyet.

Ibid. *Κλέων*] De hoc homine cf. *Hemsterh.* ad Timon. c. 30. Tom. I. p. 144. (hujus Edit. T. I. p. 432.) ubi laudat etiam *Thucyd.* III, 36. IV, 21. et *Solan.* ad c. 3. libelli pro lapsu inter salutandum T. I. pag. 727. (nostrae Edit. T. III. p. 719.) Rud.

Ead. l. 10. *Καὶ κατέχων τὸ βῆμα*) *Benedictus: et tribunal contineat; Micyllus: et suggestum sive tribunal quasi possessionem suam detineat.* Quanta apud hos vilitas Latini sermonis, tantopere ab elegantibus exagitata? Dicebant Romani *tenere forum*, *tenere curiam*, de eo, qui maxima auctoritate illic polleret. Plane sic iterum locutus est auctor in Symposio, φθονῶν αὐτῷ εὐδοκιμοῦντι καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον. Eae locutiones sibi prorsus respondent. Gron.

Ead. l. 12. *Οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἣν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἱστορῇ, καὶ τὴν τοῦ Δημοσθένους λῆψιν, καὶ τὴν Νικίου τελευτήν.*) Discrepant haec ab aliorum scriptorum sententia. *Thucydides* et *Plutarchus* narrant, utrumque a Syracusanis interfectum. *Justinus* vero lib. IV. ait, Demosthenem sibi ipsum intulisse manus, Niciam vero captum. Sed vide *Plutarchum* in Nicia. Graev.

Ead. l. 13. *Καὶ τὴν Δημοσθένους λῆψιν*) De his, et quae mox sequuntur, vid. *Thucyd.* VII, 82. 84. 85. 86. Solan.

Ead. l. 14. *Νικίου τελευτὴν*) Ad loc. *Thucyd.* c. 86. quem *Solanus* laudat, meretur videri *Wassius*, ubi ait: *Lucianus* de Conscr. Hist. Niciam ait interfectum esse, captum vero Demosthenem. *Justinus* IV, 5. Demosthenem sibi ipsi intulisse manus: recte quidem hic; nam percussit se in proelio, haud tamen letaliter, teste *Plutarcho* p. 541. Die mensis Carnei XVII. Athenienses subhastati. Caeterum a Nostro dissidet *Diodorus*, et Niciam Gylippo impulsore interemtum asseverat XIII, 347. Sed a Nostro stat *Plutarch.* scriptor eruditissimus, et illi hac in parte anteponendus. Confer *Euripid.* fragm. 516. Haec *Wassius* l. c. Reitz.

Ead. l. 15. *Ἡγήσεται γὰρ*] *Gesneri* versioni: *Existimabit enim, quod res est, a nemine sano vitio sibi datum iri*, sine dubitatione praeferebam *Micyllianam*: *Existimabitur enim*

(*id quod justissimum est*) *ab iis, qui sana mente praediti sunt, non ipse in culpa esse.* Passive enim ἡγήσεται sumendum esse, omnis loci structura et sententiae ratio, maxime praepositio ὑπὸ, ostendit. Futura autem Mediorum nonnunquam etiam a nostro scriptore pro Passivis valere, documento sint exempla τιμήσεται Hermot. c. 75. et προςάξεται Phalar. I. c. 3. LEHM.

Pag. 211. l. 4. Ἐκεῖνος ὁ διώκων) Vid. *Demosth.* Ol. III. SOLAN.

Ibid. Ἐκτὸς εἰ μὴ εὔξασθαι δέον μή τι παρέλιπεν) Extra quam quod ei optandum, nihil praetermisisse, sive ne quid praetermiserit. MARCIL.

Ibid. Εὔξασθαι δέον) Alludit ad *Demosth.* locum, in quo haec totidem fere verbis leguntur, Ol. III. p. m. 26. B. ἀλλ' οὐχ' ἡδέα ταῦτα οὐκέτι τοῦθ' ὁ λέγων ἀδικεῖ. πλὴν εἰ δέον εὔξασθαι παραλείπει, ubi interpres videatur. Ego vero neutrum satis asseqnor. Id agit illic *Demosth.* ut ingrata sese dicentem purget. Neque enim sibi vitio verti merito posse ait, quod Reip. morbos ob oculos populi ponat. Nisi forte male invidere Reip. putent, si quis non perpetuo, ei ut bene sit, in oratione optet, cum non bene ominando, sed fortiter consulendo res gerenda sit. Hunc *Demosth.* locum aut aliter intellexit *Lucianus*, aut alio detorsit, quod hic ab eo factum minime oportuit; aut denique aliter ipse, quam in hodiernis Codd. legitur, quod suspicor, scripserat. Confer et Phil. I. (124. B.) *Chrys.* Ἀντ. 343. f. Ὅταν εὔξασθαι δέῃ, νηφούσῃ καὶ ἀγρυπνούσῃ διανοίᾳ τοῦτο ποίησον. In M. μήτι supra scriptum est: unde liquet, insertum fuisse ab iis, qui huic loco medicinam facere volebant. SOLAN.

Ead. l. 5. Μήτι παρέλ.) Obscuriusculum reddit hunc locum illa Atticismi affectatio, circa negationem μήτι, quae caeterorum rationi collata, abundat. Itaque idem hic valet μήτι, quod alias in eadem constructione valeret τοῦτο. Sententia igitur haec erit, scriptori rerum patriae suae adversarum imputari nihil potest, nisi forte illud, si eo ipso tempore, cum eae gererentur, vota facere pro felicitate suorum intermiserit. GESN.

Ead. l. 7. Τὸν Θουκυδίδην) *Thucyd.* VI, 96. et VII, 43. et de Γυλίππῳ VII, 73. SOLAN.

Ead. l. 8. Ἐπιπολαῖς) V. *Thucyd.* l. c. SOLAN.

Ibid. Ἑρμοκράτους τριήρη] Cf. *Thucyd.* VII, 73. sq. et omnino *D' Orvill.*. ad *Charit.* p. 203. sq. et p. 384. Hermocrates non fuit dux classis, sed Sicanus et Agathargus. Sed Lucianus videtur conjecisse, Hermocratem proelio na-

vali interfuisse; occidendus autem fuisset, quia statim post hanc pugnam callido consilio Athenienses retinuit, et Niciae subdole significavit, ne ea nocte copias abduceret. Rud.

Ead. l. 9. *Γύλιππον*] Sic dedi ex W. Sed Edd. et *Reitz.* etiam *Γύλιπον*. Vid. *Thucyd.* VII, 74. Quum Nicias falso nuntio de viis obsessis esset retentus: *Συρακούσιοι καὶ Γύλιππος τῷ μὲν πεζῷ προεξελθόντες, τάς τε ὁδοὺς τὰς κατὰ τὴν χώραν, ᾗ εἰκὸς ἦν τοὺς Ἀθηναίους ἰέναι, ἀπεφράγνυσαν, καὶ τῶν ῥείθρων καὶ τῶν ποταμῶν τὰς διαβάσεις ἐφύλαττον.* Gylippum autem Lacedaemoniorum ducem *κατάρατον* vocat, ut iste, de quo c. 14., Vologesum. Rud.

Ead. l. 11. *Λιθοτομίας*] Iu Lautumias Syracusani et socii captos Athenienses demiserunt. *Thucyd.* VII, 86. 87. Rud.

Ead. l. 12. *Πρώτων*) Cur *Solanus* nil variationis in hac voce inveniens, tamen operae duxerit eam notare, non reperio. An dubitavit de plurali numero, quia *ἐλπὶς* in aliis linguis vix habet pluralem? Non credo hanc esse caussam: neque enim ignorare potuit, id Graecis multo esse familiarius, quam vel *Ciceroni*, qui *meas spes*, plurali num. quoque dicere amat. Et sic *Lucianus* tam saepe, ut fere adnotasse pudeat. Vid. tamen mox c. 61. Ita quoque *Diod. Sic.* ιθ. p. 297. Ed. *Bas.* *προσδοκίαν ἐλπίδων ἀγαθῶν*, et ead. pag. iterum. Ita et *Long.* Past. III. p. 99. *παρ' ἐλπίδας*· ac non semel alibi. Reitz.

Ead. l. 13. *Ἀλκιβιάδου ἐλπ.*) De spe Alcibiadis *Thucydides*, (e cujus libro septimo reliqua hujus loci explicare facile fuerit) VI, 15. *ἐλπίζων Σικελίαν τε καὶ Καρχηδόνα λήψεσθαι.* Deinde sub persona Alcibiadis, quomodo fieri hoc possit, explicat cap. 17. et 18. et concludit, *ἢ τῆς Ἑλλάδος, τῶν ἐκεῖ προσγενομένων πάσης τῷ εἰκότι ἄρξομεν, ἢ κακώσομέν γε Συρακουσίους.* In ipso autem libri initio vanitatis illam spem accusat. Gesn.

Pag. 212. l. 1. *Ἀρταξέρξην*) Testantur Hebraei scriptores, nomen hoc Persarum regibus commune fuisse, perinde ac Caesaris Romanorum imperatoribus. Cogn.

Ead. l. 2. *Ἰατρὸς*) *Ctesiam* tangit, Artaxerxis Mnemonis medicum, qui fabulosa multa et adulatoria historiae admiscuerat, quo sibi regem suum conciliaret. Videndus ea de re *Plut.* in Artax. in initio. Libros autem *Ctesiae* periisse notum est. Supersunt tantum collectanea *Photii* in Bibliotheca. Solan. Dedit ista excerpta e Persicis et Indicis Ctesiae *Wesseling.* ad *Herodotum*, reddidit *Borheck.* Rud.

Ibid. Ἐλπίζῃ) Ἐλπίζῃ ex W. est. In aliis enim ἐλπίζει, mendose. SOLAN.

Ibid. Κάνδυν πορφυρ.) V. *Spanh.* 455. SOLAN. *Ctesiam* hic tangi credibile est. De *candye* non diademate, sed toga, *Spanh.* de usu et praest. num. Diss. 8. pag. 457. *Torque* non usos Persas, nisi quibus rex daret, constat ex *Xenoph.* Cyrop. 8, 4. *Nisaeos equos* inter res pretiosas numerant passim scriptores. *Strabonis* duo loca laudat *Casaubon.* ad *Athen.* 5, 5. idemque illud magnificum *Oppiani* elogium Cyn. 1, 310. seq.

Κάλλεϊ δ' ἐν πάντεσσι πέλει παννπείροχος ἵππος, κ. τ. λ.

Sic utitur *Julianus* Orat. 2. p. 50. extr. *Lips. Themistius* Or. 22. p. 266. A. Fons autem *Herodotus* 3, 106. itemque 7, 40. qui posterior locus est classicus. GESN.

Ead. l. 3. Ἵππον τῶν Νισαίων) Nisaea regio est Partyenes haud procul Caspiis montibus: ea equos praestantissimos maximosque aluit, quibus reges ipsi uterentur. *Strab.* lib. 11. *Plin.* lib. 6. c. 25. *Plut.* in Pyrrho Nisaei equi meminit. COGN. De quibus dico alibi. BOURD. V. *Xen.* Cyrop. L. VIII. p. 124, 14. Unde discimus, nulli apud Persas his uti ornamentis equisve licuisse, nisi a rege honoris caussa donatis. Quem autem haec ultima respiciant, nescio; certe non *Xenoph.* quem mox justitiae summa laude ornat. vid. *Cogn.* SOLAN.

Ead. l. 5. Οὐδὲ Θουκυδίδης) *Aemilius Probus* in Themistocle et *Cic.* in Bruto *Thucydidem* plurima fide dignum putaverunt. COGN.

Ibid. Μισῇ etc.) *Xenoph.* haec juxta ac *Thucydidem* innuunt, quorum uterque factione civili in exilium acti, nihil tamen odii in inimicos in historia, teste omni antiquitate, admiscuerunt etc. SOLAN.

Ead. l. 9. Θυτέον τῇ ἀληθείᾳ) Sic infra Lexiph. c. 23. f. χάρισι καὶ σαφηνείᾳ θύε. SOLAN.

Ibid. Εἴ τις) Ait Noster, ἓν γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦτο ἴδιον τῆς ἱστορίας, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τι ἱστορίαν γράψων ἴοι. Et hic degeneratum ab antiquis Editt. ubi recte εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι legitur. *Unum enim hoc, ut dixi, historiae est proprium; ac soli veritati litandum,* (ridicule *Benedictus, immolandum*) *si quis ad historiam scribendam se convertat.* JENS.

Ead. l. 11. Πῆχυς) Rectius vertas πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, *una norma, et mensura certa:* non, ut interpretes, *una ulna.* GRAEV.

Ead. l. 14. Κολακευόντων) Respicit ad Socraticam illam sive Platonicam artium distinctionem, qua illas omnes in πολιτικὰς et κολακευτικὰς dividebat, cujus cum etiam *Fabius* meminerit Instit. Orat. 2, 15, 25. ad eum locum e *Platonis* Gor-

gia, quae etiam hic sufficere possunt, protulimus. Caeterum ex *Fabii* l. c. verba quaedam nos sumsisse interpretationis nostrae, conferenti apparebit. GESN.

Ibid. *Εἰκότως*) Adleverat *Solanus* margini *Junt.* conferend. Saltat. c. 83. quod feci. Legitur autem ibi, *μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἄν τινι ἔδοξεν*. Sed si hoc testimonio opus est ad probandam significationem adverbii *εἰκότως*, potius remitterem ad Somn. §. 2. ubi id paullo pressius ad etymon exponit *Bourd.* Sed quid opus tam notis et ubique obviis inhaerere? REITZ.

Ibid. *Νομισθείη*) Sic Pro Imagg. c. 22. SOLAN.

Pag. 213. l. 1. *Κομμωτικὴν*) Genuina haec est scriptura, quam praeferunt M. et Ed. J. Reliquae, praeter *S.* et Amst. *κωμωτικήν*. Audi *Plat.* in Gorg. 288. C. *τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ — ἡ ὀψοποιητικὴ κολακεία ὑπόκειται. τῇ δὲ γυμναστικῇ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον, ἡ κομμωτική, κακοῦργός τε καὶ ἀπατηλὴ, καὶ ἀγεννὴς, καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασί τε καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ αἰσθήσει ἀπατῶσα· ὥστε ποιεῖν, ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν* etc. SOLAN. Lectionem *κομμωτικὴν* praeter Edd. jam enumeratas etiam A. 2. exhibet. Nihilominus apertum vitium recepit *Reitz.* et retinuerunt *Bipp.* et *Wolf.* Correxerunt autem *Rudolph.* et *Schmied.* Occurrit haec ipsa vox sine lectionis variatione Amor. c. 9. *κομμώματα* supra c. 8. *κομμωτὴς* De Merc. Cond. c. 32. ubi vid. *Solan.* Tom. III. p. 676. LEHM.

Ead. l. 2. *Ἀλεξάνδρου γοῦν*) *Alexandri dictum.* GUYET.

Ead. l. 3. *Ὡς*) Sic emendavimus pro vulgato *ὃς*, quod corrupte in omnibus legitur, excepta *B.* 2. In M. prima manus nihil scripserat; additum est *ὃς* postea. SOLAN. Quid corrupti insit in vulgato *ὃς*, non ego intelligo. Imo *Bas.* 2. et cum ea simul 3., non correctissima utraque, corruptam videntur habere lectionem. Refer *ὃς* ad *ἔφη*, et intellige de Alexandro. LEHM.

Ead. l. 4. *Ὀνησίκριτε*) In omnibus libris hic perperam legebatur *Ὀνησίκρατες*, quod necessario mutandum fuit. Nam ejusdem meminit in Macrob. c. 14. et in Mort. Peregr. c. 25. ubi recte in omnibus scribitur *Ὀνησίκριτος*, quod verum esse v. illius nomen et alii scriptores abunde testantur, quamvis in eo nomine cum apud Graecos, tum Latinos scriptores frequenter sit peccatum. (V. *Lampr.* in Commod. cap. 1. et *Salm.* nott.) *Suidas Platonis* imitatorem fuisse tradit. *Diog.* etiam *Laërt.* philosophis accenset, p. 158. *Curtius* etiam meminit IX, 10. et XI, 1. Scripserat *Onesicritus* Alexandri res gestas, eodem consilio, quo *Xenophon* Cyropaediam suam,

ad quam tanquam exemplar composuisse Alexandri laudes dicitur a *Suida* et *Laërtio*. Qua occasione sunt prolata Alexandri verba, quae hic leguntur. Mutavit autem Ed. Par. nomen illius viri in *Θνησίκρατες*, quod non monerem, et incuriae typographorum imputarem, nisi ita vertisse etiam viderem. *Strabo* permulta ex ejus historia habet XV. et XVI. *Plut.* etiam in Alex. Sed apud hunc etiam variant quandoque libri; plerumque tamen *Onesicritus* audit, ut 1282. f. V. etiam 583. f. et 591, 2. *Gellius* etiam *Onesicritum* recte vocat IX, 4. SOLAN. *Onesicritum* hunc, hyperbolarum et mendaciorum non minus, quam Alexandri ipsius, *ἀρχικυβερνήτην* noscere facile jam est ex *Fabricii* Bibl. Gr. 3, 8. p. 223. Videbat Alexander, illas *παραδοξολογίας* sustineri aliquantum, dum ipse viveret, ridiculo futuras, se mortuo. GESN.

Ead. l. 5. *Ἀναγινώσκουσιν*) Postulat sententia futurum. Invitis tamen omnibus libris noluimus mutatum: praesertim cum adeo discrepet ab hac scriptura. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ὑπάγονται*] *Reitz.* dedit *ἐπάγονται* ex J. licet cett. omnes et M. haberent *ὑπάγονται*. male. *ὑπάγειν* est *subducere*. cf. De Merc. Cond. c. 7. *ταῦτα ὑπάγει αὐτοὺς, καὶ δούλους ἀντ' ἐλευθέρων τίθησιν*. *Ἐπάγονται* non esset ineptum; sed illud auctoritate librorum et difficultate commendatur critico. RUD. Restituta vetere, eaque optima, lectione bene meruisse de textu *Luciani* videtur *Rudolphus*. Nec *Schmiederus* sequi dubitavit. LEHM.

Ead. l. 12. *Τοιοῦτος*) Notae sunt sive characteres historici, de quibus *Cic.* I. de leg. et de Orat. *Strab.* lib. 1. *Polyb.* lib. 12. *Niceph.* Greg. princip. histor. BOURD.

Ead. l. 13. *Συγγραφεὺς*) Historicus omni metu carere debet, dicendi libertatem ac veritatem amare, ut sit vere *παῤῥησιαστής*. *Cicer.* 2. de Orat. COGN.

Ibid. *Ἀδέκαστος*) *Philostratus* in Polluce pag. 593. cum usurpasset hanc vocem, sic exponit: *ἀδεκάστους δὲ ἀκροατὰς καλῶ τοὺς μήτε εὔνους μήτε δύσνους*, qui verissimus etiam hic est hujus vocis sensus; uti et in Hermot. c. 64. *διανοίας ἀκριβοῦς καὶ ἀδεκάστου* Angli aptissime per *unbiassed* exprimunt. SOLAN.

P. 214. l. 1. *Κωμικὸς*) (*Aristophanes. Vorst.*) Vide etiam Jov. Trag. c. 32. SOLAN.

Ibid. *Τὰ σῦκα*) Sic passim. BOURD. Omnes hoc proverbium *Aristophani* tribuunt, nemo vero commonstrat, ubi eo utatur. In marg. *Ald* 1. adscriptum lego *Aristoph.* in 2. Com. Sed non reperio, quidquid quaesierim. Legisse me

tamen apud eundem credo, non vero adnotavi, quod nimis obvium crederem. Reitz.

Ead. l. 2. *Σκάφην*) Male interpres *σκάφην ligonem* interpretatur. Id est, *sinum, situlam. Hesychius: σκάφαι ὀψοπλύνια*, id est, *τρύβλια*. Menag. Idem prorsus invenio in notis *Guyeti*: quare talia non semper repetam, nisi, ut supra dixi, quo videas, anne alter alterum exscripserit, quia toties idem dicunt. Reitz.

Ibid. *'Ονομάζων*) Legendum meo judicio, *τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην δὲ, σκάφην ὀνομάζων, οὐ μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ φειδόμενος* etc. *Ut Comicus ait, ficus ficus, scapham scapham appellans; nihil neque odio neque amicitiae dans; neque parcens* etc. Vulgo *ὀνομάσων*. Jens. *'Ονομάσων*) Frustra sollicitat *Jensius* hanc scripturam. Proba est, et longe venustior ea, quam substituere tentat. Solan. Optime haud dubie habet Futurum; offendit tamen cum sequentibus Praesentibus junctum. Nihilominus improbo *Reitzii* consilium, qui *Jensii* conjecturam, etsi haud prorsus improbabilem, receperit. Ceterum etiam Cod. 2954. exhibet *ὀνομάσων*, ita tamen ut supra *ων* scriptum sit *αι*. Lehm.

Ead. l. 10. *Μούσας κληθῆναι*) Vid. idem hujus *προςλαλιᾶς* c. 1. sub fin. Reitz. I. e. Herodot. c. 1. ibique Commentt. Lehm.

Ead. l. 11. *Κτῆμά τε*) Verba *Thucydid.* sic habent: *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. Habes, quod in usus perpetuos recondas, potius quam spectaculum, quo semel oculos auresve pascas.* Unde maculam in *Luciani* libris eluimus, reponendo *κτῆμά τε* pro *κτήματα*, quod tamen omnes insidebat. Vid. *Thucydid.* I, 22. Solan. Locum *Thucydidis* jam attulerat *L. Bos* in animadv. crit. p. 11. et cum *Luciano* comparaverat dicens: *Thucyd.* I, 22. *Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν σύγκειται.* Elegans est antithesis vocabulorum, ut *ἐς ἀεὶ*, et *ἐς τὸ παραχρῆμα, in perpetuum et in praesens*; sic *κτῆμα* et *ἀγώνισμα*. *Κτῆμα* est res ipsa, quae servatur et possidetur, veritas, historia vera. Recte Schol. *ἀλήθειαν* interpretatur. *'Αγώνισμα* vero certamen ludicrum, fabula, historia fabulosa, fabulis adornata, quae auditoribus jucunda. Schol. *τὸν γλυκὺν λόγον, θέαμα, παιδιὰν, ποιητικὸν ἀγώνισμα κωμῳδοποιῶν ἢ τραγῳδοποιῶν.* Sic *ἀγώνισμα ποιεῖν fabulam agere*, dicunt Graeci. Citavit haec verba *Lucianus* h. l. ubi eleganter exponit *τὸ ἀγώνισμα* per *τὸ μυθῶδες*, et *κτήματα* per *τὴν ἀλήθειαν*. Inferius eod. lib. versus finem idem explanat dicens, — *καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσονταί σε* — *οὐδὲν*

κολακευτικὸν, οὐδὲν δουλοπρεπὲς, ἀλλ' ἀλήθεια ἐπὶ πᾶσι. Apposite etiam *Polyb.* L. 2. p. 197. et L. 3. p. 257. Adde quoque *Joseph.* L. 1. contra Apion. p. 1035. Quorum verba *Bos* adducit, quae quia nimia, non repeto. Sed addo ex marg. *Ald. Historia sit κτῆμα, non ἀγώνισμα.* Citat idem *Plinius* L. V. Ep. ad Capitonem. Reitz.

Ibid. Ἐς τὸ παρὸν ἀγ.) Nobilis locus ex I, 23. quem supra jam ex parte tetigit, ubi vetus etiam Scholiastes *Herodoti Medica* notat innui. Ea nimirum ἀγώνισμα ἐς τὸ παρὸν, vel, ut est apud *Thucydidem,* ἐς τὸ παραχρῆμα, sciptum ad hoc compositum, ut in Olympiorum celebritate recitatum plausus et victoriam auctori suo pararet, quod genus *commissiones* vocari constat e *Sueton.* Calig. c. 53. ubi hoc ipsum *Thucydidis* ἀγώνισμα hac voce reddendum *Casaubonus* ostendit. *Thucydides* sua sibi scripta esse vult κτῆμα ἐς ἀεὶ, *possessionem,* h. e. monumentum, quod perpetuo ipsius proprium sit. Laudat etiam hunc locum *Plinius* V, 8, 11. Gesn. — Utrum Herodotum occulte perstrinxerint, (Thuc. et Luc.) non satis liquet; eum certe deceptum potius, quam mentientem falsa dixisse putem. Rud. De veracitate Herodoti hodie nemo facile dubitat. Sed tecte tamen, neque inhumaniter, Thucydides, et jam Lucianus quoque, significant Herodotum non omnino ab ambitione quadam et laudis studio alienum fuisse, magisque forte aequalium applausum et admirationem, quam posterorum judicia, in scribendo respexisse. Hanc *Wielandii* sententiam, si quis *Thucydidis* locum attente lectum cum hisce *Luciani* verbis comparaverit, non poterit non veram agnoscere. Lehm.

Ead. l. 12. Τὸ μυθῶδες) Vide eundem *Thucyd.* et *Tacit.* An. IV, 33. Caeterum ut profutura, ita nimium oblectationis afferunt. Solan.

Pag. 215. l. 1. Ἱστορίας, ὡς) *Thucyd.* I, 2. et II, 48. Solan.

Ibid. Ὡς εἴ ποτε) Haec verba apud *Thucyd.* non reperio, sed his similia. Vid. I, 22. f. II, 48. et VII, 56. Sic *Liv.* in operis praef. *Inde tibi tuaeque Reip. quod imitere, capias.* Solan.

Ead. l. 2. Πρὸς τὰ π. ἀποβλέποντες) Ne quis imperitior credat ἐπιβλέποντες legendum, rursus monebo eleganter oppositam praeposit. solere addi ejusmodi verbis, ut *Diod. Sic.* L. XIX. p. 297. ed. *Bas.* ἀπέβλεπον πρὸς τὰς εὐμενοῦς ἐλπίδας. *Long.* Past. III. p. 118. ed. *Jungerm.* εἰς τὴν θάλασσαν ἀπέβλεπε. *Noster,* Gall. c. 18. εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας. Idem supra

Hermot. c. 97. f. ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐκχέας· ad quem l. alia similia jam dedi. Reitz.

Ibid. Εὐχρῆσθαι τοῖς ἐν πόλεσι) Vertunt: *rebus civitatis recte uti possent*, cum sit, *bene rempublicam gerere*. Improbat in historico inter alia τὴν ἀγκύλην ταῖς ἐπιχειρήσεσι, scilicet ἑρμηνείαν. Interpres, *argumentationibus rotundam*. At hoc laudem meretur. Verte, *tortuosam argumentationibus*. In eadem periodo κομιδῇ τεθηγμένος, non est *admodum acuminatus*, ut ineptissime interpres, sed *valde concitatus*, ut solent oratores esse. Ex Alcidamante refert *Aristot.* 111. Rhet. c. 3. inter frigida dicta ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθηγμένον, *mera animi ira incitatum*. Frigus est in ἀκράτῳ ὀργῇ. Nec sequentia verba ceperunt interpretes, καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω, καὶ πυκνὸς, cum illa vertunt, *sententiae autem inter se cohaereant, ac solidae sint*, perquam absurde. Cum sit, *sensus sit sibi consonus*, (hoc est, qui sibi ipsi non repugnet) *et sapiens*, hoc est, varia rerum cognitione et scientia velut densus. Graev.

Ibid. Τοῖς ἐν πόλεσι) Sic legit interpres: aliter longe in Cod. *Petri Golmani* ἐν ποσί. Bourd. Ποσὶ Mss. *Golm.* et L. ut Nigrin. c. 4. et Jov. Trag. c. 31. et 43. In reliquis πόλεσι. Solan. Non sunt haec ipsa *Thucydidis* verba: sed hanc sententiam ex perplexa illius oratione licebat excerpere. Eo magis inclinabat animus pro illo, τοῖς ἐν πόλεσι, legere τοῖς ἐν ποσὶ, *iis, quae ante pedes*, vel prae manu, *sunt:* ita certe in interpretatione posui. Quin nihil excusatione opus esse video, inspecta *Bourdelotii* ad hunc locum observatione. Gesn.

Ead. l. 4. Τὴν δὲ φωνὴν) Hic vero locus mihi semper difficillimus visus est et mutilus; neque enim ullum apparet verbum unde pateat, probet an rejiciat *Lucianus*, quae hic recenset: et manca sane sententia, si haec ab ipso improbari cum *Graevio* aliisque sentias. Nam quod sequitur, μὴ κομιδῇ τεθηγμένος etc. nulla arte efficies, ut ad haec spectent. At si rursus haec, quae enarrat, probet, quod fiet, si cum praecedentibus, ut facimus, conjungas, ut ἔχων ad utrumque pertineat; non minor oritur difficultas. Quis enim in historico, nisi forte cum pro concione dicentes inducit, *vehementiam* illam et *oratorias artes* requirat? Confer quae de historico stylo apud *Cicer.* praecipiuntur in de Or. II, 15. et Or. 20. *Sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.* Nodum solvant alii, mihi non liquet. Solan. *Solanus*, qui ad verba τὴν δὲ φωνὴν ista adnotavit, forte lecta nostra interpretatione aliter sentiret, inprimis

considerata vi verbi τεθηγμένος, quod a ferri ac dentium acumine ad incitationem animi, ac dicendi vehementiam, pulchre refertur. Abesse vult ab historico forensem illam asperitatem, et contentiosum genus dicendi. Gesn. Difficultatem, quam *Solanus* hic invenit, ego nullam video. Nam voces μὴ κομιδῇ τεθηγμένος pertinent, quidquid contra decernat, ad τὴν δὲ φωνὴν, sc. κατά· et quum ex opposito, ἀλλ' εἰρηνικῶτ. tum ex reprehensionibus, quas supra habuimus, satis apparet, haec a Luciano improbari. Τεθηγμένος autem est concitatus, vehemens. cf. praeter locum *Aristot.* 3. Rhet. c. 3. ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθηγμένον, *mera animi ira incitatum*, quem *Graevius* attulit, ea, quae dixi in Ind. *Aeschyl.* Prometh. v. 311. εἰ δὲ ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους ῥίψεις· ubi Scholia: ἀκήρους καὶ ὑβριστικούς· ἐκ μεταφορᾶς τοῦ τεθηγμένου σιδήρου καὶ ἐστομωμένου. Et Scholia Cod. Viteberg. inedita: ἀναιδεῖς καὶ βαρεῖς καὶ ὀξεῖς, ἠκονημένους.) Rud. Vide, si opus adhuc sit, *Schütz.* ad *Aeschyli* locum. Lehm.

Ead. l. 5. Κάρχαρον) Vid. supra De Merc. Cond. c. 35. Infra De Salt. c. 4. Bis Acc. c. 33. De Luct. c. 4. et saepe alibi. Solan.

Ead. l. 9. Λέξις — πολιτική) Recte *Micyllus* vertit *dictio civilis*, seu politica, quali utuntur in comitiis, in concionibus, in senatu, in judiciis viri, qui in republica versantur. *Seneca* Controv. 8. lib. 1. *dixit rem paullo elatiorem, quam pressa et civilis oratio recipit.* *Hermogenes* tribuit Demostheni inprimis politicam dictionem, lib. 1. Περὶ ἰδεῶν lib. 1. c. 1. Ὁ τοίνυν Δημοσθένης, ὅ, τι περ κεφάλαιον ἦν, τὸν πολιτικὸν ἠκριβωκώς, τὸ μὲν, ὡς διὰ πάντων ἥκει πανταχοῦ ταῖς μίξεσι. *Demosthenes, id quod praecipuum fuit, cum accurate genus orationis politicae excoluisset, omnia quoque genera exsequitur, ubique ea miscens.* De politico hoc dicendi genere multis accurate agit *Hermogenes* in libro secundo c. 10. et seqq. Ei opponitur σοφιστικὴ καὶ λογογραφικὴ λέξις, Scholastica, et declamatoria dictio: ab ea quoque *Hermogenes* distinxit ἀγοραῖον καὶ πανηγυρικὸν, forense et panegyricum, quod tamen quomodo πολιτικῷ misceatur, pulchre docet. Graev.

Ead. l. 13. Φανώτατα) W. at reliqui φανότατα. Solan. Fortasse non male. Nam si φανὸς vere pro φαεινὸς dicitur, ut habet *Suidas*; producendum φα, et tum retinendum esset ο. At φανὸς videtur anceps. Rud. Vid. *Spitzner* Versuch einer griech. Prosodie p. 81. qui e Grammaticorum veterum praeceptis docet produci φα in φανός. Itaque non dubitavi Editionum veterum omnium lectionem φανότατα restituere. Lehm.

Pag. 216. l. 3. Ἐπεὶ τοῖς) Docet figuris non molestis orationem ornandam, ἐπεὶ τοῖς κατηρτυμένοις τῶν ζωμῶν ἐοικότας ἀποφαίνει τοὺς λόγους. *Micyllus* vertit: *quoniam perinde, ut jus aliquod, orationem quoque recte conditam habere debet.* Quam longe a Graecis abit. *Benedictus*: *siquidem illud orationem condimentis similem reddit.* Nequaquam. Oratio cibo debet similis esse, non condimento. Condimentum autem cibum reddit gratiorem. Illa condimenta sunt figurae, quae debent esse ἡδύσματα, non ἐδέσματα, ut superius docuit. Vertendum igitur: *siquidem suam orationem reddet similem juri bene condito*, aut *suos libros.* Graev. Et vis praepositionis κατὰ, et ratio τῆς ἐπεὶ, qua vel in hoc libello aliquoties utitur *Lucianus*, facile interpretationem nostram tuebuntur, licet in alia omnia abeant, quantum nobis constat, interpretes et Lexicographi. Nostri τῷ καταρτύειν simile verbum habent, *versaltzen.* Gesn. At *Suidas*; καταρτύσων· παρασκευάσων, εὐτρεπίσων. et *Hesych.* κατασκευάσαι, τελειῶσαι, στερεῶσαι. Rud. Idem *Rudolphus* in Ind. vertit h. l. *condire*, et citat minus apte *Dionys. Hal.* de Compos. Verb. p. 3. *Steph.* πολιαῖς κατηρτυμένης ἡλικίας. cum quo loco aptius *Schaeferus* confert *Alciphron.* Ep. I, 8. ὁ λέμβος — τοῖς πολλοῖς ἐρέταις κατηρτυμένος. Ceterum *Schneiderus* in Lexico *Gesneri* explicationem probavit, cui et ego adstipulor ob loci indolem et sensus elegantiam. Quamquam hanc verbi καταρτύειν potestatem nondum me alibi legere memini. Lehm.

Ibid. Κατηρτυμένοις) *Arist.* Rhet. III. *Ald.* Ed. p. 552, 1. οὐ γὰρ ἡδύσμασι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασι τοῖς ἐπιθέτοις. Solan.

Ead. l. 7. Συμπλέκηται] Sic ἡ τοῦ ἱστορικοῦ γνώμη, non ποιητική. Sententia huic loco subjecta haec mihi videtur: Est, ubi historicus magnas et magnificas res animo concipere et eloqui debeat. Sed illud magnificum et splendidum non debet esse nisi in rebus, vere iis quidem gestis; dicendi genere poëtico nunquam utatur. Rud.

Ead. l. 8. Ἀκάτια) Naviculam *acatium Plin.* IX, 30. Sed potius hic τὸ ἐν ἀκατίῳ ἱστίον de velo intelligendum recte vidit *Baifius* p. 121. *Vorst.* Solan.

Ead. l. 12. Κίνδυνος — τότε μέγιστον) Ubi ostendit, quando et quomodo historicus possit poëticis locutionibus et dicendi generibus uti, ut quam considerate illis utendum sit, cum utitur: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστον παρακινῆσαι, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα. Interpretes: *Periculum enim est, ne, quod maximum est, de statu mentis emoveatur, et in istum Corybantem poëtices impingat.* Ista verba, *quod maximum est,* frigent hic, si quis accuratius ea inspi-

ciat. Existimo scripsisse *Lucianum: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος παρακινῆσαι, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα, periculum tunc maximum est, ne mente movearis, et corripiaris enthusiasmo poëtico. Κόρυβας* hic *κορυβαντισμὸς, ἐνθουσιασμός*. Sequitur statim: *Ὥςτε μάλιστα πειστέον τηνικαῦτα τῷ χαλινῷ, καὶ σωφρονητέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν γίνεται.* Verterunt: *Quare maxime tunc fraeno credendum, et ratione utendum; illud scientes, quod et in verbis non mediocre malum est, inanis gloria, seu hippotyphia.* Non poterat infelicius. Nescivit, quid sit *ἱπποτυφία*, praeterea male *ἐν λόγοις* interpretatur *in verbis*, cum sit in oratione pedibus soluta, quae et pedestris dicitur, et opponitur poëticae. *Ἱπποτυφία* est *fastus ille poëticus:* sic enim vocavit grandia verba, quibus poëtae utuntur cum laude, sed quae vitiant orationem prosam. *Aristophanes* vocat *ἱπποβάμονα ῥήματα,* hoc est, *equestria verba, quae more equorum incedunt,* hoc est, *ὑψηλὰ*, grandia. Alibi idem dicit *ἱππόκρημνα ῥήματα, verba grandia instar grandium rupium,* Latinis *sesquipedalia:* sicut enim soluta pedestris vocatur, sic oratio pedibus ligata equestris. *Ἵππος* et *βοῦς* apud Graecos in compositis augendi vim habent. *Βοῶπις*, quae grandes oculos habet. *Βούπαις, catulaster,* in glossis et apud Orientium, h. e. major puer, qui incipit catullire. Sic *ἱππαλεκτρύων* est magnus gallus; *ἱππογνώμων, μεγαλογνώμων*, qui elate et magnifice de se sentit; et alia multa hujus notae. Sic *ἱπποτυφία* est magnus fastus, et in oratione *nimius et inanis verborum tumor.* Graev. Emendationem *Graevii* firmat Cod. L. Impressi plerique *κίνδυνος — μέγιστον.* M. et J. *κίνδυνον — μέγιστον.* Solan. Lectio *κίνδυνος — μέγιστον* non est inepta; nam Neutr. Adj. esset adverbialiter positum, et vertendum, non: *ne, quod maximum est, de statu mentis emoveatur;* sed potius: *ne maxime* etc. Rud. Sic quo minus capiantur verba, gravissime prohibet *τό, τε*, quod vim adverbialem minime patitur. An *τότε* legi vult *Rudolphus?* Dici hoc saltem debebat. Nam una tantum *Junt.* sic exhibet. Et unice quidem recte. Nam *τό, τε μέγιστον*, *id quod maximum est*, impedit orationem, nec *τε* omnino locum habere potuit.

Ead. l. 14. *Κορύβαντα*) *Κορυβαντιασμόν*. Guyet.

Ibid. *Πειστέον — τῷ χαλινῷ*] Interpr. *inprimis exaudiendae sunt habenae.* Sed quid hoc sibi vult? alii: *fraeno credendum.* Nimirum, plurimum habenis est tribuendum, maxime sunt adhibendae. Rud. Id ipsum *Gesnerus* voluit verbo *exaudire,* licet metaphora non aptissima usus. Lehm.

Pag. 217. l. 1. *Ἄμεινον οὖν*] Haec allegoria fortasse

nimis est quaesita. Excusationis aliquid habet in usu loquendi, ubi pedestris oratio. Sensus vero verborum est: Expositio debet pedestris sequi sententiam equo vectam, et ephippia prehendere, ne remaneat, a sententia quasi velociore relicta. Similitudo ducta ab hominibus duobus, iter facientibus, quorum alter equo vehitur, alter pedibus juxta incedit. Rud. Philologus Jenensis (*Schützius*) in Programmate a. 1792. edito de hoc, quem dicit, difficillimo loco maxime accusat auctorem, uti verba ejus vulgo legantur, imaginum confusionis et perturbationis; quo crimine ut eum liberet, jam satis audacter ἐφ' ἱστίου pro ἐφ' ἵππου, pro ἐφιππίου autem ἐφολκίου corrigi jubet. At fallitur egregie. Nam hac ipsa mutatione jam illud ipsum efficitur, quod censor severissime vituperaverat, ut imagines ingratissime misceantur, omnisque locus foedissime corrumpatur. Quid enim χαλινὸς, quid ἱπποτυφία, in re quidem nautica? Et haec ergo erant corrigenda, ut imagini accommodarentur. Neque tamen sic quidem bonam habuissemus et gratam rei, quae agitur, expositionem. Quid multa? nihil mutandum. Sensim ac leniter oratio ab imagine cursus navalis transit ad comparationem cum itinere terrestri factam; leniter, inquam, per verba παρακινεῖν et καταφέρεσθαι, quae facile auctori equestris rei imaginem suppeditabant. Unde statim χαλινὸς, ἱπποτυφία (der Koller), et quae deinceps aptissime adnectuntur de moderato orationis cursu praecepta. Lehm.

Ead. l. 4. *Καὶ μὴν καὶ*) Vide nos paullo infra ad §. 60. hujus προςλαλιᾶς. Reitz.

Ead. l. 5. *Οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα*) Vid. *Cic.* orat. n. 57. pag. Ed. *Gronov.* 558. Solan.

Ead. l. 8. *Συντακτέον*) Angl. συνακτέον. Bourd. *Συνακτέον* A. G. W. et P. non ut in impressis omnibus, συντακτέον. Solan.

Ead. l. 13. *Κἀνταῦθα ἤδη καὶ στοχαστικός τις, καὶ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου ἔστω*) Vertunt: *Jam etiam hic esto aliquis ad id, quod probabilius erit, tum conjiciendum, tum componendum habilis.* Itane συνθετικὸς est ad *componendum habilis?* Imo συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου est, qui, quod probabilius fuit, poterit constituere, qui potest ex variis, quae varie narrari audivit, quod maxime probabile est colligere, construere, seu componere. Paullo ante mallem ex nostro et Angl. Codice, τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ οὐχ ὡς ἔτυχε συνακτέον, *res ipsae non sunt temere congerendae, corradendae.* Nam συντακτέον, quod in editis habetur, curam et ordinem notat,

quae in componendo adhibetur, quod tamen sententiae hujus loci adversatur. Graev.

Ead. l. 15. *Πρῶτα*) Cur *Benedictus* in πρῶτον mutarit, caussam non video, neque consilio factum credo: pluralis enim quasi adverbialiter positus adeo est frequens, ut singulis fere paginis occurrat; vid. mox cap. 49. f. τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα. Sic οἷα Nostro aliisque fere perpetuum quoque pro οἷον. Quare exempla ex *Nostro,* ut nimis obvia, non addam. Sed quia *Hemst.* Somn. §. 2. operae pretium existimavit ὅμοια pro ὁμοίως exemplis adstruere, quod nonnulli id non noverant, liceat et nobis pauca addere ex aliis. *Οἷα* singulari additum vid. igitur ap. *Long.* Past. I. p. 18. et 21. Ed. *Jungerm.* et II, 75. οἷα — εἰθισμέναι, ac non semel in seqq. *Anacr.* Od. IV, 7.

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς.

Sic πότερα pro πότερον rursus *Long.* Past. II. p. 48. Sic ἶσα pro ἴσως *Hippocr.* pr. jur. jur. ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἶσα γενετῆσιν ἐμοῖσιν. Immo superlativi adverbiales, ut sic dicam, tantum non perpetuo pluraliter efferuntur, ut ὕστατα millies ap. *Homer.* πρώτιστα apud *Aristophan.* et *Aelian.* Vid. si quid opus, *Spanhem.* ad *Aristoph.* Plut. v. 46. Reitz. Mox eodem modo τὰ πρῶτα occurret. Sed quorsum haec, et talia, notentur, quae nec pueros tangant, nec viros? Lehm.

Pag. 218. l. 3. *Χρηματιζέτω*) Lege omnino σχηματιζέτω, non χρημ—, quod tamen omnes libri prae se ferunt. Solan. *Suid.* χρηματίζεσθαι· χρήματα πράττεσθαι. ἐὰν δέ τις εἴπῃ τὴν λέξιν ἐνεργητικῶς, χρηματίζει, οὐκέτι τὸ αὐτὸ δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ πράγμασι χρῆσθαι· οἷον φαμὲν, χρηματίζει ἡ βουλὴ, καὶ ὁ δῆμος· οἷον, πράγμασι σχολάζει· et postea: χρηματίζει, δοτικῇ· ἀποκρίνεται, πράγματα διοικεῖ. — χρηματίζειν ἐστὶ, καὶ τὸ λόγους διδόναι ἀλλήλους. — Est nimirum χρηματίζειν, *res serias tractare.* cf. *Theophr.* Char. VII, 2. Itaque lectionem χρηματ. retinendam censeo, et ita explico: versetur in negotiis; facta, quae in commentariis paucis verbis annotaverat, uberius exponat, explicet et exornet. Rud. Quae quidem explicatio quam contorta sit et arte quaesita, quicunque *Dorvillii* adnotationem ad *Charit.* p. 409. *Lips.* legerit, facile intelliget. Sed hinc simul patet, desperandum esse de defendenda vulgata lectione. Nec *Wielandius* dubitavit *Solani* conjecturam σχηματιζέτω sequi. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἐοικέτω τότε τῷ τοῦ Ὁμήρου Διΐ*) *Similis sit Homerico Jovi,* Iliad. V.

Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν,
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν.

GRAEV. Vide *Hom.* Il. *N*, 4. SOLAN.

Ibid. *Τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν γῆν*) Mallem *τὴν τῶν ἱππ.* etc. ut recte *Solan.* in marg. *Junt.* monet, etsi nulla Edit. articulum femin. habet. Nam sic recte eadem legas infra, in Icarom. c. 11. post. med. *τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν*, scil. *γῆν*. REITZ. Confirmat *Solani* conjecturam Codex Gorl. LEHM.

Ead. l. 10. *Εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀνακόπτων τὴν ἐπίβασιν*) Vide *Thucyd.* lib. IV. de oppugnatione Pyli. GRAEV. Vide, praeter *Thucyd.* IV. cap. 11. *Plut. π. τ. βρ. τιμ.* non longe ab initio, et in Lysand. initio. Idem *Thucydid.* initio L. IV. docebit te etiam, quem Demosthenem et ad quod ejus praeclarum facinus respexerit. SOLAN. Respicit ad *Thucyd.* IV, 12. ubi Lacedaemonius Brasidas exscendere conatur in munitiones Atheniensium ad Pylum, prohibente Demosthene. GESN.

Pag. 219. l. 2. *Καὶ συνδιωκέτω, καὶ συμφευγέτω, καὶ πᾶσι τούτοις μέτρον ἐπέσθω*) Codex vetustus melius, *πᾶσι τούτοις μέτρον ἐπέστω, in his omnibus sit modus, teneatur modus.* Sequentia perobscure transtulerunt: *καὶ πρὸς πάντα σπευδέτω, καὶ ὡς δυνατὸν, ὁμοχρονείτω, καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας εἰς Μηδίαν, ac ad omnia properet, et, quatenus fieri potest, idem tempus habeat, transvoletque ex Armenia in Mediam.* Quid est, *idem tempus habeat?* Verte, *eodem sit tempore et volet ex Armenia in Mediam:* eodem tempore sit in Armenia, Media, Iberia, Italia. Hinc in fine hujus periodi dicit, *ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο, ne nullo non tempore absit*, hoc est, semper et ubique, ubi aliquid geritur, animo sit praesto: sic enim intelligenda haec sunt, interpretes non ceperunt. Paullo inferius tenebrae offusae quoque sunt his verbis: *οὐ γὰρ ὥςπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενά ἐστι, καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ ἤδη. δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά. Non enim quasi rhetoribus scribant, sed quae dicenda sunt, etiam dicentur: nam jam facta sunt. Verum disponere illa debet, et narrare.* Hoc est, non quid dicant historicis quaerendum, id enim est jam factum, sed qua ratione et ordine dicant. Rhetori autem quaerendum, quid dicat. Hinc inventio praecipua Rhetorices est pars. GRAEV.

Ead. l. 3. *Ἐπέστω*) Sic G. P. L. optime. In reliquis et M. ipso *ἐπέσθω*. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἣν κατεπείγῃ*) *Ἐπ' ἐκεῖνα καταβαινέτω, ἣν κατεπείγῃ*, interpr. *si festinet*, ad illa transeat: debebat, ad *illa*

transeat, si urgeant. Apud *Isocratem* et alios passim occurrit, ἢν κατεπείγῃ, *si res urgeat.* Mox dicit ὁπόταν ἐκεῖνα καλῇ, et pag. seq. iterum, ὅταν δὲ πάνυ κατεπείγῃ τὸ πρᾶγμα. Vitring. *Si festinet,* verterat *Benedict.* Rectius *L. Bos* de ellips. p. 136. (quem in corrigenda versione sequendum peritissimus harum elegantiarum *Hemsterh.* adnotaverat) *si res urgeat,* (sive *urgueat,* ut scribendum volunt) intelligitur enim πρᾶγμα, ut *Bos* docet ibid. Sic itaque etiam nunc verti malim, etsi nihil in *Gesneri* versione mutavi, quia ab ejus mente prope abest. Reitz. Nihil opus est, ut post κατεπείγῃ hic aliunde intelligamus πρᾶγμα. Simpliciter enim ad ἐκεῖνα refertur, quod etiam interpretatione expressum est. Gesn. Vid. *Schwebel.* Praef. ad *L. Bos* de Ellipss. et *Schaefer.* ibid. p. 410. sq. Lehm.

Ead. l. 7. Ὁμοχρ.) Musicorum est vocabulum, cum vox et cithara suos quaeque tonos servantes concentum edunt, quem pro lubitu modos faciens edi voluit: quod fit, dum utrinque tempus sedulo tono cuique assignatur, quod a διδασκάλῳ imperatum est, aut breve, aut longum, aut divisum. Usurpat iterum *Noster* Musicorum sensu Imagg. c. 14. Solan. Obscurum, quid h. l. sibi velit; aut: quae brevi tempore gesta sunt, brevissime narret; quae plus temporis exigebant, in iis diutius haereat; et haud scio an ita ceperit *Gesnerus,* quum verteret: *eodemque cum ipsis temporibus vestigio procedat;* aut, quod magis placet, cum *Wielando* intelligas: *und so sey er, so viel moeglich, überall immer gleichzeitig zugegen.* Rud. Illud nec *Lucianus* cogitavit, nec *Gesnerus* interpres, ut verba ejus ipsa ostendunt. Nec *Belinus* aberravit, vertens: *et qu'il exprime, s'il est possible, l'identité des temps,* et hanc subjiciens notam: „Lucien veut dire par — là, que si plusieurs événemens se sont passés en même temps, il faut que l'historien, par la rapidité de son récit, imite, s'il est possible, cette identité de temps.“ Patet hic sensus ex iis, quae auctor deinceps illustrandi caussa addit. Lehm.

Ead. l. 11. Τὸ κέντρον) Ita W. et P. non ut in reliquis est τῷ κέντρῳ. Aliquid forsan hic subest, quod quia antiquorum speculorum ratio non satis nota est, industriam curiosorum hominum fugit. Hoc certe scio, neminem capere posse, quod priores interpretes hic habent. Ego si sensum *Luciani* non sum assecutus, certe aliquid videar dixisse; illi nihil. Solan. An eo tempore rotundis vulgo speculis utebantur, iisque vel convexis aliquantum, vel concavis, in quibus *centri* aliqua ratio habenda? Suadent illud tum alia, tum illud, quod Noviomagi in sepulchro repertum, de quo

ex *Jo Smithi*, i. e. *Smetii*, epistola in *Fortunii Liceti* opus de Lucernis 6, 92. relata, ipsisque adeo *Smetiorum* antiquitatibus Noviomagensibus p. 118. constare potest. Hoc tamen non eo pertinet, ut alia specula incognita tum fuisse dicamus, quod facile refutatur ex *Seneca* Nat. quaest. I, 17. *Sexto Empir.* Pyrrh. Hyp. 1, 48. p. 15. *Fabr.* aliisque. Gesn. Etsi veterum specula fuerint plerumque rotunda, nihil tamen accuratum centrum facit ad imagines tales reddendas, quales accepere: nam quae hoc praestant specula, ea tantum oportet esse plana superficie, nihilque tum refert, sintne rotunda, necne. In quibus autem speculis centrum accuratum locum habet, ea sunt superficiei convexae, aut concavae, quorum priora reddunt imagines minores, posteriora majores, immo inversas, si objectum ad certam distantiam admoveatur, quod hodie satis notum. Si igitur ejusmodi specula caustica intelligat *Lucianus*, (quod non videtur) ea ad ordinarios usus fere sunt inepta. An igitur per ignorantiam mathematicam *κέντρον* dixit? an per *κέντρον* generaliter tantum opificis *ἀκρίβειαν* intellexit, ut *ad amussim*, *ad normam*, dicimus, pro accurate, i. e. pro *affabre facta planitie*, quae opponatur *distortae*? Interim specula caustica veteribus non fuisse ignota arbitror. Etsi enim quae de Archimedis speculis, quibus hostium naves in obsid. Syracus. incenderit, narrantur, pro fabula merito habentur; ipsum tamen commentum satis vetustum prodit, rem non incognitam fuisse. Quin et *Aristophan.* Neb. 764 — 8. de lapide splendido, sive crystallo, (vel vitro) quo aliptae ignem ex sole accendunt, diserte mentionem injicit, dicens: *"Ηδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον Ταύτην ἑώρας, τὴν καλὴν, τὴν διαφανῆ, Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; Τὴν ὕαλον λέγεις; Ἔγωγε·* et mox, *ταύτην λαβὼν — Ἀπωτέρω στὰς ὧδε πρὸς τὸν ἥλιον, Τὰ γράμματ' ἐκτήξαιμι*, i. e. *hac sumta procul stans, hoc modo, ad solem Delevero literas scripti*, i. e. liquescere faciam ceram, in qua literae exaratae; id enim *ἐκτήκω* hic significat. Aliud instrumentum aeneum, quo ignem sacrum ad solem incenderint, ex *Plutarcho* exhibet *Lips.* Syntagm. de Vestal. sive T. III. p. m. 1092. quem etiam vide pagg. praecedd. licet forsan non plane ad mentem veterum, tamen indaganti patebit, ex solis radiis ignem accendere, non incognitum fuisse, etsi quoque is vocari queat ignis solaris, quem attritu lignorum eliciebant. Si tamen usus vitri aut metalli causticus olim cognitus fuerit, dixeris, veteres non potuisse ignorare microscopia, perspicilla ac telescopia, quorum inventionem ampliss. *de la Rue*, in libr. inscripto *Geletterd Zeelandt*, tribuit *Za-*

chariae Janssonio, Medioburgo Zeelando, an. 1590. Sed *Valer. Andr.* Bibl. Belg. pag. 14. perspicilla dimetiendis turribus invenisse narrat *Jacobum Metium*, eodem anno (quod jam non dijudico, cum hoc posterius de dioptris astrolabii intelligi queat.) At potuit deperdita fuisse ars veterum, ac de novo inventa; quod certe statuendum, si vera attulit Mr. *de Valois*, qui in Hist. de l'Acad. R. de belles Lettres T. I. p. 136. adserit, veteres jam Archimedis tempore tubos, quae *telescopia* vocamus, habuisse, et Ptolemaeum regem Aegypti Pharum exstruxisse, ex qua ope telescopiorum naves hostiles ad sexcenta miliaria detegi potuerint. Sed quis non sentit, fabulas has esse? quas tamen ubi ille legerit, adductis auctoritatibus veterum adstructum vellem, ut veritas indagari queat; alioqui ex fabula de Lynceo, idem praedicare possem. Interim ex his aliisque, quae adducere possem, si tempus permitteret, probabile tamen fieret, quod ante dixi, non incognita omnia veteribus fuisse, quae hodie pro novis inventis habentur. Reitz. Equidem centrum speculi rotundi, qualia veterum specula plerumque fuerunt intelligo; quamvis enim exactum centrum nihil videatur facere ad imagines tales reddendas, quales accepit, tamen adjuvat formam. Speculum non solum usum habeat, verum etiam elegantiam; ita sententia historici; historia res gestas recto et vere exhibeat, sit tamen etiam elegans. Referendum hoc videtur ad τάξαι et ζητητέον ὅπως εἴπωσιν. Rud. At vide, quem, praeeunte *Guil. Langio*, citavit *Schmiederus*, *Beckmannum* in libro: Beytraege zur Geschichte der Erfindungen, Tom. III. Fasc. 4. p. 285. sq. et confer *Salmas.* Exercitt. Plinn. p. 756. Lehm.

Ead. l. 14. Ὥςπερ τοῖς ῥήτορσι) Recte, an secus, se hic locus habeat, non pronuntio, me certe diu torsit. At ecce tandem alium huic prorsus geminum, ex quo et intelligetur melius, et fortassis emendabitur. Exstat is in De Salt. c. 65. his verbis: ὁ σκοπὸς τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ὑπόκρισίς ἐστιν, ὡς ἔφην, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτηδευομένη. Vide itaque, an non et hic ita legendum, uti illic legitur. Vel si minus arridet haec conjectura, aliam accipe. Lege ὥςπερ τοῖς ῥήτορσιν ἢ γραφεῦσιν· et excidisse puta verbum in hunc sensum, *licet aut demere de veris, aut addere.* Mihi magis placet conjectura prior, atque adeo sic lego, κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ῥ. γρ. Vid. Prometh. in Verbb. cap. 2. et passim. Solan. Κατὰ τὰ αὐτὰ hic inseri voluit *Solanus*, quia in Prometh. §. 2. et alibi, fere sic occurrit. Reitz. Τοῖς ῥήτορσιν γράφειν est sub magistro eloquentiae sive rhetore exercitationis caussa scribere, uti et ipsam speciem, et verba fingere non licet modo,

sed oportet. Alia historici ratio. Illud γράφουσι potest aliquem turbare, quia adhuc singulari numero de eo, quem format, historico egit. Gesn. Cl. *Belinus*, vertens, *car l'historien ne compose point comme on le fait dans les écoles des rhéteurs*, pro ὥςπερ legit ὡς παρά. Idem in Animadv. ad *Oppian.* libr. I. de Ven. v. 62. adnotat: In hoc loco recte de numero singulari ad pluralem saltum animadvertit *Gesnerus*. Similis invenitur numerorum enallage ap. *Sophoclem* in Ajace Mast. v. 739. οὔ τις ἔσθ' ὃς οὐ Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες. Quod vero ad illud ἀποκαλοῦντες observat Schol. hic legisse non poenitebit: Ἀττικὸν ἔθος τὸ ἐπιφέρειν ἑνικοῖς τὰ πληθυντικά, καὶ ἀνάπαλιν. Bip. Nullius modi emendatione indigent verba vulgata, modo ita explicentur, ut docuit *Gesnerus*. Lehm.

Pag. 220. l. 3. Ἀλκαμένει) Phidiae is aemulus. Vid. c. 4. *Plut.* πολ. παραγγ. 1435. *Plin.* XXXVI, 5. et *Paus.* VIII. Solan. Scilicet cap. 9. p. 616. Post eum vixit Praxiteles. Et Lib. V. cap. 10. p. 399. *Kuhn.* et passim. Rud.

Ibid. Ἤ τῳ) Minutum est, sed quod non observatum suspectam reddere possit interpretationem, non legendum hic esse, ut adhuc, ἢ τῷ ἄλλῳ, sed ἤ τῳ ἄλλῳ. Articulos του et τῳ encliticarum more pro τινὸς, τινὶ poni, notum; sed hic temere neglectum. Gesn. A. 1. tamen habet τῳ. Lehm.

Ead. l. 4. Οὐδὲ γὰρ οὐδ') Hanc plerarumque Edd. lectionem praefero alteri, quae οὐ γὰρ οὐδὲ exhibet: majorem enim vim habet. Et sic T. I. Nigr. §. 6. (p. 30. hujus Ed.) οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν. Ad quae verba *Hemsterh.* ex aliis auctt. similia jam dedit. Et sic paullo post iterum τότε δὴ τότε. Reitz.

Ead. l. 5. Ἐλέφαντα) Eburnea inter alias Jovis Olympici statua, et Eleensis Urania. De priori testatur *Plin.* XXXIV, 19. ut alios taceam. Solan. Ἐλέφαντα, pro *ebore*, ut supra de Sacrif. c. 11. ut *Virg.* fere Aen. III, 464. — *sectoque elephanto.* Conf. mox, ἔπριον τὸν ἐλέφαντα. Quod quidem satis notum: nam et sic *Homer.* non semel, ut Il. Δ, 141. Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ, *Ac veluti quando aliqua ebur mulier purpura tinxerit.* Ad quem vers. *S. Clarke* etiam alium ex *Luciani* Imag. locum adfert. Sed quod notatu dignius, ex *Pausan.* Attic. I. c. 12. Ἐλέφαντα, ὅσοι μὲν ἐς ἔργα καὶ ἀνδρῶν χεῖρας, εἰσὶν ἐκ παλαιοῦ δῆλοι πάντες εἰδότες. αὐτὰ δὲ τὰ θηρία, πρὶν ἢ διαβῆναι Μακεδόνας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, οὐδὲ ἑωράκησαν (—εισαν) ἀρχὴν, πλὴν Ἰνδῶν τε αὐτῶν, καὶ Λυβίων, (Λιβύων) καὶ ὅσοι πλησιόχωροι τούτοις. Δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ὃς βασιλεῦσι κλίνας μὲν καὶ οἰκίας τοῖς εὐδαιμονεστέροις αὐτῶν,

ἐλέφαντι ἐποίησε κεκοσμημένας, θηρίον δὲ ἐλέφαντος μνήμην οὐδεμίαν ἐποιήσατο. Reitz.

Ead. l. 6. Ἠλείων) V. Somn. c. 6. Solan. Significare videtur *Solanus* Somn. s. Gall. c. 6. ubi mentio ἐλεφαντινῶν πυλῶν. Lehm.

Ead. l. 8. Ἐκόλλων] De statuis eburneis, earumque fingendarum modo cf. *Heynium* in antiquarischen Aufsaetzen Part. II. n. V. et dissertationes ibi laudatas. Rud.

Ibid. Ἐπήνθιζον) Fallitur ergo *Budaeus* in Lex. hoc verbum esse neutrum absolutum, quod pluribus probare non est opus. Reitz.

Ead. l. 9. Οἰκοδομήσασθαι) Flor. οἰκονομήσασθαι. Bourd. Οἰκονομ. W. et Ed. *Fl.* melius, quam ut in reliquis est, οἰκοδομήσασθαι. Solan.

Ead. l. 12. Καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται μετὰ ταῦτα ὁρᾷν τὰ λεγόμενα) Interpres, *at quando auditor se ea, quae narrantur, audire putaverit.* Inepte. Reddenda ita sunt verba: *Et cum auditor aliquis postea videre sibi videatur ea, quae narrabantur.* Vitring.

Pag. 221. l. 3. Προδιοικήσασθαι] Διοικεῖν est adornare, in ordinem redigere, componere. διοικεῖν τὸ σῶμα *Xenoph.* Mem. Socr. IV, 5, 10. πρυτανεύειν καὶ διοικεῖν τὰ πάντα dicitur Deus a *Philone,* libr. de Mundo init. διοικεῖν πόλιν, βασιλείαν *Isocrat.* ad Nicocl. p. 20. l. 4. *Wolf.* προδιοικεῖσθαι autem h. l. est praemonere, quod ad intelligendam historiam et rite percipiendam pertinet; velut si auctor fontes, unde hauserit, indicare, si consilium scribendi aperire velit. Rud.

Ead. l. 4. Δυνάμει) Δυνάμει δὲ καὶ τότε φροιμίῳ χρήσεται, τῷ ἀποσαφοῦντι περὶ τῶν λεκτέων, *potentia vero etiam tum prooemio utetur, quo dicenda declaret.* Ex hac versione nemo *Luciani* mentem intellexerit, quam ut percipiamus, sic erunt interpretanda: *Et tunc quoque prooemio utetur implicite, si clare explicet, quaenam sint dicenda.* Graev.

Ead. l. 8. Εὐμάθειαν] Interpres: *docilitatem. Massieu: interêt. Wieland.* „*und ihrem Gedächtniss das Fassen und Behalten dessen, was er vortragen will, zu erleichtern.*" Et ita sane sequens εὐμαθῆ καὶ σαφῆ postulare videtur. Rapitur tamen in contrarias partes animus, quum apud rhetores εὐμάθεια ita non sumatur. Mihi quidem parum abest, quin *Lucianus* haec non satis distincte cogitasse, et vocis significationem duplicem confudisse videatur, quod facilius sentimus, ubi vertendi periculum facimus, quam is, cum scriberet, invenit. Rud. Vide notam sequentem. Lehm.

. *Ead.* l. 11. *Τὰς αἰτίας*] Sed caussarum expositio pertinet ad ipsam historiam, non ad prooemium. Adjuvat haec observatio id, quod statim dixi. At quid? si εὐμαθῆ tamen *docilem* denotaret, et illud σαφῆ τὰ ὕστερα solummodo adjectum esset, ut commodum indicaretur, ex hac agendi ratione etiam agendum, ab εὐμαθείᾳ tamen diversum. Caussarum certe expositio, et brevis praecipuarum rerum adumbratio, maxime etiam valet ad docilitatem efficiendam; unde hoc artificio usi etiam sunt poëtae epici. Rud. Nodum quaesivit in scirpo. Sed magnam culpae partem sustinet *Gesnerus*; qui quum offendisset, opinor, in insulsa *Micylli* versione: *docilia autem et plana posteriora faciet, si caussas praemittet* etc. falsiorem jam etiam syntaxin secutus, ita reddidit: *docilem autem* (quemnam quaeso? an τοὺς ἀκούοντας, qui proxime praecedunt?) *et ea, quae sequuntur, dilucida reddet* etc. Verum enim vero haec est certissima, eaque planissime a *Luciano* proposita, et jam *Wielandio* satis clare ac fideliter explicata, loci sententia: Rhetores quidem in prooemiis triplex sequuntur consilium, εὔνοιαν, προσοχὴν καὶ (ita enim, non ἢ legendum) εὐμάθειαν. historicus autem duplex tantum, προσοχὴν καὶ εὐμάθειαν· nam εὔνοιαν omittet ob caussas, dudum expositas. Jam προσοχὴν (attentionem auditorum) efficiet eo, quod ostenderit se de magnis, aut necessariis, aut domesticis, aut utilibus rebus esse narraturum. Εὐμάθειαν vero, i. e. *facultatem res ipsas postea narrandas, τὰ ὕστερον,* (sic enim correxi vulgatum ὕστερα) *recte capiendi et cognoscendi,* quam si uno verbo *docilitatis* reddas, non repugnem, — hanc igitur facultatem suppeditabit auditoribus, sive, quod prorsus idem est, res illas reddet εὐμαθῆ (*faciles captu et intellectu*) καὶ σαφῆ eo, quod caussas earum (h. e. non singulorum eventuum, singularum rerum gestarum, quas par est in ipsa narratione explicari, sed universae rei mox per singula persequendae) jam in principio operis profert, et summam quandam rerum gestarum praemittit. Aptissime autem repetit auctor vocem εὐμαθής, licet de rebus passive sumendam, quum antea usus sit voce εὐμάθεια, quamquam active illa de auditoribus capienda. Neque in eo quidquam esse potest confusionis, nisi quod cum aliqua vi inferatur, quum usus loquendi huic voci utramque potestatem aequa lege tribuerit. Restat, ut lectionis εὐπορίσει mutatae rationem reddam. Recepi εὐπορήσει e Cod. M. et Ed. *Flor.*, quae instar Codicis est; idque feci monente *Lobeckio* in Parergg. ad *Phrynich.* p. 595. qui activam huic verbo vim vindicat, allatis e probatissimis scriptoribus usus

illius exemplis, confirmatque, quod jam *Casaubonus* ad *Athen.* p. 292. B. et *Schaeferus* in Melett. p. 6. monuerant, verbum εὐπορίζειν pravae esse notae. Ut autem εὐπορήσει conjecturae *Schaeferi* ἐκπορίσει, quae et ipsa per se quidem optima est, ut omnia, quae *Schaeferi* sunt, praeferendum ducerem, movit me partim librorum duorum auctoritas, partim, quod εὐπορήσει et εὐπορίσει vel ob similem, quae olim obtinuit, utriusque vocis pronuntiationem facillime inter se permutari potuerunt. LEHM.

Ead. l. 13. Ἡρόδοτος) *Herodotus* I, 1. SOLAN.

Pag. 222. l. 1. Νίκας) Aliter, et longe aequius, *Herod.* ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωϋμαστὰ τὰ μὲν Ἕλλησιν, τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται. SOLAN. Confer supr. Zeux. c. 7. REITZ.

Ibid. Θουκυδίδης) Verba sunt Thucydidis in ipso initio, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. De bello, quod scripturus erat, sermo est, et ratio redditur, cur in ipso belli initio scribere jam decrevisset. Adde c. 21. SOLAN.

Ead. l. 4. Παθήματα) Ex eodem libro c. 23. τούτου δὲ τοῦ πολέμου — παθήματά τε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι, οἷα οὐχ ἕτερα ἐν ἴσῳ χρόνῳ. SOLAN.

Ead. l. 10. Αὐτῇ) Emendavi vulgatum αὐτὴ, quod in omnibus libris reperitur. SOLAN.

Ibid. Προύχειν) Virtutes narrationis in historia observandas esse docet, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ προΐχειν, μήτε κοιλαίνεσθαι· *leviter et aequaliter procedens sibi similis, ita ut neque exstet, neque hiatus habeat*, non male interpres. Προΐχειν hic *Luciano* est, quod *Petronio* est *extra corpus orationis eminere. Praeterea*, inquit, *curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae, sed intexto vestibus colore niteant:* cum veluti centoni *purpureus late qui splendeat unus Assuitur pannus.* Sed *intextus vestibus color* est limbus purpureus togae adtextus, ut in praetexta. GRAEV. Metaphora ducta videtur a via plana. Sic saepius. Iliad. μ, 30. opp. ἀνάντης. πεδίον λεῖον *Herodot.* II, 29. λεῖος ἱππόδρομος Iliad. ψ, 330. θάλασσα λείη, ventis non agitata. *Herodot.* II, 117. Sed λεῖος dicitur etiam de arbore, velut Iliad. δ, 484. αἴγειρος ὣς . . . . λείη, ἀτάρ τέ οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασι. RUD. De arbore intellexit *Wielandius*, vertens: *Sie* (die Erzaehlung) *laufe* (*gleich dem Stamm eines schoenen Baumes*) *sanft und gerade aus, immer sich selbst ähnlich, ohne Auswüchse und ohne Krümmungen.* LEHM.

Ead. l. 11. Ἔφην) Sic pro ἔχην in *Amst.* Ed. corrigendum esse monuerat *La Croze*, idque vel ex versione, quae tamen, *ut dixi*, habebat, facile erat videre. Edd. autem priores illud ἔφην jam recte habuere. Reitz.

Pag. 223. l. 2. Μὴ διακεκόφθαι — ἄκρα] Commendat *Lucianus* historicis idem, quod *Horatius* a poëtis postulavit: *Denique sit quodvis simplex duntaxat et unum.* Et praeclare quidem: in hac enim unitate, ad quam varietas maxima adducitur, posita est omnis praestantia operis, si aestheticam rationem spectes. Rud. *Κατὰ τὰ ἄκρα*, int. μέρη. Cf. Lexiph. c. 11. extr. De ellipsi autem ipsa *Schaef.* ad *L. Bos* p. 287. Lehm.

Ead. l. 5. Τάχος) *Micyll. brevitas. Gesn. celeritas*, propius ad Graecum, quamquam τὸ τάχος utrumque complectitur: intelligitur enim illa festinatio, qua res minoris momenti obiter tangentes, et verbositatem vitantes, ad ipsa facta historica properamus, quod ipse exponit c. 57. f. Cap. vero 59. ταχεῖς ἔπαινοι et ψόγοι, *breves* certe significat. Reitz.

Ead. l. 13. Σαπέρδην] Σαπέρδης ὄνομα ἰχθύος, οἱ δὲ, ταρίχου εἶδος. ἄλλοι, ὑπὸ Ποντικῶν τὸν καρκίνον (al. suadent recte κορακῖνον) ἰχθύν. *Hesych.* Pertinebat certe e *Luciani* sententia ad vilia ciborum genera, in quibus eundem nominat Gall. c. 22. Dial. Meretr. XIV. Cf. *Archestratum* apud *Athenaeum* Lib. III. p. 117. A. Rud. Vid. *Albert.* ad *Hesych.* Lehm.

Pag. 224. l. 4. Ὅμηρος) Tangit hos quidem *Homerus* l. c. Sed quam sobrie! Atqui haec ipsa tamen notam Aristarchi effugere non potuerunt, qui notha ea pronuntiare ausus est. Vid. *Schol. Pindari* ad Ol. I. p. m. 13. A. Cf. *Homer.* Il. *Α*, 575. Solan.

Ead. l. 6. Παρθένιος) De hoc et sequente Euphorione *Sueton.* Tib. c. 70. Poëta et historicus, (v. *Voss.* II, 1.) cujus liber περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων hodieque exstat, in quo Euphorionem aliquoties laudat. Solan. De Parthenio vid. *Fabric.* Bibl. Gr. Lib. III. c. 27. Vol. II. p. 675. de Euphorione, quem *Cic.* Tusc. III, 19. commemorat, adi *Casaub.* ad *Suet.* Tib. c. 70. et *Salmas.* ad *Solin.* p. 601. b. Lehm.

Ead. l. 7. Εὐφορίων) Chalcidensis, de quo *Suidas* et *Voss.* de histor. Gr. I, 16. erat enim et poëta et historicus. Solan.

Ibid. Καλλίμαχος) De *Callimacho*, quem hodie habemus, non putat intelligendum hic Nostrum *Ez. Spanh.* vir de literis et de Rep. optime meritus, (in Hymn. Ap. f. 112.) sed forte de altero juniore e sorore ejus nato; quamquam fateatur

hunc fere designari, cum nulla alia additur distinctionis nota. Rem et ego in medio relinquo. De eo tamen *Cas.* ad *Athen.* 147. (Constat, doctissimum virum calumniandi ansam invidentibus praebuisse, quod multa quidem, sed brevia, carmina ederet. Solitus dicere *Callimachus*, magnum librum magnum esse malum — tandem ut os obturaret malis hominibus, magnum poëma Hecalen inscriptum coactus est edere.) V. *Athen.* III. *Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ.* Ego certe apud eundem *Athen.* IX, 387. F. — quando Ister dicitur *καλλιμάχειος συγγραφεὺς*, ad vitium respici credo, quod hic a *Luciano* notatur. Solan. Juniorem quendam Callimachum hunc esse, credit *Spanhem.* ad *Callimach.* p. 118. quia alter brevitatis amans. Reitz. *Pierson.* ad *Moer.* Atticist. p. 440. notante *Belino* pro *Καλλίμαχος* reponendum conjiciebat *Ἀντίμαχος*. Bip. De hoc *Antimacho* Colophonio, cujus fragmentum infra legitur Ver. Hist. II, 42. praeter *Piersonum* modo laudatum narravit *Car. Ad. Gottl. Schellenberg* in *Antimachi* Colophonii Reliquiis. Hal. 1786. 8. Sed utrum hic *Antimachus* in *Callimachi* locum substituendus, an ille *Spanhemii Callimachus*, an vero alius etiam obscurior poeta ejus nominis, cogitandus sit, nolo nunc definire. Lehm.

Ibid. *Πόσοις ἔπεσι*) Brevitatem *Callimachi* Battiadae laudat, et haec *Luciani* forte ad alium pertinere, conjicit *Spanhem.* ad H. in Apoll. 112. p. 118. Gesn.

Ead. l. 11. *Μηχάνημα*) Vid. *Thucyd.* IV, 100. Solan.

Ibid. *Πολιορκίας σχῆμα*) In *Thucydide* laudat, quod nimius non sit in describendis *παρέργοις· μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς ὀλίγα τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ λόγου χρησάμενος, σκέψαι, ὅπως εὐθὺς ἀφίσταται, ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας σχῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες ὄν, ἢ ἔτι πόλεων σχῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα.* Quis credat, tam politum scriptorem usum fuisse in eadem *περικοπῇ* bis voce *σχῆμα*, ne dicam *πολιορκίας σχῆμα*, quod vertunt *obsidionis speciem*, inepte dici. Ms. optime, *ἢ πολιορκίας χρῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες*, *aut rem ad obsidionem necessariam et utilem exponens.* De Sostrato vide *Plin.* XXXVI, 12. et *Strab.* lib. ult. Graev. Perperam in vulgatis legitur hic *σχῆμα* pro *χρῆμα*, quod recte exhibet Ed. J. Solan.

Ead. l. 12. *Ἔτι πόλεων*) Valde probo *Ἐπιπολῶν*, etsi vulgatam exhibeo. Reitz.

Ead. l. 13. *Σχῆμα*) Non offendit me repetitio nominis *σχῆμα*, alioquin sexcenta et Nostri, et optimorum quorumque scriptorum, loca damnanda essent: sed illud offendit,

quod libros omnes obsedit, ἔτι πολέων σχῆμα, inconcinnum profecto, ubi id, quod conjunctum est, nempe *Συρακουσίων λιμένα*, indicat, transire jam ad ipsa singularia exempla auctorem. Breviter *'Επιπολῶν σχῆμα* legendum esse, ac sine dubitatione inter *Luciani* verba recipiendum, pauci ita vel duri erunt ad haec studia, vel tam morosi, quin nobis assentiantur. Describit *'Επιπολῶν σχῆμα Thucydides* VI, 96. tanquam *χωρίον ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου κ. τ. λ.* Nomen *Epipolarum* servari tanto magis hic et supra debuit, cum etiam *Livius* hanc Syracusarum partem patrio more appellarit XXV, 24, 4. Gesn. *Gesnerus* praeclare legendum censet *'Επιπολῶν.* Describit autem *Thucydides 'Επιπολῶν σχῆμα* lib. VI, 96. et ita quidem, ut hac descriptione omissa historia non posset intelligi. Supra jam ejus mentionem fecit c. 38. et hic statim *Συρακουσίων λιμένα* addit. Pro *λιμένα* in mentem venit *λειμῶνα·* nam eodem capite prati fit mentio. Sed nihil his opus. De portu Syracusano cf. *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 370. qui testatur *J. Marklandum* etiam legere *'Επιπολῶν σχῆμα*, additque *D' Orvill: digna profecto, si qua alia, contextu emendatio.* Rud. Tot talibusque viris in idem judicium convenientibus, ad quos accedunt etiam *Censor* Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 243. (*J. Aug. Ernesti*) *Guil. Langius*, Halensis Philologus, et recentiores interpretes, *Belinus* et *Wielandius,* vix hodiernus *Luciani* editor caecitatis stuporisve notam effugiat, qui adhuc lectionem ineptam tueri in animum induxerit, praesertim quum ἔτι et ἐπὶ saepius a librariis permutata esse constet. Lehm.

Pag. 225. l. 2. *'Εοικότα*] Igitur ne veteres quidem crediderunt, orationes, quas in historicis legimus, ab ipsis hominibus tali modo fuisse habitas. Ceterum haud scio, an ista ratio orationes fingendi in historico debeat improbari. Rud.

Ead. l. 8. *"Εξω τοῦ δικ.*) Sic intelligo: non habebitur illarum ab auditore vel lectore ratio, ut qui eas vel plane omissurus, vel indignas judicaturus sit, quibus assentiatur: quemadmodum nempe accusationis extra tribunal prolatae nulla habetur a judice bono ratio. Gesn. *Gesnerus* male, opinor: *alioquin extra tribunal sunt*, i. e. ut in nota explicat: — (Jam citantur verba *Gesneri* modo lecta) Rectius: quoniam ἐκεῖνοι, scil. ἔπαινοι et ψόγοι in historia, non in judicio sunt, ideoque inepto loco adhibentur. Conf. *Wielandi* versio. Rud. Satis scilicet prolixe ille, quamquam vere, interpretatur: *Denn da die Geschichte keine Gerichtsstelle ist, wo rechtlich un–*

tersucht und entschieden würde, wer Lob oder Tadel verdiene etc. Id est, deest his laudationibus et reprehensionibus publica et judicialis auctoritas. Hoc autem ipsum etiam in *Gesneri* versione et explicatione inest. Modo ἐπεὶ per *alioquin* rectius reddidit, et rectiorem et accuratiorem secutus est verborum distinctionem, quam et ego, praeeuntibus praesertim nonnullis Edd. vett. restituendam duxi. LEHM.

Ead. l. 9. Θεοπόμπῳ) Atqui *Theopompum* hunc ipsum *Athen.* III. p. 85. A. veritatis amantem ait fuisse, ejusque pervestigandae studio magnam pecuniae vim insumpsisse. *Μαθέτω*, inquit, *παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου ἀνδρὸς φιλαλήθους καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. De impensis Theopompi*, inquit ad hunc locum *Casaub. non tacet Dion. Halic. in epist. ad Pomp. De amore veritatis non desunt, qui obstrepant. Athen. ipse l.* 6. *δυσμενέστατον appellat, parum constans sibi. Sed quia ingenua libertate vitia hominum Theopompus carpserat, multorum odia veritas illi paraverat. Itaque βάσκανον* et *aliorum virtutibus invidentem multi pronuntiarunt, quos refellit Dionys. Lucianus etc. Hinc Theopompicum scribendi genus nominat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur, ad Att. II.* De *Theopompi* maledicendi prurigine non *Lucianus* solus, sed multi conquesti sunt viri gravissimi. *Ciceronis* judicium audivisti. Lege etiam *Corn. Nep.* in Alcibiad. c. 11. V. et *Plut.* 1570. f. SOLAN.

Ead. l. 11. *Καὶ μὴν καὶ*) Hic potius pleonasmus elegantiae est, (licet alibi illud nimis frequentatum καὶ oderim) sic etenim et *Long.* Past. I. pag. 26. Ed. *Jungerm.* *καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἠρέμα ὑπεφθέγγετο.* Idem p. 28. *καὶ λαβοῦσα καὶ αὖθις ἐνέβαλλε τῷ κόλπῳ.* Noster supra cap. 37. *καὶ νὴ Δία, καὶ ἐν στρατοπέδῳ.* Et c. 46. *καὶ μὴν καὶ συνθήκη·* et Somn. cap. 7. ubi similia jam notavit *Hemsterh.* Et non semel alibi. REITZ.

Ead. l. 14. *Σὺ*) Sic Ed. *J.* In reliquis est *σοί.* SOLAN. Legendum esse, non *σοὶ δ'*, ut lectum est adhuc, sed *σὺ δ'*, ut interpretati sumus, facile, puto, constabit. GESN.

Ead. l. 15. *Πολλάκις*) Notabat *Solanus* noster, *Vorstium* legere *ὡς πολλάκις*, non imperite profecto, ubi cetera sic legerentur, ut in *J.* quae *πολλάκις τοῦτο ἐρῶ*, idque sine parenthesi, habebat: cum vero aliae non *τοῦτο*, sed *τὸ αὐτὸ* exhibeant, et parenthesin etiam nonnullae addant, non opus jam *ὡς* addere; verum illud *γὰρ* ex *W.* potius reciperem. REITZ.

Pag. 226. l. 5. *Δουλοπρεπὴς*) Antiquiores fere omnes Edd. legunt hic *δολοπρ—* barbare, *Ald.* nempe J. et *B.* 2. *Par.* etiam. Sed bene habet in *Fl. Fr.* etiam *S.* et *A.* et in M. Cod. SOLAN.

Ead. l. 8. *Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα*) Nomen ex inscriptione, quam mox exhibet, patebit. Solan.

Ead. l. 9. *'Επὶ τῇ Φάρῳ πῦργον*) De hac turri vid. Scholium ad Icaromen. c. 12. et notam *Humphr. Prideaux* ad L. I. Partis posterioris historiae suae, qua vetus testamentum cum novo connectit, p. (Ed. in 8°.) 9. Solan.

Ead. l. 12. *Παραιτονίαν*) *Plut.* Anton. 814. B. et *Ovid.* am. II. El. XIII, 7. *Paraetonium* vocant. *Strabo* etiam non semel et *Polyaenus* Strat. II. p. 145. C. Sed mutare hic non ausim; et omnino sic editum a *Luciano* ipso, ut vulgo nunc legitur, existimem. Solan.

Ead. l. 13. *"Αφυκτον*) Sic sexcentis in locis apud hunc scribitur, ut in Dial. Apoll. et Merc. seu Diall. Deor. XVII. ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἱκέτευε. Sic in De Merc. Cond. c. 3. B. in Anach. c. 2. et 29. In De Luct. etiam c. 2. etc. et auctoribus Mss. A. B. et M. in Hermot. c. 79. Ut nullum dubium sit, debere etiam hic scribi ἄφυκτον, non, ut in omnibus, ἄφευκτον. M. tamen Codex, qui in Hermot. etiam habet ἄφυκτα, hic mendose cum caeteris ἄφευκτον habet. Solan. *"Αφυκτον* verum esse, vid. var. lectt. ad Ver. Hist. I. cap. 39. et supra, Deor. Dial. XVII. Reitz. Tuetur quidem *Lobeckius* ad *Phryn.* p. 726. sq. formam olim vulgatam, exemplis e *Plutarcho*, *Philone*, aliisque ejus indolis scriptoribus allatis. Sed quum in *Luciano* obstet constans ejus, et satis frequentata, consuetudo, ἄφυκτος scribendi, ad eam mihi videbatur forma ἄφευκτος, utpote a librario vetere minus diligente profecta, a *Solano* et *Reitzio* recte revocata esse. Lehm.

Ibid. *Οἰκοδομήσας οὖν*) Illud οὖν epanalepsi inservire, vid. supra ad Zeux. c. 1. Reitz.

Pag. 227. l. 1. *Αὑτοῦ*) Etsi veteres Edd. αὐτοῦ spiritu leni hic quoque scribunt, et supra aliquanto lenior visus sum in tolerando αὐτὸν pro αὑτὸν, hic tamen ad perspicuitatem sensus nimium interest, qui omnino reciprocum postulat: suum enim, non regis, nomen intro scripserat architectus. Reitz. Etiam h. l. *Reitzii* libidinem αὑτοῦ pro αὐτοῦ ex arbitrio substituendi refrenandam censui, ut in multis jam superioribus locis. *Αὐτοῦ* non *ejus* est, sed *ipsius*, architecti, i. e. *suum*. Cf. Charon. c. 24. τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὐτοῦ ὀνόματι, quae tamen et ipsa tentavit *Reitzius*, et seduxit recentiores Editores. Mox sub finem hujus libelli non magis recte recesserunt iidem a genuina scriptura. Lehm.

Ead. l. 2. *'Επιχρίσας*) Unde haec habuerit *Luc.* incertum. *Strabo* enim et *Plin.* factam ei a rege inscribendi proprii no-

minis potestatem, disertis verbis testantur: hic XXXVI, 12. ille XVII. pag. 791. D. Vide, si lubet, *Is. Voss.* ad *Pomp. Melam* II, 7. et *Luciani Schol.* ad Icarom. no. 48. Solan. Utrum vera sit haec narratio, non liquet: pugna vero mihi certe non videtur adesse. Rud. *Wielandius* contra pro fabula ficta habere non dubitat, licet secus statuente *Bern. de Montfaucon* Dissert. sur le Phare d'Alexandrie etc. in Memoires de l'Acad. des Inscr. VI, 576. sq. Lehm.

Ead. l. 3. *Τοῦ τότε βασιλεύοντος*] *Plin.* l. l. (vid. *Solani* notam superiorem) nominat Ptolemaeum. Sed Schol. (ad Icarom. c. 12.) Alexandrum Macedonem. Rud.

Ead. l. 6. *Θεοῖς σωτῆρσιν*) *Ptolemaeum et Berenicen* intelligunt viri docti bene multi. Consule *Spanh.* 415. Eandem inscriptionem habet *Strabo* l. c. Solan. Immo intellige Neptunum, Castorem et Pollucem aliosque navigantium patronos. Cf. *Spanh.* p. 416. Rud.

Ead. l. 8. *Ἀλλ' εἰς τὸν νῦν, καὶ τὸν νῦν καὶ τὸν ἀεὶ*) *Ἀλλ' εἰς τὸν νῦν, καὶ τὸν ἔπειτα. κ. τ. ἀ.* Marcil.

Pag. 228. l. 1. *Κεκύλισται ὁ λίθος ἐν Κρανίῳ*) *Κεκύλισται ὁ λίθος.* Refert ad dolium Diogenis. Marcil.

Ibid. *Πίθος*) Sic omnino legendum cum M. et editionibus nunnullis. In L. et aliis *λίθος*, prave. Vid. supra c. 3. ad quam historiam alludit. Solan.

Ead. l. 2. *Κρανίῳ*) *Lucianus*, praecepta historica claudens, ait, se exhibuisse normam et amussim justae historiae, quam si qui observent, bene se rem habere, et alicui bono suum hoc fore scriptum; sin minus, volutatum esse in Cranio dolium (*εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ πίθος ἐν Κρανίῳ*). Alludit *Noster* ad id, quod supra c. 3. de Diogene satis lepide narraverat; nimirum eo tempore, quo Philippus Macedo diceretur Corinthum invasurus, valde turbatos fuisse Corinthios, et ad opus se accinxisse; alios aliud parasse; hunc arma fabricatum esse; illum lapides attulisse; neminem denique fuisse otiosum. Quo viso, Diogenem, cum nihil, quod ageret, haberet, nec a quoquam ad aliquod adhiberetur, multo studio volutasse sursum ac deorsum per Cranium suum dolium, interrogatumque, quid illa ageret, respondisse, se quoque, ne solus inter tot laborantes cerneretur otiosus, volutare suum dolium. Id ergo vult hoc in loco *Lucianus*, omnes hac tempestate, tantopere *πολυφώνῳ*, aliquid historici lucubrantur: ego vero, ne solus nihil dicar fecisse, historici partes persecutus sum: si ad aliorum id fecero utilitatem, operae habiturus sum pretium; sin, cum Diogene aliquid saltem egero. Caeterum Cranium, in quo Diogenem

degisse, ex hoc loco patet, fuisse gymnasium ante Corinthum, ait *Diogenes Laërtius*, qui locum hunc non, ut hic *Lucianus* cum *Hesychio*, Κράνιον, sed Κρανεῖον appellat. In *Nostri* primo Mortuor. dialogo scribitur Κράνειον. Jens. Videas *Th. Marcil.* quoque scribere Κρανίῳ; sed cur hoc improbem, vid. supra ad c. 3. Reitz.

IN VERAE HISTORIAE LIB. I.

Pag. 229. l. 1. *ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ*) Fabulosarum narrationum ejusmodi antiquiorem hac eam fuisse *Photius* censet, quam *Antonius Diogenes* de Thule insula lib. XXIV. ediderat. De quo libro ille Cod. CLXVI. p. Ed. Aug. 184. et seqq. Addit enim p. 189. καὶ γὰρ τοῦ περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τοῦ περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τοῦτο. Sed cum putarit *Photius*, ut ex sequentibus ejus verbis patet, *Diogenem Antonium* suum vixisse fere Alexandri Magni tempore; vanissimam hanc ejus conjecturam, ego quidem existimo; Lucianoque fuisse recentiorem, cum hanc rem, ut novam prorsus, aggredi sibi visus sit Noster. Solan. De consilio utriusque libelli copiose et docte, quamquam tristius passim, nec sine ira et studio, disseruit *Tob. Krebs.* in Opuscc. p. 315. sq.

Ead. l. 3. Ἀθλητικοῖς) *Mos athletarum.* Praefatio in veras narrationes, in qua de corporis et animi cura agit, ac docet, quibus modis utriusque labores sint moderandi. De remissione studiorum lege *Quintil.* L. I. cap. 4. *Cic.* in Offic. *Senec.* de vit. tranquil. c. 15. et ult. Cogn.

Ead. l. 4. Εὐεξίας) Medicis εὐεξία est perfecta sanitas, sive, ut *Galenus* definit, τῆς ὑγιαινῆς ἕξεως ἡ τελειότης. Vid. *Foesii* Oecon. Hippocr. Εὐεξία vero athletica aliquanto plus significat: est enim ea quidam excessus sanitatis, id est, corpus musculosum, torosum pleniusque nutritum exhibens. De athletarum isto *habitu*, ac victu, quo illum acquirebant atque conservabant, vid. *Mercurial.* de Art. gymnast. Reitz.

Pag. 230. l. 5. Ἐμμελὴς) Sic supra Quom. Hist. Conscr. c. 14. Ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχή. Solan.

Ead. l. 9. Τῶνδε τῶν) De repetitione ista articuli jam bis alibi monuimus. Sed conf. modo Somn. §. 15. τῆς δὲ (Scrib. τῆςδε) τῆς δικαιοσύνης. Addo hic tantum *Long.* Past. II. p. 68. Ed. *Jungerm.* ἐν τῷδε τῷ ἄντρῳ· et p. 67. ἄρα μέμνη-

σαι τοῦ πεδίου τοῦδε, καὶ τῶν Νυμφῶν τῶνδε; quod tamen inverso ordine positum majorem demonstrandi vim habet. Sed rursus, ut Noster, idem *Longus* I. p. 3. ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ. Et ibid. paullo supra, ἐκ ταύτης τῆς πόλεως τῆς Μιτυλήνης. Atque alibi passim. Reitz.

Ead. l. 14. Τινας ... σ — τας) In L. *Fl.* et *B.* 2. recte legitur τινας· in reliquis τινὰ, corrupte. Solan. Πρὸς τινὰς habere dixi *Fl.* et *B.* 2. ceteras τινά. Quod tamen non de accentu quoque intelligendum; nam scribunt πρός τινα et πρός τινας. Ego vero ex Grammticis praeceptis post praepositionem accentum encliticae reddo. Etsi Edd. *Luciani* ubique aliter habent. Atona autem particula sequente, accentum praepositionis inverto, scribens πρός τε. Reitz. Male sedula haec est, nec tamem ubique sibi constans, *Reitzii* diligentia, quae etiam recentiores Editores passim seduxit. Cf. Adnot. ad Hermot. c. 19. Lehm.

Pag. 231. l. 1. Συγγεγραφότων) Ita Ms. Reg. 3011. melius, quam quod adhuc legebatur, συγγεγραφότας. Ex eodem Ms. mox edidimus ἂν ἔγραφον, sensu ita postulante. Edd. enim exhibebant ἀνέγραφον. Bip. Utramque emendationem, a *Schmiedero* quoque receptam, confirmavit Codex Gorl. Quod mox pro ἔμελλε *Schmiederus*, monente *Belino*, e Cod. 3011. substituit ἔμελλον, quod referatur ad praecedentes poëtas etc., caute ab ea mutatione abstinuerunt *Bipp.* Editores. Nam in ἔμελλε Subjectum est τὰ ὀνόματα, quod attentus quisque lector facile ex vocabulo ὀνομαστὶ deducat. Sed majori jure vocem φαίνεσθαι correxisse mihi videor, praeeunte Codice Gorl., ubi φανεῖσθαι legitur. Praesens enim h. l. ambigere facit lectorem, ἀνάγνωσις illa, ex qua nomina poëtarum etc. apparitura esse *Lucianus* dicit, lectio sit illorum poëtarum, an ipsius hujus libelli. Quae posterior ut intelligatur, necessario requiritur Futurum. Lehm.

Ead. l. 3. Κτησίας) Liber iste *Ctesiae* cum reliquis ejusdem periit. *Photius* tamen ex eo nonnulla excerpsit, ex quibus, si ex aliis nesciremus, vanum ac mendacem *Ctesiam* fuisse satis demonstratur, qui fabulas meras pro visis et auditis tradat. Vid. *Plutarch.* in Artax. Solan.

Ead. l. 5. Ἄλλου εἰπόντος) Longe rectius in Flor. Cod. quem sequutus est interpres, ἄλλου ἀληθεύοντος. Probatur illius historia, vel qui rebus interfuit, vel qui e commentariis eorum, qui adfuerunt, hausit: unde illud in historico fide dignum καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα, qua de re locus alius dicendi. Bourd. *Lucianus* proxime praecedenti libello, praeceptis datis, quae bono observanda sint Historico, quo spe-

cimen alicujus historiae, haud dubie secundum leges a se latas conditae, ipse exhibeat, hoc in libello ipse narrat historiam. Veram quidem eam inscribens, pro falsa et ficta tamen haberi censens. Ne autem sine exemplo videatur narrare, quae nusquam scripta vel picta exstent, *Ctesiae* et *Iambuli* exempla commemorans, *Κτησίας ὁ Κτησιόχου*, inquit, *ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς. ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παράδοξα, γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. Ctesias, Ctesiochi filius, Cnido oriundus, de regione Indorum, deque iis, quae apud illos sunt, ea conscripsit, quae neque ipse viderat, neque ex alio narrante intellexerat. Scripsit autem etiam Iambulus de rebus in mari magno, multa praeter omnium opinionem, ficto quidem mendacio, quod omnibus esset manifestum; non tamen injucundo composito argumento.* Hic pro *εἰπόντος* ex Flor. Codice *ἀληθεύοντος* profert *Bourdelotius*, idque vulgato rectius judicat. At Hercle, non puto, facile quemquam hic quidquam mutari velle, qui vim orationis consideret. *Ctesias*, ait, *Cnidius de Indorum regione et rebus ea scripsit, quae neque ipse viderat, neque alium dicentem audiverat.* Id vult *Noster*, ea, quae de Indis scripserit *Ctesias*, esse plane ficta: id vero probat eo, quod ipse *Ctesias* eorum nihil neque vidisset, neque fando accepisset. Nam si ab aliquo, sive vera, sive falsa narranti, ea audivisset, non omnino potuissent illa dici ab *Ctesia* esse ficta. Jens.

Ead. l. 6. *Ἰαμβοῦλος*) De mirificis hominum formis in India quaedam tradidisse, testis est *Tzetzes* Chil. VIII. h. 144. Quando scripserit, ignoratur. Citatur etiam ab *Harpocratione* in *Ἄβαρις*. Vid. *Voss.* L. III. Adde his Megasthenem *Plut.* 1728. C. Solan.

Ead. l. 9. *Τὰ αὐτὰ τούτοις*) *Eadem, atque illi.* Sic mox §. 5. *τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας.* Et de Salt. §. 2. ac sexcenties alibi. *Plutarch.* de virt. mulier. pr. *Οὐ τὴν αὐτὴν τῷ Θουκυδίδῃ γνώμην ἔχομεν. Aristot.* Hist. anim. I. pr. *Τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις, eadem inter se.* Et de generat. animal. III, 5. *οὐχ ὁμοιοτρόπως ἔχει αὐτοῖς.* Quem Graecismum et Latini amant, dicentes, *idem facit illi*, pro idem quod ille. Vid. *Cort.* ad *Sallust.* Catil. 20, 3. exemplorum satis adducentem. Non monerem, nisi viderem, plerosque hodie scribere minus probate, *idem est cum illo.* Etsi paullo alio sensu non barbarum pronuntio, *eadem vobiscum agam;* nec satis credo adfirmanti *Cortio*, *Sallustium* l. c. eundem Graecismum adhibuisse, cum

scribit, *simul quia vobis, eadem mihi, bona malaque intellexi;* quia dativus *mihi* simplicius refertur ad *mala*, quam ad *eadem*, ut sensus sit, quae *mala mihi*, i. e. pro me. Reitz.

Ead. l. 13. Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς) Ulysses in patriam rediturus, gravi exorta tempestate, primum in Ciconum littus appulsus est. Atque inde rursus solvens, simili tempestate ejectus in Africam ad Lotophagorum gentem pervenit: inde in Siciliam delatus est, ubi Cyclopi oculum eruit praeusto stipite. Hinc in Aeoliam navigans, ab Aeolo ventos coactos in utrem obtinuit. Postea ad Laestrygonas, tum ad Circen pervenit, post haec in insulam Sirenum delatus est. Inde Scyllam transiens et Charybdim, in Siciliam pervenit, tandem in Phaeacensium portum adnatavit. Cogn.

Pag. 232. l. 4. Ἰδιώτας τοὺς Φαίακας) *Vacui capitis populum Phaeaca* dicit *Juv.* (XV, 23.) Vorst.

Ibid. Τοὺς Φαίακας) Alcinoo Corcyrae regi, et ejus populis Phaeacibus, Ulysses Laestrygonas, Cyclopas, et alia monstra a se conficta narrabat, et iis, omnia vera esse, persuadebat: unde *Juvenal. Tam vacui capitis populum Phaeaca putavit.* Cogn.

Ead. l. 8. Κενοδοξίας) Emend. *Vorstii* et Ed. *S.* in reliquis enim καινοδοξίας legitur. Solan. Contra Diall. Mortt. X, 8. pro vulgato κενοδοξίαν in Cod. Oxon. est καινοδ. Lehm.

Ead. l. 11. Ἐπεπόνθειν) Utinam potius nobis reliquisset *Lucianus* historiam aut suorum temporum, aut certe suam. La Croze. Et *facere* et *pati* simul comprehendit hoc verbum. Vid. *Herodian.* I, 17, 22. Adde *Nostrum* Prometh. (in Verbb.) fin. ubi τί ἂν πάθοιμι; *quid faciam?* vertit *Hemsterh.* cetera ad *Gatakerum* remittens. Reitz.

Ead. l. 15. Γράφω) Vid. *Reines.* Ep. 25. ad *Casp. Hoffmannum* p. 99. v. *Arabonem* L. XI. de Massagetis p. m. 487. La Croze.

Pag. 233. l. 1. Μηδὲ ὅλως ὄντων) Simile fere, quod apud *Plut.* de *Homeri* cum *Hesiodo* certamine traditur 267. A. Μοῦσά μοι ἔννεπ᾽ ἐκεῖνα τὰ μή τ᾽ ἐγένοντο πάροιθεν Μήτ᾽ ἔσται μετόπισθεν. Solan.

Ibid. Τὴν ἀρχὴν) *Ab initio* versum est tam in *Paris.* quam in *Benedict.* Recte *Gesnerus*, *omnino:* ac tam saepe in hac locutione male vertenda olim erratum, ut jure *scopulum interpretum* eam vocet *Hemsterh.* ad Nigr. §. 26. Monuere id quoque alii, *Jensius*, *Elsnerus* etc. Sed posterior hoc quoque recte addit, (ad Ev. *Joan.* VIII, 25.) ab recentioribus vicissim saepe peccari, quasi semper *omnino* significet; cum ta-

men et interdum sit vertendum, *a principio*, ut suo loco indicabo. Reitz.

Ead. l. 4. Οὐρίῳ) Non contemnenda *Aldina* lectio εὔρῳ, quam cur deseruerint, qui sequi alias presso pede solent, non video. Certe Euro opus esse de Herculeo freto Oceanum intrantibus, constat. Sequitur mox οὐρίῳ ἀνέμῳ, unde huc assumtum videri potest. Gesn. Οὐρίῳ *Aldina* prima aeque habet ac reliquae. Hinc εὔρῳ, quod *Gesn.* ait *Aldinam* esse lectionem, forsan erit ex *Ald.* 2. Quod reciperem, si et prima haberet. Sed potest recipi altero loco, ubi duo Codd. εὔρῳ habent. Non tamen movi vulgatam, quia non magni interest. Reitz. In alterutro loco corrigendum esse, videre oportet, quicunque aliquo elegantiae sensu praeditus est. Non enim credibile, nostrum scriptorem, haud pauperrimi illum ingenii, in eodem loco, deque eadem re, post longiorem modo parenthesin, eadem usum fuisse dicendi forma, ubi variare haud difficile erat. Jam nomen venti ipsum, probabilius est, ab auctore esse praemissum, quam generis vocabulum, et priori adeo loco Εὔρῳ, posteriori οὐρίῳ, reponendum. Alterum enim, quod in duobus Codd. est, Εὔρῳ nihil videtur esse, nisi interpretamentum, e priori loco desumtum. Ceterum sane est *Aldina* 2. quae in priori loco ventum ipsum nominat, ut significat *Gesnerus*, et recte conjicit *Reitzius*. Lehm.

Ead. l. 9. Πάμπολλα μὲν) Μὲν abest ab Edd. Nos reposuimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. monente *Belino*, propter sequens δὲ, — ἱκανὸν ΔΕ καὶ ὕδωρ. Bip.

Ead. l. 13. Ἄκατος) Praedonum etiam esse Acatia, sive Acatos, *Schefferus* e *Strabone* docebit volentes. Gesn.

Ead. l. 15. Οὐρίῳ) P. L. εὔρῳ, quod eodem redit, adeoque vulgatam servavimus. Solan.

Pag. 234. l. 2. Ἐπεδίδου) Vis verbi ex opposito ἐνδιδόναι magis elucet; vid. utrumque paucis expositum supra Hermot. c. 24. Reitz.

Ead. l. 3. Ἐπεγίνετο) In verae historiae libro primo leve est mendum, quod ex Ms. tolles, καὶ κῦμα ηὔξάνετο, καὶ ζόφος ἐπεγίνετο, *et fluctus intumuit, et caligo orta est.* Vulgo ἐνεγίγνετο. Graev. Ἐπεγένετο) Secuti sumus Ms. Gr. cum leviuscula, ut vides, mutatione. Ed. *Junt.* cum aliis hic errat; sed supra pro ἐπεδίδου, ἐπεγένετο habet. Solan. Tempus imperf. ex Edd. saltem servavi. Reitz.

Ead. l. 5. Αὐτοὺς) Facile obsequor *Solano*, qui spiritum Editionum lenem correxit, ac deinceps minus sollicitus, ubi necessitas exiget, idem faciam: nam quia scribae pro ar-

bitrio in his egere, cum antiquissimi Codices spiritus et accentus ignorent, dehinc regulas Grammaticas observabimus, parum curantes, quid scribae sibi indulserint in his minutiis. Confer tamen supra a me dicta ad c. 33. Quom. conscr. hist. et mox c. 15. Ceterum αὑτοὺς pro ἑαυτοὺς hic valet pro ἡμᾶς, vel ἡμᾶς αὐτούς. Exemplum unum dedit *L. Bos*, etsi aliud agens, ad Act. Apost. XXVIII, 16. ex I. Reg. XXVI, 11. ἀπέλθωμεν ἡμεῖς καθ᾽ ἑαυτούς. Reliqua enim, quae ibid. adfert ad demonstrandum, καθ᾽ ἑαυτὸν significare *per se*, *separatim*, *scorsum*, huc non pertinent, quia tertiae personae verbi junguntur; in hoc autem primae etiam aeque ac in *Luciano* adjunctum est. Adde Catapl. §. 9. καὶ μνῆμα ἑαυτῷ παμμέγεθες ἀναστήσας, ἐπιγράψω· ubi ἑαυτῷ etiam pro ἐμαυτῷ, licet *Solanus* id mutatum velit. Idem erat in nonnullis Edd. in de Merced. cond. §. 30. Sed quia aliae Edd. et Codd. ibi habebant ἐμαυτὸν, hoc recepimus. Licet enim et ibi tolerabile dixeris ἑαυτὸν, tamen non semper eodem redit; cum ἐμαυτὸν interdum ambigui vitandi gratia praeferendum sit, ut vid. ad Herodoti sive Aëtionis cap. ult. Reitz.

Ead. l. 9. *Προςσχόντες*] In prioribus Edd. omnibus minus diligenter scriptum erat προσχόντες, quod quum offensioni esset *Schmiedero*, non tamen dubitare is debebat, utrum προςέχοντες, an προςσχόντες, corrigendum esset. Aoristo enim opus erat. Eandem, vel ejusdem generis, librariorum, et Editorum, negligentiam in *Sophoclis* Oedip. Reg. v. 79. correxerunt *Erfurdt.* et *Schaefer.* pro προστείχοντα scribentes προςστείχοντα. Vide eundem *Schaefer.* ad *Julian.* p. XXII. Lehm.

Ead. l. 11. *Αὐτῶν*) Legendum videtur αὐτοῦ, *ibi*, nisi prorsus malis obliterari. Solan. Neutra ratio placet. Ἡμῶν αὐτῶν pluralis est vocis ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτὸν, et valet: *ex ipsis nobis*, *ex ipsorum nostrum numero*, aus unserer Mitte. Neque adeo redundat αὐτῶν, neque αὐτοῦ substituendum. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἀνελθεῖν*) Sic P. rectius, quam ἐπανελθεῖν, quod in omnibus impressis reperio. Solan.

Pag. 235. l. 2. *Χαλκοῦ*) Genitivus materiae, ut Grammatici ajunt, ut mox 2. Ver. Hist. c. 33. κεράμου πεποιημένη. Sic *Long.* Past. III, 109. πήραν ἐλάφου, *peram e pelle cervina*. *Theocr.* Eidyl. 25. (al. 26.) v. 206. βάκτρον ἐπηρέφεως κοτίνοιο. Sed haec nimis nota. Conf. tamen fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graec. p. 322. Vere autem est ellipsis praeposit. ἀπὸ, quam *Noster* alibi addit, ut in Asino c. 53. κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη. Vel potius ellips. τοῦ ἐκ. Vid. *Jens.* Lect. Luc. p. 344. Reitz.

Ead. l. 8. *Οἶνον ῥέοντι*) Similia apud *Eustath.* in Amorib. Bourd. *Οἶνον ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ* habent omnes, corrupte, haud dubie, neque enim ad fluvium, sed ad vinum referri debet. Lege itaque aut *οἴνῳ*, quae solita est hujus verbi constructio, ut Anach. c. 25. aut *ὁμοιότατον*. At ne tum quidem sublata est omnis difficultas. Mihi ultra, quam dixi, non liquet. *Ctesiam* autem hic ridet, qui plures hujusmodi fontes in Indicis, teste *Photio* excerptore, memorat. Neque solus *Ctesias*, cum apud *Strabonem* Calanus ipse fontes olim lacte, vino et melle fluxisse dicat in *Onesicriti* historia XV. p. m. 489. A. Solan. Infra Anach. c. 25. *ἱδρῶτί τε εὐθὺς πολλῷ ῥέοντι*, et alibi cum dativo ap. *Nostrum* aliosque, ut *Homer.* Odyss. *E*, 70. *Κρῆναι — ῥέον ὕδατι λευκῷ·* quod notius, quam ut pluribus adstruatur. Verum quia et accusativo jungitur *ῥέω*, diceres vulgatam *οἶνον ῥέοντι* servandam fuisse; nam sic *Eurip.* Hecub. v. 527. — *ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας Πάγχρυσον, ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως Χοὰς θανόντι πατρί.* — Sed neque sic cohaereret cum sequentibus: quare vitiosam scripturam reliqui, ut pro arbitrio corrigi queat. Reitz. Accusativum junxit auctor, contra vulgarem, et suam quoque ipsius, consuetudinem, cum verbo *ῥέειν*, eum in finem, ut complurium Dativorum concursus ingratissimus, et perspicuitati noxius, vitaretur. Neque id fecit sine exemplo. *Eurip.* Hecub. v. 524. (Ed. *Herm.*) *ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως χοὰς θανόντι πατρί.* Alia ejusmodi exempla suppeditat *Brunck.* ad eum locum et ad *Apollon. Rhod.* III, 225. Sic nexus verborum hic est: *ἐφιστάμεθα ποταμῷ ὁμοιοτάτῳ οἶνον ῥέοντι, μάλιστα οἷόςπερ* etc. Et sic vertit *Gesnerus*. Quodsi tamen ne sic quidem omnino satisfecerim *Solanis Reitziisve*, auctor sim, ut vocem *ὁμοιοτάτῳ*, utpote molestiorem, obliterent. Ego tamen, ne faciam, cavebo. Lehm.

Ead. l. 9. *Οἷός περ*) Sic Mss. Regg. 2954. et 3011. Edd. *οἷος*, sine *περ*. Bip.

Ead. l. 10. *Τὸ ῥεῦμα*) Articulum in Edd. deficientem addidimus ex Ms. Reg. 3011. Bip.

Ibid. *Ἐνιαχοῦ*) Ad h. v. in eodem Ms. legitur Scholion: *ἐν τισὶ τόποις*. Bip.

Ead. l. 13. *Δόξαν δέ μοι*) Conf. mox infra hujus narrationis c. 11. Reitz.

Pag. 236. l. 1. *Παρὰ δὲ τὴν ῥίζαν*] Ad vitem Mandanes alludi putat *Belinus*, narratam illam ab *Herodoto* I, 108. Et idem historicus, e *Belini* sententia, tangebatur supra, ubi de ingentibus Herculis vestigiis agebatur. Simile enim quid tradit *Herodotus* IV, 82. (non 72.). Lehm.

Ead. l. 13. *Τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην γράφουσι*) Interpretes, *talem apud nos Daphnen describunt.* Immo non magis Daphnen, quam Phaëthontiadas, quam Myrrham, aliasque in idem immutatas: neque hic quidquam descriptiones poëtarum aut fabulantium. Verti debuit, *talem apud nos depingunt Daphnen* etc. Gron. Vide *Ovidianam,* quae picturae instar est, descriptionem Metamm. I, 548. sq. Lehm.

Pag. 237. l. 2. *Μεστοὶ*) Ex Ms. Reg. 2954. Vulg. *μεσταί.* Bip. Mirum quod vetus Interpres Latinus vertit: *palmites uvis pleni;* nec aliter *Gesnerus: palmites pleni uvarum;* uterque, ac si legisset *μεστοί.* Idque haud dubie recte: nam ipsae mulieres quo minus fingi possint *uvarum plenae,* prohibet cum rei natura, tum reliqua descriptio.

Ead. l. 4. *'Ησπάζοντο καὶ*) Ms. Reg. 2954. *ἠσπάζοντό τε καὶ,* cui lectioni favet, quod in Ms. Reg. 3011. legitur, *ἠσπάζ. τοτε καί.* Quare illud *τε,* quod deerat in Edd. in textum jam admittere non dubitavimus. Bip.

Ead. l. 10. *Οὐκ ἔτ' ἀπελύοντο*] Petit auctor haud dubie fabulam illam, quam *Ovidius* plenissime omnium et uberrime narrat Metamm. IV, 288. sq. de Hermaphrodito et Salmacide. Ceterum omnino quidem haud diffitendum, id quod *Scholiastes* adnuit, loti vim illam, quam *Homerus* describit Odyss. IX, 94., h. l. a *Luciano* simul respici ac risui exponi. Lehm.

Ead. l. 13. *"Οσον οὐδέπω*) Sic *Herodian.* I, 13, 6. *ἡμῖν δὲ (αἴτιον) ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω.* Confer, si lubet, de Merc. cond. cap. 31. f. ubi eadem phrasis occurrens obiter explicatur. Sic *ὅσον οὔπω Bergl.* ad Alciphr. I, 10. Reitz.

Pag. 238. l. 1. *Συμπλοκὴν καὶ*) Haec desunt in Cod. Flor. Bourd. Nec reperiuntur in Codd. Pariss. nec reddita a vetere Interprete Latino: *tum et derelictorum* (ubi vero hoc in textu?) *comitum commixtionem cum vitibus enarravimus.* Neque denique, si absint, desiderabuntur. Recte itaque *Schmiederus* uncinis ea videtur inclusisse. Lehm.

Ead. l. 3. *Οἰνισάμενοι*) Minus etiam, quam in aliis, adsequemur in hisce libris Luciani suavitatem: quod mollis et in partes omnes sequax lingua liberrimam illi fingendi voces potestatem tribuit, quam Romana refugit modestia. Quis enim ferat nos, si hic presse secuti verba Graeca poneremus, *aquati simul et ex fluvio vinati?* Atqui a *ligno lignari* est, quidni *vinari* a *vino?* Nempe Grajis praeter ingenium etiam dedit ore rotundo Musa loqui: nos Musas colimus severiores. Simili de caussa *Hippogypos, Hippomyrmeces,* et id genus composita, semel quidem in parenthesi interpretamur *equivultures,*

et *equiformicas:* caeterum ut propriorum formam retineant, et illam peregrinitatis commendationem, Graecis ordinarie utimur. Gesn.

Ead. l. 7. Οἷον) Quidam legendum putant ὅσον. Bourd. Non designat *Solan.* quinam Codices ὅσον habeant, alioqui deliberassem, anne praestaret id recipi. Ita enim solet Noster ὅσον, non οἷον numeris addere, ut infra c. 30. ὅσον σταδίων χιλίων, ac tam saepe alibi, ut vix opus sit plura addere: quod nec ex aliis proferri opus est, nisi ex solo *Long.* Past. L. 2. p. 70. ed. *Jungerman.* ὅσον δέκα σταδίους, et L. 3. pr. σταδίους ὅσον ἑκατόν. Reitz. Mss. Regg. 2954. et 3011. ὅσον ἐπὶ σταδίους τριακοσίους. Bip. Ὅσον admisit *Schmiederus.* Sed τριακοσίους merito idem recusavit. Cf. Adnot. ad Schol. hujus loci. Lehm.

Pag. 239. l. 3. Ἐφαίνοντο ἡμῖν καὶ ἄλλαι νῆσοι) *Καὶ* in Edd. omissum recepimus auctoritate Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip.

Ead. l. 8. Δόξαν) Sic absolute, pro, *cum placuisset, cum decretum esset,* supra Harmon. cap. 4. et hac Hist. c. 7. Et *Long.* Past. 1. p. 5. Ed. *Jungerm.* (p. 4. ed. *Moll.*) Δόξαν δὴ κἀκείνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι. Ubi *Mollius* similia ex *Lucian.* Nigr. et *Thucyd.* dedit; licet haud indicatis locis, quae tamen non inquirimus, quia tria haec jam a nobis adducta testimonia sufficiunt, et locutio non adeo infrequens est. Reitz.

Ead. l. 13. Νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἱστοῦ) Vertunt, *navis onerariae malo,* et sic omisso vocis secundae respectu, cujus eo diligentior ratio haberi debuerat, quia scimus, varias esse earum navium magnitudines ac mensuras; et c. 18. τῶν δ' ἵππων μέγεθος, ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος non omiserunt. Gron.

Ead. l. 15. Περιπετομένοις) Conf. supr. Charon. cap. 22. Solan.

Pag. 240. l. 3. Συμφησάντων δὲ ἡμῶν) Ἡμῶν non legitur in Edd. sed reponendum monuit *Belinus* ex Ms. Reg. 2954. in quo nos facile obsecundantes habuit. Bip.

Ead. l. 6. Ἐνδυμίων) Pastor fuit admodum formosus, qui cum in Latmo monte obdormivisset, aliquando a Luna deosculatus est, quae in ejus amorem ita exarserat, ut fratri bigas suas agitandas dederit. *Senec.* in Hippolyt.

Arsit obscura Dea clara mundi nocte deserta,
Nitidosque fratri tradidit currus alite regendos.

Ovid. Latmius Endymion non est tibi, luna, pudori. Cogn. Vid. Dial. Deor. XI. Lehm.

Ead. l. 11. *Κατορθώσω*) *Long.* Past. IV, 130. (male est 138. in ed. *Moll.*) *Κατορθώσας δὲ τηλικοῦτον ἔργον, re praeclare gesta.* Et sic quoque recte vertitur ap. *Thucyd.* VI, 11. *καὶ μὴ κατορθώσας, et nisi rem feliciter gesseris.* Reitz. *Τὰ κατορθούμενα, res praeclare, prospere, gestae* Diall. Mortt. XIV, 5. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἥλιον κατοικ.*) *Fuisse, Seneca* ait, *inter Stoicos, qui deliberarent, utrumne soli quoque suos populos darent; inepte scilicet qui dubitaverit* etc. *Lact.* III, 23. Solan.

Pag. 241. l. 4. *Μέσον*) *Fl.* et *Junt.* non *μέσσον*, ut in reliquis. Eadem *Fl.* mox *ἀπαντήσας*. Solan.

Ibid. *Ὑπαντήσας*) Sic rectum esse, vid. infra cap. 21. hujus *προςλαλιᾶς*. Reitz. *Ὑπαντᾷν* enim propria sua vi est *clam, subito, ex improviso, obviam ire* vel *venire*; quod quam melius huic loco conveniat, quam *ἀπαντήσας*, quod e tribus Codd. et *Fl.* in Ed. *Schm.* transiit, non est, quod demonstrem. Lehm.

Ead. l. 6. *Βούλομαι αὖθις ἐξ. τ. π.*) *Th. Magist.* v. *Βουλ.* Solan.

Ead. l. 7. *Παραγγεῖλαι*) *Aldina* lectio *παραστεῖλαι*, licet verbum satis infrequens sit, si fides Lexicis, tamen multo nobis ad seriem orationis videbatur commodius accidere, cum non de *imperanda scribendaque colonia*, quod est *παραγγεῖλαι*, sermo sit, sed de *deducenda et firmanda, misso exercitu*, cui rei *παραστεῖλαι* aptissimum esse, si minus aliorum inductione locorum probari potest, tamen ex usu verbi simplicis, et ratione, qua duplicatum est verbum, satis apparet. Idque in interpretatione nostra secuti sumus. Gesn. *Παραγγεῖλαι* et *Aldina* 1. cum reliqq. habet, alioqui lubens reciperem *παραστεῖλαι*. Reitz. Mss. Regg. 2954. et 3011. *ἀποστεῖλαι*. Bip. *Ἀποστεῖλαι*, quod *Schmiederus* recepit, et Gorl. quoque Codex confirmare videtur, negat *Schweighaeuserus* ad *Polyb.* III, 40, 3. (Tom. V. p. 577.) recte de colonia dici pro *ἄγειν*. In quo etsi non adsentiar, quum modo ab ipso *Luciano* dictum sit *στεῖλαι ἀποικίαν*, neque adeo videam, quidni etiam *ἀποστεῖλαι* eodem jure dici possit: tamen h. l. non probo lectionem *ἀποστεῖλαι*, sed praefero *παραγγεῖλαι*. *Παραστεῖλαι* scilicet, lectio *Aldinae* 2., vitium est non ipsius hujus Editionis proprium, sed translatum forte ex antiquioribus Mss., quod in aliis correctum est *ἀποστεῖλαι*, ut in Codd. Pariss. Jam vero vitium illud *παραστεῖλαι* ortum est ex *παραγγεῖλαι*, quod e probis, ut puto, Mss. in Ed. principem *Flor.* et hinc etiam in alias posteriores migravit. *Παραγγέλλειν* autem, quod proprie denotat *palam pronuntiare, edicere, imperare*, optime

de coloniis deducendis dici potuit, non minus certe bene, quam *Thucydideum* κηρύσσειν ἀποικίαν, I, 27. Non autem *imperare*, vel *scribere coloniam* huic loco convenire, sed *deducere* et *firmare*, non concedo *Gesnero*. Deduci enim colonia non sine periculo potuit, dum anceps adhuc esset belli fortuna. LEHM.

Pag. 242. l. 3. Τὰ δὲ ὠκύπτερα ἔχει, θριδακίνοις φύλλοις μάλιστα προςεοικότα) Vertunt, *quae vero ex his velociores erant, pennas habebant lactucae foliis maxime similes.* Si haec Latina recte se habent, quae igitur ex his lachanopteris erant minus veloces? inprimis cum ipsa vox supponat, omnes fuisse veloces, et quidem pariter. Immo in qua Gracorum parte inveniunt interpretes illas *pennas,* quae certe sunt nullibi? Intelligit *Lucianus* totum corpus habuisse obsitum πτεροῖς· sed ex illis πτεροῖς ista, quae proprie constituebant alas, et quibus volabant, (haec sunt ὠκύπτερα) fuisse talia prout describit. Ergo construe τοῦτο ὄρνεον ἔχει ὠκύπτερα, ac verte: *habet autem pennas ad volandum similes maxime foliis lactucae.* Sequentia ἐπὶ δὲ τούτων cum vertit *Benedictus his vecti,* ineptus est, cum alios illis vehi in praecedentibus dixerit: et melius alii, *ibi vero et cum his ordinati.* Poterant propius *post hos.* COGN. Id autem rectius significatur lectione A. 2. ἐπὶ τούτοις, quam etiam Codex 3011. confirmat, et, probante *Belino, Schmiederus* recepit. Aliquantum probabilitati accedit eo, quod in 2954. legitur ἐπὶ τούτους. LEHM.

Ead. l. 4. Τετάχατο) Velut τετάχαται, pro τεταγμένοι εἰσὶ, ita et τετάχατο pro τεταγμένοι ἦσαν Iones dicunt. Verum et Atticos interdum iisdem uti, ex *Thucyd.* aliisque probat *Maittaire* de Dialect. p. 354. Edit. *Haganae.* Nec mireris, augmentum abesse; neque credas ἐτετάχατο scribendum, ut ap. *Arrian.* monente eodem, scribitur (in quo augm. frustra addendo saepe peccant commentatores): in hujusmodi enim temporibus, per se satis polysyllabis ita frequens est abjectio augmenti, etiam in soluta oratione, ut mirer, qui de eo dubitari queat. Sic *Herodian.* I, 15, 5. πεπλήρωτο ait. Sic *Long.* Past. πέπαυτο, ad quem doctiss. *Jungerman.* p. 214. videatur, cujus editio cum non omnium in manibus sit, ex eo quaedam huc transcribam: *Longo nostro,* ait, *familiare, istud augmentum negligere. Sic statim* πεποίκιλτο (i. e. L. 2. p. 82.) *Ibid.* κεκήρωτο. *Notavit talia erudite Casaub.* 2. *ad Athen.* 15. *Et optimis scriptoribus illud usurpatum, augmentum non usurpare. Lucian. Tim.* καταδεδίκαστο. *Act.* 14. πεπιστεύκεισαν, περιπεπαθήκει. *Marci penult.* παραδεδώκεισαν. I. *Joh.* 2. μεμενήκεισαν. *Joh.* 11. δεδώκεισαν *etc. Ex Heliod. et Lucian. Somn.*

idem mox adfert μεμηχάνητο, ac sic tandem concludit: nec dubito, quin plura talia superessent in auctorum libris, nisi δοκησίσοφοι librarii mutassent. Interdum tamen recte restitui augmentum, credo, ut supra non semel dixi. Reitz. Infra c. 29. πεποίηντο. Sed pluribus non opus est. Lehm.

Ead. l. 8. *Μέγεθος δὲ*) Sic Ms. Reg. 3011. Bene, propter praecedens *μὲν* — *οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται.* In Edd. aberat *δέ.* Bip. Haec ex mente *Belini* scripsit *Bipontinus* Editor. At ut bene se habeat *δὲ* insertum ex optimo Codice, non tamen ad illud *μὲν* in verbis, *οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται*, referri potest sine magna sententiarum confusione. Imo ad verba, *οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται* refer potius, quae inferius sequuntur, *οἱ δ' Ἀνεμοδρόμοι*, et *μέγεθος δὲ* etc. cogita quasi parenthetice inserta explicandae vocis *μεγάλων* caussa. Sic autem *δὲ* usurpari constat. Vide tamen, si opus sit, Adnot. ad Somn. c. 11. Tom. I. p. 197. Lehm.

Pag. 243. l. 6. *Ἀπὸ τῶν κυάμων*) Imitatur *Homeri* Batrachomyomachiam, quam conferat, cui tantum ab rebus seriis est otii. Reitz.

Ead. l. 12. *Αὑτὸν*) Etsi *αὐτὸν* hic vertitur *se*, tamen non adeo opus est in *αὑτὸν* mutari. Non magis, inquam, quam apud *Thucydid.* IV, 108. *λέγοντος, ὡς αὐτῷ ἐπὶ Νίσαιαν τῇ ἑαυτοῦ μόνου στρατιᾷ οὐκ ἠθέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ξυμβαλεῖν, dicentis, Athenienses non ausos esse confligere secum apud Nisaeam, ubi suum exercitum solum haberet.* Vides, tam *αὐτῷ*, quam *ἑαυτοῦ*, per *secum* et *suum* recte reddi. Alibi tamen minime idem esse, satis saepe dictum. Vide supr. Quom. hist. c. 33. et cap. 6. hujus Hist. Adde Ev. *Luc.* VI, 40. ubi *αὐτοῦ* et *αὑτοῦ* eodem versu et sensu occurrit. In tribus certe, quas contuli Edd. sic legitur: *οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.* Quorum alterutrum tamen mutandum, ut sibi similis sit contextus. *Αὑτοῦ* igitur spiritu leni utrovis loco legerem, et sic Edit. Tigurina anni 1566. habet. Reitz. Quis quaeso hinc discat, quid discriminis sit inter *αὐτοῦ* et *αὑτοῦ*; et ubi hoc illudve sit ponendum? Felici casu factum, quod nulla h. l. est variatio. Alioquin et nunc mihi, ut jam saepius, inconstans *Reitzii* fluctuatio negotii nonnihil facesseret. *Τοὺς ἀρίστους περὶ αὑτὸν ἔχων* est, *proceres prope se ipsum habens.* In *Lucae* loco sane *αὐτοῦ* utrobique genuina est lectio, quam et *Bengelius* edidit. Lehm.

Ead. l. 14. *Οἱ σύμμαχοι ὡς ἕκαστοι*) *Micyllus* apud *Basileenses* Latine reddidit: *porro inter utrumque auxilia, ut cuique magis placuit.* Non secus ac si vidisset, quod ex Angl. no-

tat *Bourdelotius* ὡς ἑκάστοις ἐδόκει, quomodo, si legitur in scripto libro, id factum crediderim ab homine non assequente sensum vulgatae lectionis. *Benedictus* obscurior, *medium auxiliarii utique singuli.* Quod quid sibi vult? At Graeca vulgata rectissima sunt, notantque propriis cuneis compositas singulas auxiliorum partes, ut loquitur *Tacitus* IV. annal. 16. non dispersas et cum aliis permixtas. In *Arriano* alibi id quoque corruptum. Gron.

Ibid. Ὡς ἕκαστοι) Anglic. ὡς ἑκάστοις ἐδόκει. Bourd. Vid. De Astrol. c. 7. καὶ οἱ ἄλλοι τ' ἄλλα, ὡς ἕκαστοι, ἱλάσκονται, *prout cuique libitum est*, vel *ut fors tulit. Thucydides* passim usurpat. *Plut.* 1033. f. ὡς ἕκαστος ἔτυχε. In A. tamen P. et L. ὡς ἑκάστοις ἐδόκει. Sed glossema est. Solan. Ὡς ἕκαστοι, suppl. εἶχον, vel ἔτυχον, ut plene legitur *Thucyd.* IV, 25. Cf. inprimis locus, quem *Solanus* citat, de Astrol. c. 7. Quae igitur in Codd. adduntur, debentur Grammaticis. Lehm.

Ead. l. 15. Ἑξακισχιλίας) Corruptum esse hunc numerum existimo, et fuisse tantum aut ἓξ μ. aut ad summum ἑξήκοντα, ut aliquatenus respondeant equitatui pedites. Solan. Talem limam, opinor, deprecabitur ipse *Lucianus.* Lehm.

Pag. 244. l. 4. Καὶ πεδίον δ' ἐποίησαν) Deleverat particulam δὲ *Solanus*, adscripseratque Ed. *Fl.* omittere. Si Exemplar Florentinum, vel Excerpta ex illo intelligit, (quod tamen alibi *Ex.* vel *Exc.* solet scribere) poterit verum esse, particulam ibi abesse; nec ego adderem, si in Edit. quadam vetere abesset; at in Edit. *Flor.* certe adest, aeque ac in reliquis, quamvis pleonasmus sit, euphoniae forsan gratia interposita particula; nisi quis καὶ δὴ malit, ut sit, *jam mox, statim*; quod ad sensum quidem melius, ad euphoniam autem pejus. Interim si quis alius Codex praeiret, facilem me in expungendo δὲ praeberem. Reitz. De euphonia hic non quaeritur, sed de nexus et structurae ratione legitima. Hinc si judices, temere tentavit particulam *Solanus.* Protasin enim conficiunt duae enuntiationes: ὡς δὲ τάχιστα — — καὶ πεδίον δὲ —. Jam sequitur apodosis: ἐπὶ τούτου — — Καὶ δὲ autem interjecta alia voce nemo ignorat esse, *et vero, et vero etiam*, s. *atque adeo.* Non male *Gesnerus: et sic.* Lehm.

Ibid. Πεδίον ἐπ.) In omnibus libris legitur πεδίον δ' ἐποίησαν· sed cum mox sequatur ἐπὶ τούτου, satis patere puto rationem emendationis nostrae. Solan.

Ead. l. 4. Εὐδιάνακτος) Mallem Εὐδιάνακτος, ut potius a *somno* deducatur, quam a *serenitate.* Solan. Huic formae vereor, ut faveat compositionis lex grammatica. Omnino autem de emendatione non est cogitandum. Lehm.

Ead. l. 8. *Καὶ δίπλεθρος*) Intendit significatum illud *καὶ*, immo admirationem quandam addit, ut Latinum *vel*. Ita et *Long.* Past. 3. p. 127. Ed. *Jungerm.* ἴση καὶ πλούσιος. Ibid. versus fin. κρεῖττον καὶ χρυσοῦ μήλου φίλημα. Reitz. In sequentibus haud inepte *Belinus* opinatur carpi ab auctore Bucephalum Alexandri et Artybii equum ap. *Herodot.* V, 111. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἀεροκόρδακες*) Interpres sequutus est Anglicanum Cod. in quo *Ἀεροκόρακες*. Bourd. *Ἀεροκόρακες* praeter A. P. et Ed. *Junt.* et vetus interpres Latinus; et quamvis res nihili est, videtur omnino haec lectio genuina. Edd. reliquae *Ἀεροκόρδακες*. Solan. *Ἀεροκόρακες* *Aldus* habet, quod vel ideo mihi fit probabile, quod *κόραξ*, *corvus*, sacrum Phoebo, id est, Soli cognatum animal: *κόρδαξ*, saltationis genus, si omnino huc pertineat, forte referatur ad volucres, aut insecta quaedam, quae, quasi resti, choro quodam connexae saltare per aëra videntur. Caeterum quae sequuntur, ea neque *Ἀεροκόρδαξι* neque *Ἀεροκόραξιν* applicare possum, et excidisse aliquid arbitror, nimirum descriptionem τῶν ἀεροκοράκων aut ἀεροκορδάκων, aut nomen novi generis monstrorum, in quod proxima descriptio conveniat. Gesn. *Ἀεροκόρακες*, quam lectionem duo Codd. et duae Editt. veteres praebent, nomen est, ut *Wielandius* observat, inepte compositum; constat enim omnes *corvos* esse *aërios*. Quae autem a cett. Editt. et Codd. Pariss. suppeditatur, lectio *Ἀεροκόρδακες*, eam *Wielandius* negat sensum ullum praebere, *Belinus* contra refert ad *cordacem*, saltationis genus, de quo ipse noster passim in libello de Salt. mentionem facit. Sed neque sic convenerit sequens descriptio, ut scite observat *Gesnerus*. Restat, ut cum *Wielandio* judicemus vitium esse in nomine ipso, quod ille ex arbitrio suo finxit *Rettichschleuderer*, ac si legeretur forte *Ῥαφανοτοξῖται*, vel *Ῥαφανοσφενδονῆται*, convenienter quidem cum sequentibus, minime vero cum voce vulgata. Propius ad hanc accesserit, quod mihi in mentem venit, *Ἀεροσκόρδακες*, a σκόρδον, s. σκόροδον, *allium*. Respondebunt hi illis, qui in Endymionis copiis erant, *Σκοροδομάχοις* (c. 13.) et quae sequitur descriptio non difficulter iis applicabitur. Nec denique sic opus erit, ut totum locum cum *Gesnero* habeamus pro mutilato. Sed nihil tamen definiam. Lehm.

Ead. l. 15. *Καὶ ὁ βληθεὶς*) Ubi legerem, πόῤῥωθεν γὰρ ἐσφενδόνων ῥαφανῖδας ὑπερμεγέθεις. ὁ βληθεὶς οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἀντέχειν ἐδύνατο· *eminus enim jaculabantur grandes admodum raphanos: vulneratus ne exiguo quidem tempore poterat sustinere;*

putaram excidisse ὡς, vel aliud quid, ut esset ὡς ὁ βληθεὶς, *ut vulneratus*, vel similiter. Sed iterum hic agnoscenda fuit socordia, qua posteriores editiones sunt mutilatae et vitiatae. priores omnes habent καὶ ὁ βληθεὶς, recte. Jens.

Pag. 245. l. 2. *Δυςοσμίας*) Angl. δυσωδίας. Bourd. Recte sic in quatuor Codd. et marg. A. 1. W. legitur; nec temere id *Schmiederus* recepit. Cf. Hermot. c. 34. Ceterum his alludi putat *Belinus* ad Philoctetae vulnus male olens. Lehm.

Ead. l. 3. *Χρίειν*) Ut in Nigr. et in Tox. Bourd.

Ead. l. 9. *Κυνοπρόςωποι*) Ctesiae κυνοκεφάλους hic tangit, de quibus ille multa blateravit. Vide *Photii* Excerpta. Solan.

Ead. l. 10. *Κᾀκείνων*) *Vorst.* κᾀκεῖνοι. Sed nihil muto. Solan.

Pag. 247. l. 1. *Ὅμηρος*) *Homer.* Il. *Π*, 459. Solan.

Ead. l. 8. *Θέαμα παραδοξότατον*] sub his *Nephelocentauris* irrideri simul *Cherubinos* illos, quos *Ezechiel* describit I, 10. et X, 14. probabiliter statuerunt *Krebs.* in Opuscc. p. 319. et *Eichstädt.* in Prolus. contra *Kestnerum* scripta; vid. Tom. I. huj. Edit. p. LXXXIII. Lehm.

Ead. l. 10. *Τοῦ Ῥοδίων*) Angl. *Ῥοδίου*. Bourd.

Ibid. *Ῥοδίου Κολοσσοῦ*) De hujus altitudine inter antiquos scriptores non convenisse ait *Leo Allatius.* Verum errat is egregie. *Strabo* enim eum LXX cubitos altum statuit, *Festus* vero pedes CV. Idem aliis verbis dicunt, cum cubitus sit pes sesquialter. Vide A. G. 2666. VIII. *Scaligerum* immerito idem carpit, pondus aeris ex numero camelorum rite subducentem, not. ad *Euseb.* Chron. pag. 137. De *Quintaliis* quam movet controversiam, penes mercatores judicium esto: de usu enim vocis non litigabo. Vide notam nostram ad Qu. Hist. Conscr. c. 23. Editio *Junt.* *Ῥοδίου*, cum A. et P. Reliquae *Ῥοδίων*. Solan.

Ead. l. 16. *Ἐπιπίπτουσι*] Ita recte 3011. et Gorl. pro vulgato ἐμπίπτουσι, licet *Belino* secus videatur. *Ἐπιπίπτειν* enim proprie dicitur de iis, qui vi impetum faciunt, et consilio; ἐμπίπτειν vero de iis, quae casu incidunt. Sic Diall. Deor. IV, 2. lupi dicuntur ἐρήμοις ἐπιπεσόντες (τοῖς προβάτοις.) Cf. Toxar. c. 43. Lehm.

Pag. 248. l. 12. *Ἔκλειψις τῆς Σελήνης*) *Duker.* ad *Thucyd.* VII, 50. (quem adeundum *Hemst.* in marg. monuerat) observat, *Scaligerum* ad *Tibull.* I, 8, 19. existimare, verbum ἐκλείπειν tam de Lunae, quam Solis, defectu ab omnibus Graecis usurpari. Sed nomen ἔκλειψις veteres raro de Luna, immo de Sole tantum dixisse. Verumtamen *Aristotelem* II.

Meteorolog. 8. τὰς ἐκλείψεις τῆς Σελήνης dixisse, et post hunc *Polyb.* V, 78. item *Plutarch.* in libr. de facie in orbe Lunae non semel, nec non *Diog. Laërt.* Prooem. §. 2. jure huic opponit *Dukerus*, a quo haec desumsi. Reitz.

Ead. l. 17. Ὁμήρους) Vid. *Th. Mag.* v. Βούλομαι. Solan.

Ibid. Ἐπὶ τούτοις) *Insuper* vertere *Bened.* et Parisinae interpres. Sed vid. quae mox ad vers. hinc tertium dicentur. Reitz.

Pag. 249. l. 1. Τῇ προτεραίᾳ) Hoc videri ex *Thucyd.* III, 36. desumtum, recteque προτεραίᾳ scribi, (pro προτέρᾳ, quod in nonnullis *Thucydidis* exemplaribus erat,) vid. ap. *Duker.* ad *Thucyd.* VII, 51. ubi et hoc *Luciani* testimonio est usus. Intelligi autem ἡμέρᾳ videtur, quod apud *Thucyd.* additur; ait enim: τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον — καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ στρατιὰ τῶν Συρακουσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ etc. Etsi ἐκκλησίᾳ quoque intelligi queat, ut vid. ad c. 11. ejusd. lib. Noster rursum l. V. Hist. f. et Asin. c. 42. et alibi. Reitz.

Ead. l. 3. Ἐπὶ τούτοις) Ἐπὶ de conditione, in quam aliquid paciscimur, frequens. *Herodian.* I, III, 5. Καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο. Et ibid. c. 2, 2. ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν. Apertius apud eund. III, 12. ipso pr. Ἐπὶ ταύταις δὴ ταῖς συνθήκαις ἀνελθὼν ὁ χιλιάρχης. *Noster* infra Philops. §. 16. ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν. *Long.* Past. 2. p. 81. Ed. *Jungerm.* ᾖσεν ἐπὶ μισθῷ τράγῳ καὶ σύριγγι. Inprimis vero solemne historicis ἐπὶ τούτοις et ἐπὶ τοῖσδε dicere, in describendis foederis conditionibus. *Thucydid.* VIII, 18. pr. Ἐπὶ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο πρὸς βασιλέα καὶ Τισσαφέρνην Λακεδαιμόνιοι. Ad quae verba *Wasse* ac *Duker.* plura produnt exempla, quae hic non repetam. At jam videndum, an igitur ὁμήρους ἐπὶ τούτοις δοῦναι, quod modo praecessit, non simili fere modo reddendum, *obsides dare in has conditiones*, i. e. se in fidem promissorum obsides daturos. Potest sic intelligi, ac tamen *super* verti, non *insuper*; nam obsidum traditio non adeo est nova actio, sed continuatio et confirmatio prioris. Etsi non adeo multum intersit, si *quis* novam actionem statuat, et *insuper* vertat, cum distinctio paullo major, quam simplex comma, praecedat; quam distinctionem servandam duxi, ut erat in Paris. ac nonnullis aliis, quia novum verbum ἤθελεν sequitur, quod posteriorem sensum aliquantum tamen dirimit a prioribus, quae ab alio verbo pendent, nimirum ab ὑπισχνεῖτο. Nam ἐπὶ τούτοις et alibi recte vertas *insuper*, vel *post*, ut ap. *Aristoph.* Pl. 57. Ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ. Et ibid. 1002. καὶ πρὸς

ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων, *et insuper dixit haec remittens* etc. Etsi πρὸς ibi magis adjuvat significationem τοῦ *insuper*; tamen *Ael.* 2. Var. Hist. 13. med. καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ τούτοις σοφὸς, *et praeter haec sapiens.* Ne plura addam, quae in promtu essent. Reitz.

Ead. l. 12. Τὴν δ' ἀποικίαν τὴν ἐς τὸν Ἑωσφόρον κοινὴν ποιεῖσθαι, καὶ μετέχειν τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον) Posteriora verba sic perperam reddidit interpr. *et qui volet, aliorum sit particeps:* nam τὸ, ἄλλων, non pertinet ad verbum μετέχειν, sed ad τὸ, τὸν βουλόμενον, ut sit, q. d. τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν ἄλλων. Verte integrum locum: *Mittatur vero ad Luciferum colonia communis, ejusque demigrationis societatem habeat ex aliis, quicunque voluerit.* L. Bos.

Pag. 250. l. 6. Δώσειν πρὸς γάμον) Sic αἰτεῖν πρὸς γάμον, *Long.* Past. III. p. 122. Reitz.

Ead. l. 7. Ἠξίουν ἀποπεμφθῆναι κάτω) *Th. Magist.* voce βούλομαι. Solan.

Ead. l. 15. Ἀλλ' ἐν ταῖς γαστροκνημίαις) *Josephus Acosta* Historiae Indicae c. 39. lib. 4. Marcil.

Ead. l. 17. Νεκρὰ) Tacite respicitur ad plural. ἔμβρυα, licet singularis tantum praecedat; ut infra inverso ordine, praemisso plurali, sequitur singularis. Vid. quae notamus ad 2. Ver. Hist. c. 37. Reitz.

Pag. 251. l. 8. Φαλλὸς) Vide *Aristoph.* Schol. in Acharn. p. 271. *Vorst.* De his vide De Dea Syr. Iterum infra c. 30. Solan. Sed φελλὸς *suber*, ut 2. Ver. Hist. cap. 45. et alibi. Reitz.

Ead. l. 9. Πηχυαῖαι) In omnibus legitur πηχυαῖοι, quod cum aperte corruptum esset, mutavimus. Similem phrasin vide c. 40. σταδιαῖον τὸ μῆκος. Solan.

Ead. l. 10. Ἐκκολάπτουσι τοὺς ἀνθρώπους) *Benedictus, ex iis homines excludunt.* Patior; sed quomodo id fit? Certe, cum utitur verbo *excludere*, innuit se putasse ab *Luciano* id sic conceptum esse, quomodo apud Latinos pulli excludi dicuntur insidendo et calefaciendo: quod parum videtur convenire sensui auctoris. Idem verbum rursus occurrit lib. 2. Verae Hist. cap. 40. f. πελέκεσι γοῦν διακόψαντες ἓν τῶν ὠῶν, νεοττὸν ἄπτερον ἐξεκολάψαμεν, nec dubitavit *Benedictus* sibi similis esse, *cum igitur unum ex ovis securibus praecidissemus, pullum implumen exclusimus,* quae quidem mirifica ratio excludendi. Nec sic loquerentur Latini; et ideo nec amamus. Nostrum locum alii intolerantius reddunt, *in homines effingunt*, quasi de caelando cogitasset *Lucianus.* Putamus simpliciter verti debere, *homines extundunt.* Gron.

Ead. l. 13. *Ταῖς γαμεταῖς*) Frater *Lucianum* τοῖς dedisse monet. Non male ad sensum. Sed vulgatum non moveo sine auctoritate, quia ludit in genere, dum iidem sponsarum loco sunt. Reitz. Verissimam *Reitzii* emendationem confirmat Ms. Reg. 3011. quare sic rescripsimus. Mox v. 12. seq. ex eodem Ms. supplevimus ὁ ante καπνός. Desiderabatur enim in Edd. Bip.

Pag. 252. l. 1. *Περικαθεσθέντες*) Angl. περικαθεζόμενοι. Bourd. Etsi aorist. hic insolentior est et rarior, immo barbarus vocatur a *Th. Mag.* et Codd. quidam περικαθεζόμενοι habent, ego tamen eum cum *Jensio* servandum censeo, cujus verba ex Lectt. Luc. p. 11. huc transcribi merentur. *Magistri* nostri, ait, vox est, Ἐκαθέσθην, καθεσθεὶς, καθήσομαι, καθεσθῆναι καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων, βάρβαρα. Mitius, mitius, ὦ βέλτιστε. Nonne περικαθεσθέντες ab καθεσθείς; Atqui eo uti non didignatus est, non barbarus *Lucianus*, in Vera Hist. p. 726. (i. e. h. l.) quamquam me non fugit, ex Cod. Angl. produci περικαθεζόμενοι a *Bourdelotio*. Rursum non ita pro barbaro habendum ipsum ἐκαθέσθην, a quo stylum suum non abstinuit *Hesychius*; quem in eopse loco, ubi hac voce utitur, turpiter corruptum emendasse operae erit: ubi enim legis *Κατερέξατο*, ἐκαθέσθη, sine nulla haesitatione lege *Κατ' ἄρ' ἕζετο*, ἐκαθέσθη. Praeterquam quod hunc literarum κατ' ἄρ' ordinem locus ipse postulat, adi *Scholiasten* veterem *Homeri*, qui ad Il. *Α*, 73. et 106. haec eadem *Hesychii* verba habet. Haec, inquam, bene *Jensius*, cujus sententiae confirmandae gratia addo *Long.* Past. L. 2. p. 86. Ed. *Jung.* ὑπὸ τῇ δρυῒ καθεσθέντες ἐσύριζον. Reitz.

Ead. l. 4. *Ποτὸν*) Veteres Edd. hic consentire cum vulgata, adnotavit *Solanus*. An ergo quaesivit, num aliae πότος masc. gen. haberent? Sed nihil opus est: nam et ποτὸν neutr. praeter *Xenoph.* Lexicis adnotatum, etiam *Cebes* in Tab. pag. 10. Ed. *Reland.* τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; Reitz. Noster saepius. Vid. Diall. Mortt. XVII, 2. Timon. c. 56. Necyom. c. 7. et Fugit. c. 20. Lehm.

Ead. l. 5. *Οὐ μὴν — ἀφοδ.*) Haec et sequentia ideo finxit *Lucianus*, ut *Ctesiae* similes prorsus fabulas derideret, quae hodieque in Excerptis *Photii* leguntur, quem adi. Solan.

Ead. l. 7. *Ἐν ταῖς πυγαῖς*) Castius, si quid in exsecrando tali scelere, Angl. Cod. ἐν ταῖς ἕδραις. Bourd. Pudori librarii tribuit *Belinus* hanc lectionem variam, quam etiam Codd. Pariss. et Ed. *Flor.* exhibent. Lehm.

Pag. 253. l. 3. *Θάλλουσα ἐς ἀεὶ*) *Thom. Magist.* v. *ἀεί.* Solan.

Ead. l. 5. *Μέλι*) i. e. *acetum.* Vid. *Helladii* Chrestom. La Croze. Antiphrasin igitur dixeris, vel potius ironiam, quia antiphrasis non admittitur a viris doctis. Qualis nempe ironia est in illo *Cael. Aurel.* III, 1. quod *Voss.* adfert in Inst. Or. L. V, 13. §. 11. p. m. 251. *Multa enim contrariae interpretationis vocabulum sumserunt: ut fella, quae Graeci γλυκέα vocant, velut dulcia, cum sint amarissima.* Sic Aethiopem *cygnum* vocari, ex *Juven.* Sat. III, 2. aliaque, vid. ibid. Et nos in Ambigg. Tit. *adjecti contrar.* et *antiphrasi*, ubi inter alia ex *Justin.* XXIX, 1, 5. observamus, Ptolemaeum *Philopatora* vocatum, qui patrem ac matrem interfecerit. Verum quod *Aurelian.* loco modo adducto quoque dicit, *orthopnoeam* etiam a contrario dictam, (namque ait: *cum spirationem evertat ac depravet, tanquam corrigat orthopnoea, nuncupatur*) id minus verum. Sic enim dictus ille morbus, quod aegri non nisi erecto corpore spiritum ducere valeant. *Cels.* IV. c. 4. *Cum nisi recta cervice spiritus trahatur,* ὀρθόπνοια (dicitur). Sic *Galenus*, sic *Hippocr.* definiunt, vid. *Foes.* Oecon. Hipp. Reitz.

Ibid. *Πονῶσιν*) Ὑπνῶσιν in Ms. Bourd.

Ead. l. 6. *Ἀλείφουσιν*) Ms. et Cod. Angl. ἱδροῦσιν· aliter tamen legit interp. Bourd. *Ἱδροῦσιν*) Hanc lectionem A. B. et P. in textum recepimus: quamquam stare vulgata etiam potest, *ἀλείφουσιν*, ut scil. athletarum more, pro oleo lacte ungantur. Sed ne quando penuria lactis laborent, aut negotium ipsis facessamus mulgendo, uti *mel emungunt,* ita lac *sudent*, auctor sim. Solan. Quamvis videatur stare posse vulgata Editionum priorum lectio, *ἀλείφουσιν*, propter *γυμνάζωνται,* cui unctio convenit; tamen nihil miraculi haberet, *lacte ungi.* Verum quo magis portentosum est *lac sudare*, eo melius, eoque convenientius cum eo, quod praemiserat, *mel emungunt:* totus enim est auctor in fingendis monstris, quo considerato, jam plane frigebit vulgatum *ἀλείφουσι.* Versionem tamen non immutavi, quia *Gesn.* ad nostram quoque lectionem, quae ex uno Cod. in *Graev.* Ed. jam erat notata, videtur respexisse. Reitz.

Ead. l. 13. *Τῇ γαστρὶ*) Ridet *Lucianus* historicum aliquem, qui talia animalcula dari tradidisset, sed immerito: nuper enim post nostrorum hominum ad Indias utrasque navigationes compertum est, exsistere genus quadrupedis, cui sub ventre pera quasi est, in quam se pulli recondunt. Cujusmodi Cantabrigiae anno MDCC. vivam circumlatam ea-

rum rerum curiosi omnes viderunt. Adi etiam *Aelian.* de An. I, 17. Solan.

Ibid. Ὥςπερ) Ex Mss. Regg. 2954. et 3011. Vulg. ὅσα. Bip. Indigna hac mutatione melius abstinuissent *Bipp.* Editores, alias cautiores in admittendis iis, quae *Belinus* commendasset. Ὥςπερ nihil est, nisi interpretamentum genuinae vocis ὅσα, i. e. εἰς ὅσα, ut *Xenoph.* Cyrop. I, 5, 12. ὑμεῖς δὲ νυκτὶ μὲν δήπου, ὅσαπερ οἱ ἄλλοι ἡμέρᾳ, δύναισθ' ἂν χρῆσθαι. et ibid. mox: λιμῷ δὲ ὅσαπερ ὄψῳ διαχρῆσθε, ubi nemo temere ausit pro ὅσαπερ, ὥςπερ substituere. Neque ap. nostrum De Electro c. 3. extr. in verbis: ὅςγε ἤδη ἀνέπλαττον, ὅσα καὶ οἷα χρήσομαι αὐτῷ. Ego τῇ γαστρὶ ὅσα πήρᾳ χρῶνται elegantissima brevitate dictum pro: τῇ γαστρὶ χρῶνται εἰς ἐκεῖνα πάντα, εἰς ὅσα ἡμεῖς πήρᾳ. Lehm.

Ead. l. 15. Οὐδὲ ἧπαρ) Eleganter pro οὐδὲ ἔντερον, οὐδὲ ἧπαρ. Vid. *Bos* de Ellips. Reitz. Pag. 777. Ed. *Schaef.* ubi confertur locus Ver. Hist. II, 30. hinc refingendus. Lehm.

Pag. 254. l. 2. Μαλθακὴ) Sive μαλακὴ, quod eodem redit. *Vestes molles* alibi sunt *sericae.* Ἱμάτια μαλακὰ ditiorum et aulicorum notissima ex Evang. *Matth.* XI, 8. ubi *Jac. Elsner.* plura ex profanis auctt. et *Lucian.* Fugit. Epist. Saturn. et de Salt. adduxit. Conf. de Salt. c. 2. ubi μαλακαῖς ἐσθῆσι tamen scribitur, non μαλθακαῖς, quod *Hippocrati* familiarius, ut μαλθακὴ νοῦσος, *mitis, remissus morbus,* I. Aphor. 7. Et millies alibi; sed et Atticis utrumque usitatum esse, nimis notum est. Reitz.

Ead. l. 16. Εἰς τὸ κάτοπτρον ἀποβλέψῃ) De oppositis his praepositionibus v. supra Quom. Hist. c. 42. Reitz. Deridetur autem h. l. auris Dionysii, et superioribus Gorgonum oculus. Lehm.

Pag. 255. l. 11. Παρήειμεν) Rescripsimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. In Edd. enim legebatur περιήειμεν, contra sensum. Περὶ et παρὰ saepe confundi a librariis, notat *Belinus.* Bip.

Ibid. Ἐν χρῷ) Sic supra Zeux. c. 6. f. Solan.

Ead. l. 13. Ἀφῆκε] Quid significet, nesciit *Belinus*, quum vertit: *le vent ne nous abandonna pas*, et ob hujus sensus ineptiam jam lectionem duorum Codd. ἐφῆκεν praefert, quippe quae cum unice vera versione *Gesneri: sed non sinebat ventus*, unice conveniat. Nec talia docentem sequi dedignati sunt *Bipp.* et *Schm.* At ἀφιέναι vi *permittendi, sinendi* cum aliunde notum, tum et nostro scriptori haud insolens. Timon. c. 13. ἠφίει περινοστεῖν ἐλευθέρως. Fugit. c. 32. ἑκὼν

ἀφίημι αὐτὸν ἀπολωλέναι. Et saepius. Infra c. 29. eadem ratione: *οὐ γὰρ εἴα τὸ πνεῦμα.* Lehm.

Pag. 256. l. 7. *Ἄνθρωπον μὲν οὐδένα*) Ita Mss. Regg. 2954. et 3011. Impr. *ἄνθρ. οὐδένα μέν.* Bip.

Ead. l. 14. *Οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν*) *Ἀδικεῖν* esse vim inferre, nocere, (adeoque etiam de inanimatis rebus dici) ut *Thucyd.* L. II. p. 103. et V, 400. et *Apocalyps.* IX, 4. *ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον*, adductis etiam his *Luciani* aliorumque verbis, probat *Elsner.* ad N. T. T. 2. pag. 453. Ed. Traject. Reitz.

Ibid. *Ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν*) Sic Icarom. cap. 23. et *Diodor. Sic.* XIII. c. 83. p. 608. intellecto *τραπέζῃ*, ut *L. Bos* docet. Alios probare *ἐπὶ ξένια*, scil. *δῶρα*, vid. *Wess.* ad *Diod.* l. d. Reitz.

Pag. 257. l. 6. *Σβεσθῆναι*) Videtur hoc commento ridere philosophos, qui animas esse naturae igneae statuere, ut ex fabula Promethei notum, et ex *Cic.* Somn. Scip. cap. 3. ubi Commentatores vide. Unde quibusdam opinio sedebat, aquis suffocari mortis esse genus omnium pessimum, quod anima sic penitus exstingueretur. Reitz.

Ead. l. 10. *Ὅπως ἔχοιεν*) Conf. mox c. 33. ubi *ὡς ἔχει.* Sed 36. *ὅπως* bis. Solan.

Ead. l. 13. *Νεφελοκοκκυγίαν*) Ex *Aristophanis* Avibus sumta urbs 820. seqq. *Κοττυφίωνος* nomen non mutarim, cum apte ad hanc rempublicam congruat. Gesn.

Ead. l. 15. *Κοττυφίωνος*) Ait, se pervenisse in urbem *Νεφελοκοκκυγίαν*, cujus rex fuerit *ὁ Κορωνὸς ὁ Κοττυφίωνος.* Puto scripsisse *Lucianum* *Κοκκυφίωνος*, ridicule formata voce a *κόκκυξ* et *κοκκύζω.* Graev.

Ibid. *Ἀριστοφάνους*) *Aristoph.* *Ὄρν.* p. 565. Solan.

Pag. 258. l. 4. *Πυρώδεις*) Angl. *πυροείδεις.* Bourd. *Πυροείδεις* A. et P. Reliqui *πυρώδεις*, nisi quod *Fl.* *πυρώδης*, *Junt.* *πυρόδεις* habent. Solan. Legitimae Adjectivorum formae sunt *πυρώδης*, aut *πυροειδής.* *Πυρωειδὴς* autem, et multo etiam magis *πυρωείδης*, genio linguae repugnant. Pessimam itaque omnium formam h. l. elegerunt *Reitz.* et recentiores, *πυρωείδεις.* Genuinam servarunt Cod. 2954. et pleraeque veterum Edd. *πυρώδεις*, quae eadem tandem est in J. et A. 2. eadem etiam in *Flor.* mendose modo in hac *πυρώδης*, in illis *πυρόδεις* edita. Comparativum *πυρωδέστερος* legas in Diall. Mortt. XXV. extr. Superlativum *πυρωδέστατος* in Anachars. c. 16. Lehm.

Ead. l. 6. *Μαλακῶς ἐνδιδόντος*) Conf. supra Apol. pro Merc. c. 4. *καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν.* Vel potius Hermot. c. 24.

ubi plane similem phrasin ex *Aristoph.* Plut. 488. addidimus. Et infra Toxar. c. 11. Ubi *Jens.* vim hujus verbi pluribus explicat. Oppositum ἐπιδιδόναι vide hac ipsa Ver. Hist. c. 6. Reitz.

Ead. l. 9. Ἀποῤῥίψαντες, ἐνηχόμεθα) Elliptice pro ἀποῤῥίψαντες ἑαυτοὺς ἐκ τῆς νεώς, ἐνηχόμεθα. Pariter *Lucas* in Act. Apost. XXVII, 43. L. Bos. Vide etiam Ἁλ. (fortasse Somn. s. Gall., qui tamen locus huc non omnino convenit.) cap. 9. Solan. Adscripserat *Solanus*, aliquem conjectasse, forsan ἀποῤῥύψοντες legendum. Sed ἀποῤῥύψοντες voluit, a ῥύπτω *abstergo*, *sordes abluo*, tumque profecto non male quidem: verum vulgata non est movenda, nam et sic in loco N. T. quem *L. Bos* indicat, ἐκέλευσε — ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι. Reitz.

Pag. 259. l. 2. Ἓν δὲ μέγιστον ἁπάντων] Hujus ingentis ceti similitudinem invenit *Krebs.* l. c. pag. 315. sq. cum eo, qui Jonam prophetam devoravit, ipso teste II, 1. nec temere id sumi, clare ostendit *Eichstadius* Tom. I. pag. LXXXII. huj. Edit. Lehm.

Ead. l. 6. Φαλλῶν) Idem vid. supr. c. 22. Solan. Quales describit in lib. de Dea Syria *Noster.* Gesn.

Ibid. Σκόλοπας) Confer supra de Merced. cond. cap. 3. Solan.

Ead. l. 8. Περιβάλλοντες) *Fl.* optime. Reliquae περιλαβόντες. Solan. *Florentinam* eo lubentius secutus sum, quod hoc verbum de amplexantibus et osculantibus proprie usurpatur. Sic *Long.* Past. IV, 125. (Ed. *Moll.* p. 133. numero per errorem typothetarum depravato) οὗτοι πάντες περιέβαλλον, κατεφίλουν χαίροντες, et L. IV. p. ult. Δάφνις τε καὶ Χλόη περιέβαλλον ἀλλήλους. Nec refert, illic laetitiae signum esse, hic metus et valedicentium; valedicentes enim aeque se amplexantur ac gratulantes. Ne plura in re nota congeram. Reitz. Ms. Reg. 2954. περιβαλόντες, probante *Belino.* Bip.

Ead. l. 10. Συναῤῥάξαι τοῖς ὀδοῦσιν) Contra mentem *Luciani* reddunt haec verba: *At dentibus non confregit prius, quam per eorum raritatem intro navis decidisset.* Contra mentem *Luciani*, inquam: nam navis illa prorsus non fuit confracta, nec dentibus belluae, nec in ejus ventre, sed integra iterum emissa, quando mortua erat bellua, ut videre est in principio L. 2. Ver. Hist. Voluit autem *Lucianus* his verbis indicare, os ejus belluae, et vacua inter dentes spatia adeo vasta fuisse, ut opus non esset dentibus prius confrirgere navim, et sic per partes eam absorbere, sed integram navim illaesam per dentium raritates facile potuisse transire. Vertas igitur

locum: *non vero dentibus prius comminuit, sed per eorum interstitia navis in ventrem decidit.* Haec in Obs. Crit. p. 52. L. Bos. Nihil mutandum. Jam observarunt Grammatici, saepius duplicari hic literam ʽ*P.* Adde etiam Ver. Hist. II. prope finem. Solan. Geminationem literae ρ in verbum *ἀράττειν* non magis cadere, quam in *σπαράττειν, συρίττειν, σμαραγεῖν*, et similia, facile ex ipsa re patet. Mirum autem, *Reitzium* eundem, qui Ver. Hist. II, 47. *προςαράξας* contra omnium Editionum, quae duplex ρ exhibent, fidem ediderit, h. l. ad ipsum illud exemplum ablegare lectorem potuisse. Quod quidem novo esse potest documento, quam parum sibi ille constiterit vel in iis ipsis rebus, in quibus summam diligentiam ostentat. Constanter autem in libris editum *συνηράσσοντο* infra c. 41. *συναράττουσιν* Anachars. c. 1. *προςαραξάτωσαν* Navig. c. 22. *ἀράττουσι* De Luct. c. 12. Unde colligi potest, et h. l. *συναράξαι*, ut in *Fl.*, non, ut in ceteris, *συναῤῥάξαι* *Reitzio* et recentioribus edendum fuisse. Lehm.

Ead. l. 13. *Κῦτος*) Ferri non potest *κῆτος*. Lege itaque cum *Fl.* *κῦτος*. Vide tamen *Brecrwood* pag. 133. *Of long.* etc. Solan. Lubens adripui scripturam *Florentinae*; nam vulgata *κῆτος*, *cete*, sensum exhibet satis absurdum. Etsi enim vel omnia hujus historiae commenta merito absurda dixeris, tamen orationis nexus non debet esse absurdus. Nihil autem in sequentibus est, unde liqueat, homines in *ceto* sedentes, alium *cetum* vidisse. Sed quid simplicius est, quam ut in eo latentes, partes ejus internas pellustrarint? Quare *κῦτος* hic intelligo *tartareum capacis alvi specum*, ut *Phaedr.* loquitur IV, 5. quem tum perspicere dabatur, cum bellua hiaret, lumenque ante negatum per os admitteret. Est vero *κῦτος* proprie alveus navis; vid. *Polluc.* Onom. I, 87. pag. 58. Et *venter*; vid. notam *Kuhnii.* Ediderunt autem in *Polluce* *κύτος*, prima acuta, cum tamen fateantur, Mss. habere *κῦτος*. At versa vice L. 2. p. 171. *κῦτος* dedere, cum Mss. ibi *κύτος* legere adfirmet editor. Quod quidem cur factum, non video: nam si differentiam statuissent, quod posteriore loco *cranii capacitas* significetur, monuissent forsan. Verum nihil differentiae video, cum de quavis capacitate vas ingens referente dicatur; nec adeo moror accentum, qui in syllaba ancipiti interdum ab aliis fit circumflexus, ab aliis acutus. Mallem tamen *κῦτος* utroque loco, ex analogia, ut *μῦθος*, *νῖκος*, et similia, quae circumflecti amant. Adde *Alciphr.* 3. Ep. 7. p. 292. qui *κῦτος τῆς γαστρὸς*, *capacitas alvi.* Et *Diodor. Sic.* III. c. 40. m. qui pro *alveo navis.* Versio *Gesneri* ad vulgatam est composita, ideo reliqui eam, sed mutatae lec-

tionis versionem ei adjiciens, ne mihi nimis sumsisse dicar. Reitz. Ut probo lectionem κῦτος, quam secuturus eram scilicet, si videre mihi contigisset; ita vulgatam κῆτος absurdam non puto. Quem enim piscem antea, qualis extra esset, viderant, eundem, non alium in illo cetum, qualis sit intus, vident. Caeterum juvat, dum ista retracto, observare, nomen κῦτος praeclare illustratum a *D. W. Trillero* Obs. Crit. p. 215. ubi idem nomen recte abjudicat *Heliodoro* Aethiop. 9. p. 445. pr. et ibi non κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον, sed Nilum κῦδος ἁπάντων ποταμῶν, legendum esse, divine conjecit, κῦδος ipse μέγα gentis nostrae, et Apollinearum artium omnium singulare ornamentum. Gesn. Κῆτος h. l. vix defendi potest. Jam non κῦτος, sed κύτος, scribendum. Non enim produci priorem syllabam, aut ancipitem esse, quod *Reitzius* temere sumsit, vel inde patet, quod a κύω proxime descendit, priorem corripiente, neque adeo ad analogiam vocabulorum μῦθος, νῖκος, et similium, referri, nisi ab imperito, potest. Constanter autem *Euripides* certe priorem corripuit. Vid. Suppl. v. 1209. Cycl. v. 397. Ion. v. 37. et 39. Lehm.

Pag. 260. l. 3. Γοῦν) Ita ex Mss. Regg. 2954. et 3011. expressimus pro vulg. οὖν, ut vitetur hiatus. Bip.

Pag. 261. l. 3. Ὀξέως) *Florentinae* lect. ὀξέος malam esse, vid. mox c. 40. f. Solan.

Pag. 262. l. 9. Τοι) Quid haec particula saepe in oratione, quasi supervacanea, valeat, tamen non ignoro. At hoc quidem in loco legendum censeo σοι. Solan. Non assentior. Quoties, si ista castigandi ratio valeret, in *Xenophonte*, aliisque primae classis scriptoribus, corrigenda forent ἐγώ τοι, ἀλλ' ἐγώ τοι, ἐγὼ γάρ τοι, et quae his sunt affinia, ἡμεῖς τοι etc. in quibus et nostrum καὶ ἡμεῖς τοι, *et nos quidem*, *et nos utique*. Lehm.

Ead. l. 10. Αὐτῷ σκάφει — καταποθέντες) Pro σὺν αὐτῷ σκάφει. Ita quoque *Alciphr.* I. Ep. 2. p. 12. ἀφεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν, ἀφεὶς δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτῷ τῷ σκάφει. Ad quae verba *Bergler.* plura similia adfert, quae nec repetam, nec augebo, quia nota. Reitz. Et nihil in *Luciano* frequentius. Lehm.

Pag. 263. l. 3. Τε) Deficiens in Edd. τε supplevimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. propter sequens καί. Bip.

Ibid. Ὁ δὲ, οὐ πρότερον, ἔφη, ἐρεῖν etc.) A scopo aberravit, qui haec ita transtulit: *ille vero, non prius dicam,* inquit, *nec intelligetis ex me, quam hospitio excepti praesentibus bonis fruamini.* Sensus est: *ille vero negavit se dicturum, aut*

ex nobis sciscitaturum esse prius, quam hospitalia sua, quae habebat, nobis impertiisset. Et hoc velle *Lucianum*, liquet ex iis, quae sequuntur: ἐπειδὴ ἱκανῶς ἐκορέσθημεν, ἐπυνθάνετο ἃ ἐπεπόνθειμεν. Et inferius: ὁ δὲ ὑπερθαυμάσας, καὶ αὐτὸς ἐν μέρει τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν διεξῄει. L. Bos.

Pag. 264. l. 3. Ἀπηνέχθημεν] Olim legebatur ἀπήχθημεν, et nihil variare Editiones notavit *Solanus*. At variant Codd. recentius collati, et 2954. quidem ἀπηνείχθημεν exhibet, quod *Belino* probatum recepit *Schm.* Sed 3011. et Gorl. convenientiorem *Luciani* stylo formam praebent ἀπηνέχθημεν, quam ego praeferendam duxi. Scilicet omnino illam esse magis Ionicam, hanc Atticam, formam tum *Gregorius Cor.* monuit suo loco, tum patet ex exemplorum copia, quae *Fischerus* congessit in Animadvv. ad *Weller.* Tom. III. a. p. 190. sq., quorum tamen nullum e *Luciano* nostro est repetitum. Hic autem scriptor ut in libro De Dea Syr. ionice conscripto nunc ionica forma, e. g. συνενείχθη cap. 27., nunc attica, e. g. κατενεχθῆναι c. 17. utitur, ita tamen constantiorem se gerit Atticismi observatorem in libris ad Atticam normam formatis. Sic ἐνεχθὲν Nigr. cap. 37. διενεχθέντες Charid. c. 18. συνενεχθεῖσα Hermot. c. 34. συνηνέχθην Diall. Mortt. XIV, 2. Somn. s. Gall. c. 17. Toxar. c. 14. προςηνέχθημεν Ver. Hist. II, 3. et κατηνέχθην Diall. Merett. II. versus fin. Unde et h. l. Atticam formam Ionicae anteponendam judicavimus. Lehm.

Ead. l. 14. Λουόμεθα) Huc pertinet, quod *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 11. et 12. monuit, scribens: Λοῦμαι, inquit *Thomas Mag.*, πάντες Ἀττικοὶ, καὶ λοῦσθαι. Sed et λούομαι habet *Lucian.* in Ver. Hist. p. 337. (i. e. hoc loco.) Haec ille. *Aristoph.* vero amat λοῦσθαι et λούμενος dicere: ἀπέλου tamen pro ἀπέλουε *Bisetus* ait metri caussa dictum, vid. *Maittaire* de Dialectt. p. 9. Ex uno autem *Luciani* loco nihil conficitur, dices; cum alibi plerumque in aor. et fut. hoc verbo utatur, ubi contractio locum non habet: sed et Nigr. c. 13. λουόμενος, non λούμενος, sine varietate legitur, nec non postea; quare rursum ajo, non ὑπεραττικίζειν *Lucianum.* Reitz. Exemplis Lucianeis, a *Reitzio* allatis, adde haec: ἔλουε Necyom. c. 7. λούεται Philops. c. 19. λούεσθαι Cronos. c. 17. λουόμενος Advers. Indoct. c. 23. λουομένη Diall. Marr. XIII, 1. Lehm.

Pag. 265. l. 11. Τριτωνομένδητες τὰ μὲν ἄνω ἀνθρώποις ἐοικότες, τὰ δὲ κάτω τοῖς γαλεώταις) Interpres: *Tritonomendetes, superioribus partibus similes hominibus, inferioribus vero felibus.* Male. Γαλεῶται hic non sunt feles, sed pisces, qui γαλεῶται dicuntur, et alio nomine ξιφίαι, Latinis etiam *Xiphiae.* Sed

ratio compositionis hujus vocis quae? Triton fingitur quidem monstrum marinum, superiore parte hominem referens, sed *μένδης* est hircus, sive ipse Pan. Vide *Herodot.* lib. II. c. 46. et *Suidam.* Mihi non liquet: quaerant otiosi. Quid enim *μένδης* cum Xiphia, aut etiam fele, si id malis, habet commune? Graev. *Τριτωνομένδητες* appellatio monstri ex Tritone, marino homine, et hirco compositi, quem *Μένδητα* esse Agyptiis, notum ex *Herodoto.* Sed quid ad hunc *γαλεώτης*, sive *stellionem* dicas, sive *felem*, sive *mustelam* denique? Itaque metuo, ne hic etiam lacuna sit, ut modo circa *Ἀεροκόρακας* observatum est. Gesn. Non opus est hoc *Gesneri* metu neque enim talia ad amussim sunt fastidiose exigenda; quemadmodum etiam *Massieuius* et *Wielandius* censent. Lehm.

Ead. l. 14. *Θυννοκέφαλοι*) In *S.* *Κυνοκέφαλοι.* In reliquis *Θυνοκέφ.* quod ego cur mutarim, manifestum est; vide etiam cap. 38. Solan. *Θυνοκέφαλοι Aldus*, quod ortum videtur ex *θυννοκέφαλοι*, q. d. *thunnicipites. Thunnus* piscis nobilis, cum *cancris* commode jungitur. Si allegoriam spectes, notum est, brutum quendam impetum multitudinis ea imagine notari. Sed deinde ipse quoque *Aldus* dedit *Κυνοκεφάλους.* Et *κύνα* quoque piscem esse, notum. Gesn. Etsi *Parisina Κυνοκέφαλοι* praeferebat, tamen in versione *Thynocephali* expressum erat: unde facile patet, quid edi voluerit. Reitz.

Ibid. *Ἑαυτοὺς*) Et sic legere *Florentinam* cum *Junt.* notaverat *Solanus.* Quid tum? non enim opus erat aliam lectionem quaerere. *Ἑαυτοὺς* enim sic amare poni pro *ἀλλήλους*, *se invicem*, vel *mutuo*, nisi satis notum est, vid. ex veteri Lexico, in *Biblioth. Coslin.* p. 233. quod ait: *ἑαυτοὺς, ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους, οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι.* Adde *Thucyd.* IV, 25. *καὶ παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς*, *et se mutuo adhortati.* Reitz. Errasse *Reitzium* suspicor, qui *Solani* notam ad hoc *ἑαυτοὺς* pertinere putaret. Res enim hic est adeo clara ac nota, ut *Solanum* non credam de ea dubitare potuisse. Verum pertinuit, nisi fallor, nota ista ad illud, quod mox cap. sequ. legitur, *αὑτούς γε ὡπλισμένους*, ubi insolentius videri potuit *αὑτοὺς* de prima persona pro *ἡμᾶς αὐτούς*· quamquam ne hoc quidem sine exemplo. Cf. supra c. 6. *παραδόντες αὑτοὺς ἐκειμαζόμεθα*, ubi vid. *Reitz.* Lehm.

Ibid. *Πεποιημένοι*) Active hic ponitur, ut *εὑρημένη* similiter active ap. *Alciphron.* I. Ep. 8. *καὶ δέομαι τὸ λῷον εὑρημένην συμβουλεῦσαι.* Ubi *Bergl.* bene monet, praeter alios sic saepe *Demosthenem* loqui, ut *εὑρημένοι τιμὰς* etc. *Noster* supr. Deor. Dial. XIV. fin. *θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον.* Ac

non semel alibi; quae loca indicabit *Jens.* ad Tyrannicid. Ita οἱ κεκτημένοι dicebantur Athenienses, qui praedia possidebant, et qui servos. Licet et alibi id signif. quod possidetur. Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 4. Ibid. v. 7. ἐωνημένος, *qui emerat*, cum etiam sit: qui *emtus* est; vide commentt. Sed et praeterita passiva aliorum modorum interdum sic ponuntur, ut *Herodian.* I, 13. ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν — ἐπάλληλοι — σώματος ἡδοναὶ, *subjugabant omnem ejus animam aliae ex aliis voluptates.* Permulta ejusmodi congerere liceret. Sed haec jam sufficiant. REITZ.

Pag. 266. l. 1. Ψιττόποδες, γένος μάχιμον καὶ δρομικώτατον) *Psittopodes genus bellicosum et velocissimum.* Forte Ψηττόποδες, qui habebant pedes instar passerum, a ψῆττα passer, sc. marinus. GRAEV. Vera hujus nominis scriptura ex phrasi petenda est admodum insolenti, quae in Lexiph. c. 3. legitur: ἀγρὸν δὲ ᾠχόμην ψύτταν κατατείνας, οἶσθα δὲ ὡς φίλαγρός εἰμι, quod non est, ut visum fuit *Micyllo* somnianti vertere, *sed rus ibam, ubi ripae aggerem protendi*; sed ut recte *Benedictus, contento cursu rus ivi.* Unde lux *Hesychio* in voce ψύττα. Sed vide, quae ad eum locum adnotata reperies: aut saltem adi *Epist. Sat. ad div.* c. 5. ubi haec verba, sic emendata, leges: ὗς δὲ καὶ ἔλαφος ὀπτώμενοι μεταξὺ δρασμὸν βουλεύσουσιν ἐκ τοῦ ὀπτανείου ἐς τὸ ὄρος. καὶ ὄρνις ψύτταν κατατείνασαι ἄπτεροι καὶ αὐταὶ, παρ' αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται. Lege itaque Ψυττόποδες, non, ut in omnibus libris legitur, Ψιττόποδες. Rationem hanc esse nominis, etiam ex eo, quod addit *Lucianus*, cum vocat γένος δρομικώτατον, patet. SOLAN. Legendum videtur Ψηττόποδες, ut cum Παγουράδαις socientur melius: piscium enim nomina Ψῆττα et Πάγουρος. Ψίττα quid hic sibi velit, equidem nondum intelligebam. Ψῆτταν etiam adhibet noster Pisc. 549. (c. 49.). Sed tanto minus aliquid mutare ausim, quia saepius idem nomen eodem modo scriptum recurrit. GESN. Ψηττόποδες, et mox Ψηττόποσιν exhibent duo Codd. Pariss. Quare *Graevii* hanc conjecturam, quam *Wielandius* quoque secutus est, tanto minus dubitabam cum *Schmiedero* admittere. LEHM.

Ead. l. 4. Τοῖς Ψιττόποσιν) Τοῖς non aderat in Edd. Addidimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. BIP.

Ead. l. 7. Βιοτεύσωμεν) Patet, vel me tacente, *Lucianum* scripsisse, ἡμᾶς δὲ χρὴ ὁρᾶν ὅπως δυνησώμεθα τοσούτοις ἔθνεσι μάχεσθαι, καὶ ὅπως βιοτεύσωμεν, non, ut editum est, βιοτεύσομεν. *Est autem operae pretium, ut prospiciamus, quo modo cum tot gentibus congredi poterimus, et qua ratione victuri simus.* JENS. Imo contraria ineunda erat ratio. Βιοτεύσομεν, quod

omnes Edd. vett. habent, reperitur etiam in omnibus, qui hactenus collati sunt, Codicibus. Et *δυνησώμεθα*, quod Editionibus inhaesit, rejicitur auctoritate eorundem Codd., ubi *δυνησόμεθα* legitur. Ergo Futurum simplex erat restituendum, quod miror non jam a *Schmiedero* factum esse, quum res sit in manifesto posita. *Ὅπως* autem cum Futuro inveneris De Merc. Cond. c. 8. *θεραπεύει, ὅπως μεθέξει αὐτῆς*, quemadmodum *ὡς* cum eodem tempore in Vit. Auct. princ. Vide, quos *Matthiae* adiri jubet in Gr. Gr. §. 520. not. 4. LEHM.

Pag. 267. l. 2. *Τῆς προθεσμίας ἐνεστώσης*) Obscure versio Parisina: *jam pacti tempore imminente.* Sed *προθεσμίαν* esse *constitutum tempus*, ut in Epist. ad *Galat.* IV, 2. *ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς*, producto hoc *Luciani* loco, alioque ex ejusd. Nigrino, *Plutarcho* item et *Aeschine*, post alios docuit *Elsner.* ad N. T. l. c. REITZ.

Ead. l. 7. *Ἐξοπλισάμ.*) Sic Coll. P. et L. At impressi omnes *ἐξαυλισάμενοι*. SOLAN. Vulgatam *ἐξαυλισάμενοι* servavi, etsi *ἐξοπλισάμενοι* intellectu facilius est. Posset enim *ἐξαυλισ.* significare *e tentoriis, tuguriis, exciti*; quasi oppositum *τῷ ἐναυλίζομαι*. Et sic video *Gesnerum* accepisse: at non invenio auctoritatem; ideo suspectum habeo istud verbum, donec alibi invenero. REITZ. Simplicior haud dubie et convenientior etiam lectio est *ἐξοπλισάμενοι*, quam etiam Codd. Pariss. 2954. et 3011. et Gorl. confirmant, et *Micyllus* quoque expresserat voce *armati*. Altera lectio pronuntiationi deberi videtur, qua diphthongus *αυ*, in Galliae potissimum regionibus, non multum diversa est a vocalis o sono. LEHM.

Pag. 268. l. 3. *Τοὺς φωλεοὺς*) Frater monet legendum *τὰς φωλ.* contra Edd. REITZ.

Ead. l. 6. *Ἐπηυλισάμεθα τῇ μάχῃ*] et quae proxime sequuntur, paene ad verbum repetita sunt ex *Thucyd.* IV, 134. observante *Abreschio* in Dilucidd. Thuc. p. 490., qui *ἐπὶ μάχῃ* explicat *post pugnam*, *Gesnerus*, opinor, rectius, *in pugnae loco.* LEHM.

Ead. l. 10. *Θυννοκέφαλοι*) Ut cap. 35. Sed hic omnes, excepta *B.* 2. (etiam B. 1. et 3.) *Κυνοκέφαλοι* habent. SOLAN. Confer omnino supra c. 35. *Parisina* hic iterum *Κυνοκέφαλοι* cum reliqq. In versione tamen iterum quoque *Thynocephali*; quare, si vulgata supra erat movenda, etiam hic mutanda fuit. REITZ.

Ead. l. 14. *Ἀντήχει τὸ κῆτος*) *Wesseling.* ad *Diod.* III. c. 16. n. 12. conjicit *ἀντέχει τὸ κύτος*, quod *κύτος* testudinis crustam significet, ac sic frequenter *Diod.* Sed ignoscat, si

nihil adhuc mutem, propter continuo praemissum in *Luciano* *πολλῇ βοῇ χρώμενοι.* Clamori enim hic bene respondet Echo, et usitatum historicis clamoris istius ante pugnas repercussionem commemorare. Reitz. Si vere *Wesselingius*, ut *Reitzius* refert, *ἀντέχει* voluit, — nam ejus *Diodorus* mihi nunc non est ad manus — nihil infelicius et insulsius profecto excogitari potuit; ita, ut jure mihi conjicere videar, falsa *Reitzium* vel vidisse, vel tradidisse. *Κύτος* autem, quod *Wesselingius* mavult, egregie quidem cum *ἀντήχει* convenit, et cum toto loco, ita, ut etiam *Schmiedero* ea mutatio arriserit. Neque tamen ideo vulgatam lectionem, et ipsam bonam, et, si recte sentio, etiam lepidiorem, deserendam censeo. Lehm.

Pag. 270. l. 3. *Ἄπαντα ὧν*) Quamquam sic etiam ferri possit, malim *ἁπάντων ὧν.* Solan. Secuti sunt *Reitz. Bipp.* et *Schm.* nec ego sequi dubito, quum Codex Gorl. praeclaram conjecturam confirmet. Lehm.

Ead. l. 9. *Εἴκοσι καὶ ὀκτὼ*) Atqui mox, praeter remiges, quadraginta armatos audies. Audis etiam hic statim post numerum prolatum *τούτων δὲ* etc. ut necesse sit, majorem a *Luciano* fuisse scriptum, quem LXX fuisse existimo. Sed res nihili est in tali libro. Solan. *Εἴκοσι καὶ ἑκατὸν* edidit *Schm.* e Codd. 2954. et 3011. satis probabiliter. Lehm.

Pag. 271. l. 1. *Σταδιαῖον*) Sic *πηχυαῖοι* supra c. 22. et *ἡμισταδιαίους* hoc eod. cap. Reitz. Vide tamen Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 3. *Πῦρ ἦν*) *Homer.* Il. *E*, 4. Solan.

Ead. l. 5. *Ὁ ἄνεμος*) Vulgo *ἄνεμος* sine articulo, quem restituimus ex Ms. Reg. 3011. Bip.

Ead. l. 6. *Ἣ*) P. L. et Ed. *Junt.* In reliquis *οἷ.* Alludit ad *Homeri* locum in margine designatum; quem Zoilus etiam carpserat, immerito. (Vid. *Didym.*) Solan.

Ead. l. 12. *Ἐκβληθεῖσαι*) Qui *dissolutae* interpretati sunt, legebant illi forte *ἐκλυθεῖσαι*, quod placeret, si in libro invenirem. Et fateor, me non habere, qui *ἐκβληθῆναι* hoc sensu dixerit, quo hic opus est. Itaque analogiam, et vim *τῆς ἐκ*, quam habet etiam intendendi atque augendi, secutus sum. Gesn. Rectius in tribus Codd. legitur *ἐμβληθεῖσαι*, quod et *Schmiederus* amplexus est. Lehm.

Pag. 272. l. 6. *Σπόγγοις*) Corruptam hanc vocem arbitror; sed quid reponam nescio. Nec res tanti est. Solan. *Gisb. Koen.* ad *Gregor.* de Dial. p. 64. conjiciebat *κόγχοις*, notante *Belino*. Sed nihil opus mutatione. Bip. Nec *Wielandius*, nec *Schaeferus* denique ad *Gregorii* locum laud. genuinam vocem mutandam censent. Quippe spongiis caedi mi-

raculum est maxime ridiculum. *Massievius* tamen in versione Francogall. praetulit *Koenii* conchas. Lehm.

Ead. l. 14. *Αἱ δὲ λοιπαὶ πρύμναν κρουσάμεναι*) Nimis saepe et erudite hoc genus loquendi illustratum est ab praeclaris ingeniis, quam ut voces postremas intelligamus cum *Micyllo* simul et *Benedicto collisa puppi*. Gron.

Ibid. *Πρύμναν κρούειν*) Imperitissime vertitur, *αἱ δὲ πρύμναν κρουσάμεναι ἔφευγον*, *reliquae collisa puppi fugerunt.* Siccine? collisa puppi poterant fugere? Verte, *reliquae remis inhibentes fugerunt.* Quod Graecis *πρύμναν κρούειν*, hoc Latinis *inhibere remis.* Cum olim fugam molirentur in pugnis navalibus, non conversa navi fugiebant, sed paullatim euntes cessim, et remis inhibentes cursum navis, retro navigabant, ut erudite docuit *ὁ πάνυ J. Frid. Gronovius* lib. IV. Observat. cap. ultimo, quem vide. Graev.

Pag. 273. l. 3. *Κατέδυσαν*) Passive accipias necesse est: nam numerus non patitur, ut de hostium insulis intelligatur, quod priores interpretes non animadverterant. Sic *Polyaen.* I. p. 77. et passim. Solan. Scilicet *κατέδυσαν* non est a *κατέδυσα*, sed a *κατέδυν*, reflectendum. Lehm.

IN VERAE HISTORIAE LIB. II.

Pag. 274. l. 1. *ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ*) Inscriptio Scholiorum hic rursus erat *ἀληθινῶν διηγημάτων*· vid. princ. 1. VER. HIST. quam itaque, quia nihil ad rem facit, in Scholiis omisi. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἀποθανεῖν*) Nihil opus esse τῷ *ἔμελλε*, quod *Vorst.* ingerit, attendenti patebit: satis enim commode ad *διέγνωμεν* refertur hic infinitivus, et vel sic elegantius, quam si quidquam addatur. Sic fere *Athen.* VI. p. 246. C. *Συμπότας φησὶ — συνάγεσθαι ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως, οὓς προςαγορεύεσθαι γελοιαστάς.* Ita et *Sallust.* Jug. cap. 113, 3. *Dicitur secum ipse multa agitavisse, — quae scilicet tacente ipso, occulta pectoris patefecisse.* Plura addere in re nota non libet. At potuit *Vorstii* mens fuisse, *ἔμελλεν* hic per ellipsin intelligendum, uti mox *ἔμελλεν ἔσεσθαι* plene enunciatur; tumque nihil contra dico. Reitz.

Pag. 275. l. 6. *Μεγάλαις δοκοῖς*) Hunc locum in corrupto Codice cum legisset *Thomas Magister*, incaute secutus est, quam illic inveniebat, scripturam. Nostri Codices omnes

habent μεγάλαις, recte. Solan. Vide tamen Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 9. Ἀνελκύσαντες τὸ πλοῖον, καὶ διὰ τῶν ἀραιωμάτων διαγαγόντες, ἐκ τῶν ὀδόντων ἐξάψαντες) Cum vertissent alii, *per raritatem dentium educentes et explicantes*, inde *Benedictus* fecit *deductam et explicatam*. Sed turbatissime hic nugantur omnes, et illud *explicare* nihili est. Verte: *per raritates traductam et ad dentes religatam*. Id enim est hoc loco ἐξάψαι. Ut in fine praecedentis libelli, ἐκείνην μὲν τὴν νύκτα περὶ τὸ θηρίον ηὐλίσαντο, ἐξάψαντες αὐτοῦ τὰ ἀπόγεια. Et translate in Amoribus, ἐγὼ δὲ τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἑκατέρωθεν ἐξαψάμενος περιήειν. Gron.

Ead. l. 10. Καὶ) Καὶ absens in Edd. restitutum ex Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip.

Pag. 276. l. 7. Ἐπάγη) Ridet. At nostra aetate satis jam compertum est, mare ipsum sub Arcto, hibernis totis mensibus, glacie rigere, et vix aestivis tutum. Solan.

Pag. 277. l. 1. Προσελθόντες) Lege προελθόντες. Solan. Non dubito, quin *Solani* emendatio sit vera; nam προελθόντες, *prodeuntes* ex illa fovea, meliorem sensum praestat, quam προσελθόντες, *accedentes*: quia tamen Codd. nullis nititur, intactam sivi vulgatam. Reitz. *Solani* conjecturam egregie confirmant Codd. 2954. et 3011. quam etiam *Micyllus* expressit verbo *egressi*. Lehm.

Ead. l. 10. Ὥσπερ ὁ Μῶμος) *Lucianus* hic alludere videtur ad id, quod de Momo scripsit *Aristoteles* de partib. animal. lib. III. eum naturam incusasse, quod bobus cornua in capite, non in armis potius addiderit; videlicet quod vehementius possent ferire. Id *Lucian.* in Nigr. Cogn. Conf. supr. Nigr. §. 18. (ex divis. *Hemsterh.* est §. 32.) et Hermot. c. 20. Solan.

Pag. 278. l. 2. Ὄψον μὲν) Ita dedimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. pro vulg. ὄψον τε. *Μὲν* respondet seq. δὲ — ποτὸν δέ. Bip.

Ead. l. 4. Τυρὼ) Hujus fabulam repete ex Diall. Marr. XIII. et adde, si lubet, Philopatr. c. 6. Solan.

Pag. 279. l. 2. Φελλὼ) Nota etiam est Φελλὸς Pamphyliae urbs, itemque Φελλεὺς mons Atticae etc. Vide *Stephan. Byzant.* h. v. Gesn. His Phellopodibus derideri maritimam servatoris nostri ambulationem, quam narrat *Matthaeus* Evangel. XIV, 25. sq. probabiliter statuunt *Krebs.* l. c. p. 318. et *Eichstad.* in Prolus. laudata Tom. huj. Edit. I. p. LXXXIV. Lehm.

Ead. l. 3. Συνωδοιπόρουν) Conf. Hermot. c. 13. Solan.

Ead. l. 9. Ἀπ᾽ *αὐτῶν*) Ita restituimus, auctoribus Mss. Regg. 2954. et 3011. Desiderabantur enim in Edd. duae hae voces. Bip. Repertae eaedem etiam in Codd. Aug. et Gorl. neque adeo temere eas, monente *Belino*, admisit *Schmiederus*. Sed quod *Belinus* pro *ἀνεκαίετο*, invitis Codicibus et Edd. omnibus, magis Attice scribi vult *ἀνεκάετο*, certe, antequam hoc fieret, supra c. 1. *ἐκαίομεν* et c. 2. *ἀνακαίοντες*, et libro I. cap. 40. *ἐκαίετο*, corrigi debuerant. Lehm.

Ead. l. 10. *Κατὰ δὲ τὴν πρώραν*) Proditum est a veteribus poëtis, esse quasdam in Oceano insulas, ad quas post mortem deferuntur eorum animae, qui sancte religioseque vixerint; *Homer. Lucian.* de Luctu. Cogn.

Ead. l. 13. *Ἡρόδοτος*) *Herodot.* III. p. 123. Solan. Est libri III. caput 113. Lehm.

Pag. 280. l. 10. *Ἐπηρεμίοις*) Quanquam enim vox sit insolens, aptissima videtur. Verbo *ἐπηρεμέω* utitur Amorr. cap. 45. Certe ridicule antea legebatur et vertebatur hic locus, *ἐπ᾽ ἐρημίας*, *in desertis*. Solan. Optime haec refutantur iis, quae in sequenti nota *Gesnerus* monet, cum quibus et *Wielandius* consentit. De tibiis obliquis vide *Schaefer.* ad *Longi* l. l. p. 332. sq. Lehm.

Ead. l. 11. *Πλαγίων αὐλῶν*) Dum quis meliora me doceat, intelligo fistulas obliquas, *Querpfeiffen*, (Belg. *Dwarsfluiten*), suspensas voti caussa a pastoribus in locis desertis, specubus, arboribus, quas sonum aura spirante edere, nihil impedit. Tales sunt apud *Longum* Pastor. lib. I. p. 5, 19. ubi in antro *ἀνέκειντο αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα.* Plura ibi *Mollius.* Gesn.

Ibid. *Βοὴ* etc.) Hunc etiam locum in depravatissimo Codice legerat *Thomas Magister*, quem vide in voce *ἀθρόος*. Nostri Codices non *ἄθρους*, sed *οὐ θορυβώδης* habent. Solan. *Ἄθρους* quidem, ut in *Thomae Mag.* Codice, ita et in Pariss. deprehenditur; idque mirifice *Belino* probatum. Ego tamen suspectae eam vocem auctoritatis habeo. Alterutrum enim, aut *ἄθρους*, aut, quod idem prorsus valet, *οὐ θορυβώδης*, tollendum esse, nemo non facile videt. Atqui *οὐ θορυβώδης* deleri nequit ob sequentia. Ergo *ἄθρους* delendum, idque glossematis nomine. Lehm.

Ead. l. 14. *Κροτούντων πρὸς αὐλὸν ἢ κιθάραν*) Non debuit verti, *ad tibiam vel citharam saltant*; neque enim *κροτεῖν* est saltare: et certe erat quoque modulatus plausus. Utique et in Pseudomanti *κυμβάλοις κροτοῦντα* interpretatur *Benedictus cymbala pulsantem*, sine mentione saltandi; et in Saltatione *κροτοῦντα τε προσέτι καὶ ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους ἐπι-*

βοῶντα reddidit, *applaudens et laudibus indecentissimis acclamans.* Gron.

Pag. 281. l. 4. *Περιπλόοις*) Angl. περιπόλοις. Bourd. Περιπολ. A. P. L. *S. Amst.* Impressi vero omnes περιπλόοις, ante *S.* quae recte mutavit. Solan.

Ead. l. 8. *Ὁ Κρῆς Ῥαδάμανθυς*) Rhadamanthus, Lyciae rex, filius Jovis ex Europa, Minois et Aeaci frater, vir justissimus. Vid. *Virgil.* VI. Aen. Cogn. Cf. Diall. Mortt. XXIX. Lehm.

Ead. l. 10. *Αἴαντος*) Occubuit ad Trojam, ut scribunt *Sophocles* in Ajac. et *Dictys* Cretens. in Histor. Cogn.

Ead. l. 11. *Κατηγορεῖτο*) Leve admodum est vitium, quod tamen inquinat editiones omnes, ut mirum, a tot editoribus non esse sublatum. In omnibus enim exstat κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ pro ἐκατηγορεῖτο, quod puer videat. Graev. *Ἐκατηγορεῖτο*) In omnibus antea legebatur κατηγορεῖτο· et sane sic passim apud hunc, Prometh. fin. Ib. c. 4. f. Diall. Mortt. XXVII. et Necyom. c. 19. eodem modo, quo hic in impressis. Sic et Fab. *Aesop.* Delect. Fab. X. vitiose; et *Aesop.* Fab. 72. et apud *Demosth.* c. Mid. p. 409. A. Solan. *Solanus* cum *Graev.* sentiens, ἐκατηγορ. scribendum esse etiam in marg. *Junt.* notavit. Ego vero cur neutri obsecundem, dicam. Miror autem *Graev.* tam confidenter dicentem, vel puerum videre, ἐκατηγορεῖτο scribendum. Ego certe et plures mecum id non videbunt. Meruisset saltem probari illud ἐκατηγ. An enim non cogitavit vir summus, verbum esse compositum, ideoque augmentum in medio potius locum habere? (quamvis ejusmodi composita interdum initio, interdum utrobique augeri noverim.) Quin ἐκατηγορεῖτο, etsi Lexica sine auctoritate adferunt ἐκατηγόρησε, mihi potius suspectum esset: nam *Thucydides*, Atticae puritatis norma optima, I, 95. καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ. Iterum ibidem paullo post, κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα Μηδισμὸς, καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. Sic nec imperf. act. gerit augmentum in fronte ap. *Aelian.* V. H. III, 19. λαλοῦντος κατηγόρει. Idem XII, 12. ἐστεφανοῦτο — τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ. Nec aorist. id habet apud eund. I, 34. πάντα ἀκριβῶς κατηγόρησε. Adde *Herodian.* VI, 9. §. 1. τοῦ τε Μαξιμίνου — κατηγόρει, et ter quater alibi. Omnino igitur vulgata erat servanda, etiamsi forte alibi ἐκατηγορεῖτο inveniretur. Nec tamen abjectum esse augmentum dixeris, ut in *Zeux.* §. 10. κροτάλιζον pro ἐκρότάλιζον· quod in nonnullis temporibus, maxime in plusquamperf. passiv. etiam in soluta oratione saepe fieri, ut πεποίκιλτο pro ἐπεποίκιλτο, δεδώκεισαν pro ἐδεδώ-

κεισαν, diximus ad 1. Ver. Hist. c. 13. Ita et *Jungermann.* ad *Long.* Past. 220. εὔχοντο et ηὔχοντο promiscue scribi, aliaque similia docet, et frustra illud εὔχοντο, quod ap. *Long.* III. p. 94. editum conspicitur, in ηὔχοντο mutari, observat. Immo quia κατηγόρει et κατηγόρηκα locis ab *Solano* citatis Noster ubique dixit, tanto minus debebat id nunc mutare; quin et reliqua ejus testimonia contra ipsum faciunt. Et *Graevius,* ad Mort. Dial. XXVII. §. 7. f. ad verba ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας aliquid commentatus, ibi tamen de addendo augmento, etsi tempus imperf. et ibi est, nihil dixit. Reitz.

Pag. 282. l. 1. *Νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τοῦ ἐλλεβόρου*) *Th. Magist.* v. πίομαι. Solan. Sed ἑλλεβόρου adspirate apud *Thomam* invenio. Reitz.

Ead. l. 6. *Τοσαῦτα*) Sic pro τοιαῦτα, quod est in Ed. *Reitzii,* reponendum ex Mss. Regg. 2954. et 3011. monuit *Belinus.* Sed ita jam scriptum offendimus in Ed. *B.* 4. et *S.* Bip. Et in reliquis, quas consului, omnibus Edd. Videtur itaque *Reitziano* τοιαῦτα error quidam subesse. Lehm.

Ead. l. 10. *Περὶ προεδρ.*) Conf. Dial. mort. XII. pr. Solan.

Ead. l. 12. *Παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσ.*) *Th. Mag.* v. *Παρά.* Solan.

Pag. 283. l. 1. *Οὗτος*) Sic lego pro οὕτω, quod in omnibus hic reperio. Solan. Falsissime. *Οὕτω* est: *tum, quibus expositis;* quem particulae οὕτω usum, qui ei communis est cum Lat. *sic*, hodie nemo ignorat. Facilius autem pro sequenti δὲ e Codd. aliquot admisi δή. Lehm.

Ead. l. 12. *Πύλαι πᾶσαι μονόξυλοι κινναμώμινοι*) *Benedictus: portae ex solo cinnamomi ligno.* Item infra, εἰς ναῦν μονόξυλον, *navim solido ex ligno conflatam.* Quae versiones quam sint absurdae, docet ipse, cum statim βωμοὶ μονόλιθοι vertit: *ex uno lapide.* Id enim vult, ista non esse composita ex frustis, sed ex una trabe et segmento arboris tam magnae exsecta. Gron.

Pag. 284. l. 3. *Πηχέων ἑκατὸν βασιλικῶν*) Vid. supra Catapl. cap. 16. Solan.

Ead. l. 6. *Πυέλοις*) Πύελος, ὄρυγμα, ἐμβατή, ἔνθα ἀπολούονται. *Aristoph.* Schol. *Vorst.* Vid. Hipp. c. 6. Solan.

Ibid. *Ἐσθῆτι*) Si pristinam versionem respicias, quae habebat, *utuntur autem vestibus purpureis* etc., statuas ἐσθῆσι legendum, ut referatur ad πορφύροις. Sed ut constructio sic evadat facilior, sensus tamen erit deterior: nam nihil adeo mirum foret, si vestes tantum purpureae dicantur; sed magis mirum, aranearum telas ipsas esse purpureas; quales la-

nas aevo aureo promittit *Virg.* Ecl. IV, 45. *Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos*, et quae praecedunt. Ait igitur *Lucianus*: *pro vestitu utantur aran. telis per se purpureis.* Interim, si a colore recesseris, hodie non adeo mirum, vestes ex aranearum telis posse confici, cum nostra memoria id in Gallia experimenti caussa factum sit. Reitz.

Ead. l. 12. *Ὁμοιότητα*) Angl. ὡραιότητα. Aliam tamen lectionem sequutus est interpres. Bourd.

Ibid. *Εἰ γοῦν μὴ ἅψ.*) Describit eleganter umbras apud inferos, posse quidem eas non tangi, habere tamen corpora valde subtilia, quae non tam corpora sint, quam corporis instar. Sed interpretes non recte intellexerunt hunc locum: *Καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν, τὴν δὲ τοῦ σώματος ὁμοιότητα περικειμένη. εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον.* Vertunt: *In summa videtur eorum anima nuda circumvagari, similitudine corporis circumdata. Ac nisi quis tetigerit, non possit deprehendere non esse corpus, quod videt. Nam sunt ut umbrae rectae, non nigrae.* Latina versio εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτο, longe a Graecis verbis abit, quae sic erant transferenda: *Licet igitur quis attingere nequeat, non tamen convincat non esse corpus, quod videtur. Sunt namque tanquam umbrae rectae, non nigrae.* Videntur enim, licet non tangantur. Graev.

Ead. l. 14. *Σκιαὶ ὀρθαὶ*) Umbrae aliae in libero loco stantis hominis humi jacere ac trahi videntur: hae, instar hominis ipsius, erectae. Aliae defectu lucis, h. e. natura sua nigrae; hae coloratae tum carnis colore, tum vestium. Caeterum ita recte me interpretatum post alios hunc locum arbitror, licet aliter summo viro videatur. Gesn.

Ibid. *Οὐ μέλαιναι*) Non sicut nostrae, jacentes et nigrae, sed corporibus veris, si soliditatem excipias, similes. Solan.

Pag. 285, l. 9. *Ὀπώραν*) (*Ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τὸν καρπὸν ἔχουσα, οἷον δωρακινὰ, μῆλα ἀππίδια, δαμασκηνὰ, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθεν τι ξυλῶδες. Constant. Γεωπ.* L. X.) *Vorst.* Solan.

Pag. 287. l. 1. *Στόμασιν*) Parum concinne hoc quidem, nisi cum *Aristophanis* Socrate ὀῤῥοπυγίῳ facias canentes. Solan.

Ead. l. 6. *Τοῦ Ὁμήρου*) In Edd. non legebatur articulus τοῦ, quem reposuimus ex Ms. Reg. 3011. Bip.

Ead. l. 10. *Εὔνομος*) Musicus is clarus, cujus historiolam lege, quam narrat in *Προτρ. Clemens Alexand.* sub ipsum

initium, de cicada chordae fractae vicem subeunte. SOLAN. Cf. *Strab.* VI, 9. p. 260. LEHM.

Ead. l. 11. Στησίχορος) Poëta propter Helenae vituperationem oculis captus, non prius, nisi placato palinodia oblaeso numine, videre potuit. *Lucian.* Macrob. COGN. Macrob. c. 26. Himerensis poëta vocatur Pro Imagg. cap. 15. De Arione autem Lesbio vide imprimis Diall. Marinn. VIII. et quos ibi in Argumento laudavi, Tom. II. p. 115. LEHM.

Ead. l. 12. Ἑλένης) In Helenam poëma inclementius scripserat, ob quod a Castore et Polluce luminibus orbatus, cantata rursus palinodia visum recepisse fertur. Vid. *Philostr.* VI, 245. et *Plat.* in Phaedro; adde *Isocr.* Ἑλ. ἐγκ. pag. 329. SOLAN.

Pag. 288. l. 2. Περὶ) Angl. παρά. BOURD. Παρὰ) Ex Angl. et P. reliqui enim περὶ habent, vitiose. SOLAN. Infra vero cum dativo hac ipsa Dissert. cap. 33. pr. πηγαὶ δύο παρὰ ταῖς πύλαις. REITZ. Id ipsum monere *Reitzium* debebat, non παρὰ τὸ συμπόσιον recte legi, quod foret potius *inter convivium, durante coena*, ut παρὰ τὸν πλοῦν Diall. Mortt. XXII, 3. et saepius, παρὰ τὸν βίον ibid. XVI, 3. et saepius; sed genuinam esse Editionum lectionem περὶ τὸ συμπόσιον. LEHM.

Ead. l. 6. Ἡμιθέους) Semidei, non integri Dii, neque homines; sed altero parente divino, altero humano: aut Semidei ratione virtutis. *Tertullianus* quatuor Gentilium Deorum differentias fuisse scribit, quorum quidam selecti et majorum gentium Dii vocati sunt, quidam Semidei et Heroës, quidam Medioximi, et quidam Semones. COGN.

Ead. l. 7. Λοκροῦ Αἴαντος) Ob violatam ab eo Cassandram. SOLAN.

Ead. l. 10. Νουμᾶν) Omnes, quotquot vidi, libri Νομᾶν. Sed vide Pseudol. c. 8. et Macrob. c. 8. SOLAN.

Ead. l. 12. Τέλλον) Vide Charon. c. 10. et *Plut.* SOLAN.

Ibid. Ἄνευ Περιάνδρου) Aut quia tyrannus; aut potius quia calamitates domesticas tam inique tulit, ut, aegritudine inde contracta, decesserit; quod sapientis non est. At si *Aelianum* audias, duo Periandri fuerunt: sapiens alter, alter tyrannus; Var. Hist. XII, 35. Sed foede corruptus locus est ille *Aeliani.* Fuere quidem duo Periandri, sed uterque tyrannus; sapiens hic Corinthi, Ambraciae vero alter ille. Vide *Diogen. Laërt.* p. 25. et *Menag.* not. p. 36. Qui *Periandrum* VII sapientibus annumerari nolunt, *Epimenidem* pro eo reponunt. (Vid. *Plut.* Solon. 154, 2.) *Plato* vero *Eudoxum*, teste *Diog. Laërt.* 7. F. sed in Protag. 206. F. ubi sapientes *Plato* recenset, *Eudoxus* ille non comparet. Immo *Diogenes* ipse

10. D. *Mysona* ibi pro *Periandro* a *Platone* suffectum observat. Vere itaque censet *Menagius*, priorem *Diogenis* locum scioli esse glossema, quod in textum absurde receptum est. Vide notas ejus ad utrumque locum, unde multa ex antiquis Scriptoribus habes, quae ad catalogum illum VII Sapientum spectant. Solan. Periander insula beatorum excidit haud dubie, quod tyrannus esset, et oppressam servitute Corinthum teneret. Gesn. Assentitur *Wielandius*. Lehm.

Ead. l. 13. *'Αδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος*) Quod optabat in ultimis sermonibus suis, a *Platone* in Apologia et *Xenophonte* servatis. Gesn. Quapropter et ipse *Lucianus* Diall. Mortt. XX, 4. eundem Socratem in Orco fingit *μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ληροῦντα τὰ πολλά.* Omnino autem dialogus ille conferri potest cum hac Elysii descriptione. Lehm.

Pag. 289. l. 12. *"Ωστε γῆμαι Λαΐδα*) Serio accepit *Menagius*, (ad *Diog. Laërt.* p. 138. D. E.) quod nolim a tanto viro factum. Jocose enim haec *Lucianus*, quia a nuptiis abhorruisse traditur Diogenes. Vid. *Diog. Laërt.* 144. E. et 150. E. *ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἔφη, τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε.* et 155. B. *ἔλεγε δὲ καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας· γάμον μηδὲ ὀνομάζων, ἀλλὰ τὸν πείσαντα τῇ πεισάσῃ συνεῖναι.* Solan.

Pag. 290. l. 3. *Τέταρτον — ἐλλεβορίσῃ*) Vide supra Vit. Auct. c. 23. et Hermot. c. 86. Solan.

Ead. l. 4. *'Ελλεβορίσῃ*) Conf. supr. Hermot. c. ult. Guyet.

Ibid. *'Ακαδημαϊκοὺς*) Analogia videtur suadere scribendum *'Ακαδημιακούς*. Verum prius ex usu obtinuit, pluraque hujus scripturae exempla citat *Steph.* in Thes., qui etiam observat, *μετάθεσιν* vocalium in hoc adjectivo factam. Et quia numerus exemplarium longe major, non hic modo, sed ubique in *Luciano*, vulgatam confirmat, non mihi dubium est, hanc scripturam esse veram. Reitz.

Ead. l. 10. *Καταλαμβάνοντας*) *Καταλαμβάνοντας* illud pertinet ad *ἀκαταληψίαν* Academicorum: itaque *comprehendendi* verbo usus essem, si illud de eo quoque dici posse scivissem, qui sequutus alterum, tandem assequitur. Neque enim hic de fure, aut servo fugitivo sermo est, sed de viatoribus, vel currentibus in stadio: ubi *assequendi* verbum domicilium quasi habet, quod tamen ipsum etiam ad illam mentis facultatem transfertur, qua *comprehendere* dicimur, quae plane intelligimus. Gesn.

Ead. l. 11. *"Ησαν ἀξιολογώτατοι*) Flor. *λογικώτατοι.* Bourd.

Pag. 291. l. 1. *Διώμνυτο* etc.) Vide, quae nos supra ad Vit. Auct. c. 16. in eam rem attulimus. Solan.

Ead. l. 5. *Τοῦτο*) Pro *κατὰ*, vel *διὰ τοῦτο*. Vid. supra Nigrin. §. 27. Reitz.

Ead. l. 11. *Αὐτὸς*) Necessaria videtur *Vorstii* emendatio, scribentis *αὐτούς*. Ratio in promtu est. Quis enim ferat nescire sese dicentem, quod tamen uno halitu enarrans inducitur? Absit autem, ut, post *Leonem Allatium* aut *Cressollium*, (uter enim horum hoc asseverarit, non satis certo annotavimus) hic id agamus, ut Babylonium non fuisse *Homerum* demonstremus. Non enim mente captis scribimus. Vid. AG. X. 1733. Chium fuisse, vult *Simonides* apud *Steph.* in Lyric. p. 119. Solan. Recepta lectio, *αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν*, nimis aperte contradicit his, quae statim sequuntur. Plane indubium mihi est, dedisse *Lucianum αὐτοὺς*, quod refertur ad *ζητοῦντας* seu disputantes, synesi non abstrusa, nec difficili. Certe sic interpretatus sum. Gesn. *Gesneri* emendatio adeo est necessaria, ut eam recipere, etiam invitis libris, nihil dubitarim. Sed et *Vorstius* in marg. sic emendarat, et Cod. *Pell.* correctionem firmat. *La Croze* adscripserat, *ἔφασκον* legendum: quod etsi praestat vulgatae, tamen non satis planum reddit sensum. Reitz. *Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν· οἱ μὲν γὰρ Χῖον, κ. τ. λ.* Ita haec vulgo legebantur, absurde nimis. *Reitzius* igitur *αὐτὸς* mutatum ivit in *αὐτούς*. Neque sic tamen rotunda satis exibat oratio, quod accuratius consideranti facile patebit. Veram *Luciani* manum tandem exhibuit *Belinus* ex Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip. Ferri haec poterant: sed unice veram lectionem praebent Codd. Aug. et Gorl. *ὁ δὲ οὐδ' αὐτὸν* etc. Desiderabatur enim in *Beliniana* lectione, quam cum *Bipp.* etiam *Schmiederus* recepit, personarum diversarum significatio. Mox autem pro verbis *οἱ μὲν γὰρ χῖον* etc. quae manifesto corrupta sunt, verissime iidem Editores recentt. scripserunt *ὡς οἱ μὲν χῖον* etc. e Codd. Parisiensium auctoritate, quam etiam Aug. et Gorl. jam confirmant. Lehm.

Ead. l. 12. *Κολοφώνιον*) Non dubitavi secundam syllabam contra Edd. correptam dare; quia non modo *Strabo* ita ubique scribit, vid. ejus L. XIV. p. 952. vel 643. ubi ter quater occurrit; sed et quia poëtis corripitur, ut in saepe ab aliis adducto versu ex *A. Gell.* III, 11., quem tamen paullo aliter exhibet *Antholog.* IV, 2. quae sic: *Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου· Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμὶν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι.* Reitz. In B. 3. recte *Κολοφώνιον* expressum, sed obvium forte invito typorum dispositori. Lehm.

Pag. 292. l. 4. *Κατεγίνωσκον*) Non verum est, quod

Scholiast. ait, ab Atticismo nostrum recessisse, quando hoc verbum cum accusativo construit; nec hi enim duplicem genitivum semper adhibent. Ecce *Thucydid.* VI. c. 61. *Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' ἐκείνου.* *Aristophan.* Eq. v. 1357. *Εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην.* Quod tamen et condemnandi notione capiendum ibi Scholiastes monet, id exponens: *Εἰ μὴ κατακρινεῖτε καὶ καταδικάσετε.* Plura *Steph.* ex *Demosth.* aliisque in Thes. append. T. I. p. 1854. Sed si apud *Lucian.* pro simplici *cognosco* accipere velis, licet: nam et sic fere *Aristoph.* Eq. v. 46. *Οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους.* Etsi paullo plus valeat, quam simplex, ut *Bisetus* ibi monet, dicens: *Καταγνούς, θεωρήσας. περιττὴ ἡ κατὰ, οἷον καταμαθὼν καὶ αἰσθόμενος· πρὸς ἔμφασιν δὲ πλείονα εἶπε τοῦ μαθὼν* etc. quae apud eum sis vide. Reitz. Non meminerat *Reitzius* similium *Luciani* locorum: Catapl. c. 5. *ὀλιγωρίαν ἢ δὴ τοῦ Ἑρμοῦ κατεγιγνώσκομεν*, et Quom. Hist. Conscr. c. 26. *τἄλλα μὲν αὐτοῦ κατεγίγνωσκον.* Sic non opus fuisset hac vaga vagae observationis refutatione. Lehm.

Ead. l. 5. *Ζηνόδοτον*) *Aristarchus* notissimus. *Zenodotus* Bibliothecae Alexandrinae primus praefuit. *Suid.* Solan.

Ead. l. 7. *Μήνιδος*) Immerito hic *Homerum* sugillat, quod *iram Achillis* initium suo poëmati fecerit: palam enim est Iliada legenti, eam rem in toto poëmate agi, ut rectissime id *argumentum* esse dixeris. Quod non intelligentes e nostris quidam imperiti et barbari prorsus homines *Rhapsodias* cum audiunt antiquis dicta *Homeri* poëmata, nec quid ea vox sit, nisi ex vernaculo idiomate assequi valentes, varia sibi fingunt et dissoluta carmina, nullo consilio judiciove a caeco mendicabulo temere effusa, in unum tandem corpus consarcinata, aut potius a fatuis hominibus et prorsus rudibus collecta, *poëma heroicum* nunc audire. Qui, si cum *Luciano* haec ludentes effutirent: venia forsan digni putandi sint. At serio id agunt, ut quae ipsi prae imperitia, nisi Latine versa, intelligere non possunt, aliis contemtui sint et deridiculo. Horum ego temeritatem audaciamque, et pulcherrimarum rerum ignorationem summam, cum *sui seculi* suarumque rerum admiratione conjunctam, Boilaeis compescendam exagitandamque relinquo. Solan. Non *Homerum* sugillat h. l. auctor, sed vanos suae aetatis Criticos, qui ejus generis quaestiones prae nimio *Homeri* cultu, qui in singulis vocibus arcanam quandam sapientiam divinaret, proposuisse videntur. Haec eadem est *Wielandii* sententia. Lehm.

Ead. l. 10. *Εἰ προτέραν*) Hac de controversia acutissimum vide *Longini* judicium cap. VIII. *π. ὕψους*. SOLAN.

Ead. l. 11. *Ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γὰρ, ὥστε οὐδὲ πυνθάνεσθαι ἐδεόμην*) Vertunt: *ipsum vero coecum non esse, quod etiam dicunt, mox cognovi: vidi enim; itaque veritus sum percontari.* Sed an *ἑώρα*, est, *vidi?* an *οὐκ ἐδεόμην*, est, *veritus sum?* Minime. Quare in hunc modum debebant: *Coecum vero non fuisse, quod ipsum etiam de eo dicunt, illico cognovi: videbat enim, adeoque rogare opus non erat.* VITRING.

Ibid. *Οὐδὲ τυφλὸς ἦν*) *Cicero* tamen Tusc. Disp. V. cap. 39. *Homerum coecum inducit*, scribens: *Traditum est etiam Homerum coecum fuisse. At ejus picturam, non poësin, videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est, ut quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit?* nam quamvis pictori comparetur *Homerus*, ex sequentibus tamen adparet, *Ciceronem* eum coecum facere: quod etiam confirmatur exemplo Tiresiae coeci vatis, quem illico subjungit *Cicero*. Vid. notam *Davisii*, quem consulendum *Hemst.* in marg. *Graevianae* Ed. indicarat; ubi is *Brod.* Misc. V, 9. et *Scholiasten* Lucian. ad T. II. p. 17. (i. e. ad Somn. s. Gall. ad verba *τυφλὸς αὐτὸς ὢν*) id cum *Luciano* negantem citat; nec non *Vellej. Pat.* qui L. I, 5. ait: *Homerum si quis coecum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* Non igitur plane negat *Vellejus*, Homerum coecum fuisse; sed ab nativitate id calamitatis ei obtigisse negat: cum prae senio visum amisisse dici queat, quod et illi, quos *Davis.* citat, voluere. Vide etiam not. *Boecleri* ad *Vellej.* p. 38. Ed. *Burm.* Coecum autem fuisse, *Davisius* nullo modo dubitat; quod sub Demodoci persona semet ipsum describere credatur apud *Max. Tyr.* Diss. XXII. nec ego dubito, si casu aut senio id contigisse dixeris, ut *Brod.* l. c. ex *Herodoto*, *Pausan.* in Messen. et *Tzetze* probat: nam ab nativitate coecum statuere, absurdum videtur; cum peregrinatio ad varios hominum mores, cultum regionumque et urbium situm, quarum ingentem nobis catalogum reliquit, cognoscenda, praecipuum ejus fuerit studium. Quod autem ab statuariis desumitur argumentum, qui oculis captum finxerint, id admodum incertum mihi videtur: nam aut vulgarem hi rumorem secuti sunt, aut non satis differentiae inter videntem ac coecum est in illorum arte; solent enim marmoreae effigies oculorum orbes ac pupillam raro exprimere, quorum circuli cum sulcis aliquantum excavatis describendi sint, id totam faciem

deformat, et maligniores, ut sic dicam, oculos exhibet, quam si exterior tantum eorum ambitus solus efformetur. Reitz.

Pag. 293. l. 1. *Μετὰ τ. δ.*) Sic lego pro κατὰ, quod in omnibus libris est. Solan. *Solani* emendationem confirmant Mss. Regg. 2954. et 3011. quare sic rescripsimus. Mox ex iisdem Codd. edidimus ἐπενηνεγμένη, pro vulg. ἀπενηνεγ. Bip.

Ead. l. 3. *Θερσίτου*) *Hom.* Il. *B*, 212. Solan.

Ibid. Ἔσκωψε) L. *B*. 2. et *S*. Cett. prave ἔσκοψε. Solan.

Ead. l. 7. *Χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξ.*) De femore Pythagorae aureo vid. supra Vit. auct. §. 6. Neque hic putes χρυσοῦς in χρυσοῦν mutandum: est enim solita ellips. τοῦ κατὰ, *aureus erat femur*, pro *ad femur*. Etsi hic *totum dextrum latus* pro femore dicit. Reitz.

Ead. l. 9. *Εὔφορβον*) Trojanus fuit adolescens, Panthi filius, fratris Hecubae, teste *Hom.* Il. 17. Lege *Laërt.* in Pythag. et *Ovid.* L. XV. Met. Cogn. Cf. Diall. Mortt. XX, 3. ibique Commentt. Tom. II. p. 601. sq. Lehm.

Ibid. *Αὐτὸν ὀνομάζειν χρή.*) Non hoc verborum ordine in fine periodi usum *Lucianum*, sed χρὴ αὐτὸν ὀνομάζειν scripsisse, probat Ms. Reg. 2954. Bip. Delicatulum hoc judicium, et alibi passim a *Belino* prolatum, vix ipse *Lucianus* agnoverit, praesertim in hoc tenui dicendi genere, in quo etiam mirum, tam raro auctorem vocibus monosyllabis in periodis exeuntibus usum esse. Verum attendenti tamen occurrent exempla. Lehm.

Ead. l. 11. *Ὠπτημένος*) Sic infra in mort. Peregr. §. 37. ἡδὺ τὸ θέαμα ὠπτημένον γέροντα ὁρᾷν. Sed in praes. temp. mox c. 29. et supra in Necyom. Reitz. De Epimenide ἡμιέφθῳ cf. modo laudatum Dial. Mortt. XX, 4. Lehm.

Ead. l. 13. *Θανατούσια*) Eccere! vir optime caeteroquin de literis Graecis meritus hunc festum diem, eamque celebritatem *Graeciae suae feriatae* inseruit. O lepidum caput! Mirum ni *Paradisus Socratis*, et *symposium* in ejus *Attica* alicubi locum habeant. Sapit *Potterus*, qui, cum caetera excerperet, expunxit. Solan.

Pag. 294. l. 3. *Πάλην μὲν ἐνίκησε Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους*) *Lucta vicit Carus Heraclides.* Sic vertit interpres. Nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium. Rursus hoc loco legendum est *Κάπρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους.* *Caprus post Herculem primus*, de quo supra fuse diximus (ad Quom. Hist. Conscr. c. 9.). Palm. Quem hic interpretem probabimus? In *Basileensi* editione vertunt, *Carus, qui ab Hercule stabat*, satis

lepida captatione; ac si Graeca eadem foret constructio, quae Latina; et scilicet in hoc certamine componebantur partes, quibus plurimi continebantur, et alii ab hoc stabant, alii ab illo. Ridicule omnino. *Benedictus: Carus Heraclides*, quod propius ad genium sermonis Graeci. Sed nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium, inquit *Palmerius*. Quasi vero *Lucianus* huc introduxerit talem in terris celebrem luctatorem: immo quis egregius luctator ille Ulysses? ex quo alterius adversario patet, prorsus ratiocinationem *Palmerii* non procedere: multo minus ut ὁ ἀφ' Ἡρακλέους possit reddi, *post Herculem primus*, quidquid de Capro suo sollicitus sit. Opinor, optime adnotasse patrem *Κάρανος*. Non agitur de luctatore: agitur de heroibus, inter quos memorabilis Caranus Heraclides. Gron. Consule *Loyd.*, honoratissimi Praesulis Wigorniensis doctissimum et ipsum filium, ad Olymp. CXLII. *Catal. Olymp.* a *Scal.* editum. *Pausan. Suid.* (sed apud hunc suo loco non comparet aut *Κᾶρος*, aut *Κάπρος* ille) Ulyssem hic adducit, quia luctantem fecit *Homerus* (Iliad. Ψ, 710. et seqq.) cum Ajace, quem et prostravit. Solan. Lepidissima est *Wielandii* conjectura, nec illa improbabilis, finxisse *Lucianum* hoc Heraclidae nomen, ut *Palmeriis Gronoviis*ve aliquando exstituris negotii aliquantulum facesseret, quippe sollicite, quis forte *Carus* ille fuerit, investigaturis. Lehm.

Ead. l. 5. Ἀρείου) Vid. *Plut.* 396, 2. Sed is tamen a nostro diversus. Solan. De Epeo vid. *Homer.* Iliad. XXIII, 664. sq. Lehm.

Ead. l. 8. Ὅστις) Ita restituimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. pro vulgat. τίς. Bip.

Ead. l. 9. Ὅμηρος — Ἡσ.) Ad traditionem alludit, quae coaetaneos faciebat. Vid. *Philostr.* Her. pag. 726. et seq. et *Hennel.* p. 52. Solan. Adde *Plutarch.* Sympos. sept. Sapp. Lehm.

Ead. l. 14. Φάλαριν) Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum aeneum fabricavit, quo impositi noxii dum torrerentur, tauri mugitum reddebant. *Senec.* L. 2. de Clem. c. 4. et L. 2. de Ira. Cogn.

Ibid. Βούσιριν) Busiris rex Aegyptiorum, Neptuni et Lybiae filius, qui Thrasii consilio hospites violabat incognitos, ut eorum sanguine pluviam eliceret, cujus penuria Aegyptus novem annis laboraverat. *Seneca* loc. cit. Cogn. Mendose antea scribebatur *Βούσειριν*. Sic, ut edidimus, non auctores tantum multi, sed et numismata scribunt: de quo vide *Apollod.* II. p. 53. B. Solan.

Ead. l. 15. *Διομήδην*) Diomedes rex Thraciae dum equos suos humana carne aleret, in Tyrida oppido truculentus ab Hercule equis ipsis ad devorandum objectus est. *Ov.* IX. Met. Cogn.

Ibid. *Σκείρωνα*) Latronem insignem, qui proximos Megaris scopulos insidens in viatores praetereuntes nullo non crudelitatis genere saeviebat: hunc Theseus occidit. Cogn.

Pag. 295. l. 1. *Πιτυοκάμπτην*) Schinim, insignem latronem, qui circa Isthmi initium, teste *Pausania*, miro crudelitatis genere saeviebat. De eo *Plutarch.* in Thes. Cogn. Vide *Plut.* in vita Thesei. Et *Xenoph.* lib. II. *'Απομν.* Vorst. De Centauro illo, qui pinus incurvabat, supra, ni fallor, T. I. jam habuimus. *Suidae* ed. *Hag.* *Πιτυκάμπτης* scribit, omisso medio o. Reitz. Adfuit ille *Πιτυοκάμπτης* Prometh. in Verb. cap. 7. secundum complurium saltem Editt. lectionem pro ea, quam nos recepimus, *'Ιπποκάμπους*. Vid. ibi Commentt. Tom. I. p. 237. sq. Lehm.

Ead. l. 2. *"Ηρωας ἐπὶ τῆς ἠϊόνος*) Bene contra *Th. Magist.* monet *Jens.* in Lectt. Luc. pag. 10. scribens: *"Ηρω 'Αττικοὶ*, scribit iterum *Thomas*, *οὐχ "Ηρώα· καὶ "Ηρως, ἐπὶ αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν, οὐχ "Ηρωας.* Ecce tamen non semel *ἥρωας* *Lucianus.* In Zeux. c. 3. *ὁ Ζεῦξις οὐκ ἔγραφεν ἥρωας, ἢ θεούς.* In Vera Hist. c. 23. *'Εκτάσσει τοὺς ἥρωας ἐπὶ τῆς ἠϊόνος.* Ipsa quoque haec vox *'Ηϊὼν, ἠϊόνος*, deterior, quam *ἠὼν, ἠόνος*, censetur ab eodem; cum tamen non modo in novissime adducto hoc *Luciani* loco, sed et in aliis, ac ferme omnibus, haec vocis hujus forma diserte legatur. In Herodoto p. 617. (leg. Hermot. c. 84.) *'Επὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενος.* In Ver. Hist. *"Ορνεα ἐπὶ τῶν ἠϊονων ᾄδοντα.* Ibid. *Πλησίον τῆς ἠϊόνος ἐκοιμήθημεν.* Haec alio loco ab *Jensio* dicta huc transscribere operae pretium existimavi. Reitz.

Ead. l. 6. *'Επὶ Δηλίῳ*) Hic cum fortiter pugnasset, tandem cum reliquis fugere coactus est: qua pugna Xenophontem equo delapsum pedes ipse servavit. *Diog. Laërt.* p. 38. E. Vid. *Strabon.* IX. *Plat.* 11. C. *Συμπόσ.* 334. et *Plut.* Alcibiad. 354. et 1032. I. *Aelian.* etiam Var. Hist. III, 17. ubi male *ἐπὶ Δῆλον.* *Plat.* etiam in Apol. Socr. 363. F. et *Athen.* V. p. 215. et Not. *Casaub.* ad *Diog. Laërt.* p. 17. *Thucyd.* IV, 96. f. et 100. I. *Plut.* 1032. A. Ibidem et Plato fortiter pugnasse traditur. Vid. *Diog. Laërt.* p. 72. A. Solan. Adducit haec verba *Duker.* ad *Thucyd.* IV, 107. nec non alia quaedam testimonia, quibus probet, *ἐπὶ* dandi casum in hujusmodi locutione postulare, adeoque suspectam esse *Thucydidis* lectionem, quae *ἐπὶ Νίσαιαν* pro *ἐπὶ Νισαίᾳ* habet, merito arbi-

tratur. Etsi ἐπὶ δεξιὰ et ἐπ' ἀριστερὰ recte dicitur, ut *Hom.* Il. VII, 238. et alibi; nam ibi aliud verbum adjungitur. Conf. nos supra ad c. 28. Quom. conscr. hist. Et videbis, non immerito locum *Ael.* ἐπὶ Δήλιον, suspectum quoque *Solano* videri. Reitz.

Ead. l. 10. Τοὺς ἑτέρους) Sic legit interpres. At ego puto legendum ἑταίρους, nam et infra in Demonacte discipulos Socratis, de quo hic loquitur, ἑταίρους vocat, εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων· et rursus, τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα. Palm. Admodum jocose narrat *Lucianus*, uti, cum esset apud inferos, impii ruptis vinculis invaserint piorum regionem; Rhadamanthyn autem heroas eduxisse in aciem, praefectis Theseo, Achille, et Ajace Telamonio, qui strenue represserint impios. Ante omnes tamen virtutem Socratis, in dextro cornu pugnantis, emicuisse; quare donatus fuerit pulchro et spatioso horto, in quem convocarit τοὺς ἑτέρους, *reliquos*, heroas nempe, ut ego quidem expono. At *Palmerius* p. 678. legit ἑταίρους. Verum quidem, ἕτερος saepe perperam apud scriptores reperiri pro ἑταῖρος, et contra: (nam et ἑταῖρα pro ἑτέρα, in suo libro legisse *Brodaeum* apud *Nostrum* in de Merc cond. circa fin. liquet, quia ibi pro ἑταίρᾳ legendum monet ἑτέρᾳ, ut nunc recte in vulgatis editionibus legitur.) Hic tamen nulla videtur mutandi necessitas; cum, ut dixi, caeteri heroës sint intelligendi: eos enim ibi apud Socratem fuisse, et ἐπινίκια celebrasse, patet ex seqq. Jens. Ἑταίρους) In omnibus libris legebatur ἑτέρους· sed proba est *Palmerii* et *Vorstii* emendatio, quam L. Cod. auctoritas etiam confirmat. Solan. Ἑταίρους legendum. La Croze. Quia quinque doctissimi viri, *Palmer. Vorst. Solanus, La Croze* et *Gesnerus*, id vel conjectura adsecuti sunt, vel praetulere, quod Codex optimae notae L. confirmat, non haesitavi id recipere contra turbam aliorum exemplarium minus apte ἑτέρους legentium. Reitz.

Pag. 296. l. 2. Ἀρχὴ τοῦ ποιήματος) Imitatus hic videtur *Lucianus* initium poëmatis Epigonôn, de quo *Bentlejus* in Epist. ad *Jo. Millium* p. 62. 63. La Croze.

Ead. l. 7. Μυσαττόμενος] De Pythagora fabas aversante vid. Diall. Mortt. XX, 3. et Vit. Auct. c. 6. ibique Adnotata Tom. II. p. 602. sq. et T. III. p. 506. sq. Lehm.

Ead. l. 12. Ἐπιμανῶς) Κίνυρος ἤρα πολὺν ἤδη χρόνον τῆς Ἑλένης, καὶ αὕτη δὲ οὐκ ἀφανὴς ἦν ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα τὸν νεανίσκον. Satis certe usitato loquendi modo dicitur hic Helena ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα. Sed ecce Scholiastes non ἐπιμανῶς, sed ἐπινῶς, legi vult, idque exponit ἐφελκυστικῶς, addens ἐπι-

νάζειν notare ἐφέλκεσθαι. Ubi ἐπινάζειν alibi occurrat, ignoro; nisi huc referendum sit τὸ Ἐπινάξαι, quod *Hesychius* exponit ἐπιπακτῶσαι· in editione Flor. plane, uti vult Scholiastes, legitur ἐπινῶς. Habet quoque hanc vocem *Suidas*, eamque interpretatur λίαν. Jens. *Schneiderus* in Lexicon suum nec ἐπινῶς recepit, nec ἐπινάζω, neque id, opinor, injuria. Nam quod *Hesychius* habet ἐπινάξαι, non id ab ἐπινάζω, sed ab ἐπινάττω repetendum, quod docet explicatio ἐπιπακτῶσαι. Alibi autem magnopere vereor, ut hoc Scholiastae verbum, et in ea quidem, quam profert, significatione, usquam apud probatos scriptores inveniatur. *Suidae* autem ἐπινῶς, quod per λίαν explicat, haud dubie ad posteriorem Graecitatem referendum; aut fieri potest, ut originem traxerit e male intellecto compendio vocis ἐπιμανῶς. aut, quod praetulerim, celeriori formulae solennis ἐπιμανῶς ἀγαπᾶν pronuntiatione eo tandem res devenit, ut posteriorum Graecorum lingua adsuesceret proloqui ἐπινῶς ἀγαπᾶν, eodem illo sensu. Scholiasten autem nostrum, quippe verae originis ignarum, suspicor Etymologiam finxisse ex arbitrio. Hoc certum, male suadere eundem, ut h. l. ἐπινῶς legatur pro ἐπιμανῶς. De nomine juvenis amati dubitare possis, quum in Edd. quidem, quas in consilium vocavimus, omnibus exhibeatur *Κίννρος*, in Codd. autem Pariss. *Κίνυρας*, et in Aug. et Gorl. *Κινύρας*, et hoc quidem castigatiore scriptura, suppeditetur. Mihi quidem gratior videbatur allusio ad nomen, quam nomen ipsum, *Cinyrae* scilicet illius, Cypriorum regis et primi Veneris Paphiae sacerdotis; vid. *Tacit.* Hist. II, 3. et qui Myrrhae filiae nefando scelere innotuit ut Adonidis pater. Vid. *Ovid.* Mett. X, 298. sq. ibique *Gierig.* Lehm.

Ead. l. 15. Ἁρπάσαι) Statim ubi legitur, καὶ δὴ ὑπ' ἔρωτος καὶ ἀμηχανίας ἐβουλεύσατο ὁ Κίννρος ἁρπάσας τὴν Ἑλένην, non dubium mihi est, quin unius literulae mutatione locus hic sanior reddi possit, legendo ἁρπάσαι· neque enim quidquam, quo ἁρπάσας subsistat, sequitur. Jens. Non opus erit mutatione *Jensii*, si cum Ms. Reg. 3011. legas, ἁρπάσας τὴν Ἑλένην φυγεῖν. Bip. Nihilominus *Jensio* — *Reitzianam* lectionem dederunt *Bipontini*. Prudentiore autem consilio *Schmiederus* secutus est Parisiensem Cod., cum quo faciunt etiam Gorl. et Aug. Lehm.

Pag. 297. l. 5. Κολασθησόμενος) Flor. κωλυθησόμενος. Bourd. Κωλυθ.) Sic *Fl.* et *Junt.* Edd. (nisi quod in utraque mendose est κολ.) et sic sane venustior sensus est, quam si cum reliquis legas κολασθησόμενος. Solan.

Ead. l. 10. *Μεσονύκτιον*) Vid. hanc vocem contra *Th. Mag.* adsertam, infra hac ipsa Ver. Hist. c. 40. Reitz.

Pag. 298. l. 1. *Πολὺ ἀπέχουσαν*) Flor. οὐ πολὺ, male, et aliter Interp. Bourd.

Ead. l. 5. *Παρὰ τοσοῦτον ἦλθον διαδρᾶναι*) Interpr. *Tantum viae emensi erant, ut claberentur.* Reddendum ego putem: *Tam parum aberat, quin elapsi fuissent.* Ita infra 2. Ver. Hist. c. 43. *παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι·* ubi recte interpr. *Quamquam parum aberat, quin delaberetur in praeceps.* Ut et in Pseudomant. c. 57. *παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν*, *postquam parum abfuisset, quin periissem.* Vitring. Quod *Hor. Vitring.* et hic et supra cap. 20. in versione corrigendum monuit, id *Gesnerus*, etiam non visa illius animadversione, sponte praestitit; quare illa *Vitringae* omittere potuissem: at eum, etsi levioris res est momenti, sua laude fraudari fas non erat; nam et alibi in his verbis vertendis peccatum ab aliis interpretibus. *Obsop.* tamen id in *Luciano* non semel recte reddiderat. Et sic bene *Jungerm.* convertit *Long.* Past. 2. p. 62. *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κακοῦ*, *parum abfuit quin* etc. Adde *Nostrum* Catapl. c. 4. f. *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν*, *tantillum aberat, quin effugisset.* In *Thucyd.* tamen L. VI. c. 37. *ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω*, vertitur, *quamobrem ab hac opinione ego adeo dissentio*; quod et *Scholiast.* sic exponit: *τοσοῦτον διαφέρομαι τοῖς τὰ ἕτερα διαγγέλλουσι* etc. quem vide. Reitz.

Pag. 299. l. 5. *Πολλὰ ἱκέτευον*) Vid. *Th. Mag.* v. *Βούλομαι* eadem citantem. Solan.

Ead. l. 11. *Ἀφ' ὧν*) i. e. *unde*; pro quo et hic dicas, *ἐφ' ὧν*. Etiamsi alibi *ἀπὸ* in simili locutione paullo aliter valeat, ut ap. *Aristoph.* Nub. 766. (*τὴν ὕαλον*) *ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι·* quod supra in Quom. conscr. hist. vidimus. Reitz.

Pag. 300. l. 1. *Τῇ ὑφ' ὑμῶν*) Sic scribendum, non, ut in libris est, *ἡμῶν*. Vid. c. 47. unde clare liquet, oppositam nostrae terrae, non ei, quam incolebat, qui hic loquitur, Rhadamanthus. Solan. Loquitur Rhadamanthus in insula beatorum, et loquitur cum vivo et ad suos redituro Luciano, et praedicit ea, quae in ipso fine hujus libelli indicantur, non enarrantur. Nullo modo igitur ferri hic potest *ἡμῶν*. Quare contra libros omnes atque interpretes, quos norim, rescribendum, ut interpretatus sum, *ὑμῶν*. Si res verbis egeret, et reliquas ex hoc libello loquendi rationes conferrem, et Scipionis Africani majoris cum minore sermones compararem. Gesn. Evidentissimam rem non tamen vidit *Belinus*. Vel ob proxima verba *εἰς τὴν ἑτέραν ἤπειρον*, quae nonnisi de Luciani terra continente capi possunt, necesse

erat, ut ἡμῶν, ut ineptissima lectio, corrigeretur. Atqui illud ipsum ἑτέραν *Belinus* e Cod. 3011. in ἡμετέραν mutari vult. Probissime sane, siquidem id agas, ut tota narratio turpissime conturbetur. In hunc finem etiam foedissimorum mendorum usus aliquis, isque saepe optimus, esse potest. Ceterum ὑμῶν a *Reitzio* in textum receptum et a *Gesnero* redditum esse, probat severissimus alias Editionis *Reitz.* censor in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 246. Lehm.

Ead. l. 5. *Μαλάχης ῥίζαν*) Dogma Pythagoricum ridet, qui folium malvae sacratissimum habebat. *Aelian.* Var. Hist. IV, 17. ἔλεγε δὲ ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς μαλάχης φύλλον. *Jambl.* n. 109. Ad *Homeri* etiam μόλυ (Od. *K*, 304.) alludit. Solan.

Ibid. *Ταύτῃ κελεύσας* etc.) In omnibus Edd. hic locus ita adhuc legebatur: ὤρεξέ μοι ταύτην, κελεύσας ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ταύτῃ προσεύχεσθαι. Sed quis non offendatur in elegantissimo scriptore inconcinna repetitione illa ταύτην — ταύτῃ; Rectius Mss. Regg. 2954. et 3011. posterius ταύτῃ omittunt, et pro priore ταύτην, ταύτῃ legunt, interpungendo post ὤρεξέ μοι. Valeat igitur vulgata. Bip. Emendationem hanc probissimam, quam *Schmiederus* quoque secutus est, firmat Codex Aug. Lehm.

Ead. l. 7. *Μήτε πῦρ μαχ.*) Et hoc Pythagoricum symbolum est, de quo multi. Vid. *Diog. Laërt.* p. 218. et not. *Porphyr.* n. 42. Solan.

Ead. l. 8. *Μαχαίρᾳ πῦρ σκαλεύειν*) De hac superstitione locus alius dicendi: praeceptum est Pythagorae. Bourd.

Ibid. *Παιδὶ*) *Cicero* Tusc. IV, 34. conqueritur philosophos exortos, et auctore quidem suo Platone, quem non injuria Dicaearchus accuset, qui amori auctoritatem tribuerent. Doctissimus ejus enarrator *Theodoritum* etiam testem citat, eundem *Platonem* dixisse, τοὺς παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγεῖν ἀσπαζομένους καὶ τῇ δὲ μακαρίους — καὶ ἐκδημήσαντας ἐντεῦθεν εὐδαίμονας ἔσεσθαι. Therap. IX. p. 131. Solan.

Ead. l. 9. *Πλησιάζειν*) Ut infra in Pseud. (c. 41.) La Croze.

Ead. l. 12. *Τῇ δ' ἐπιούσῃ*) Sic Mss. Regg. 2954. et 3011. pro vulgato τῇ ἐπ. δ'. Bip. Non erat, quod a vulgato ordine recederetur. Nec recesserunt *Bipp.* iidem supra I, 32. etsi et ibi *Belinus* sine ulla auctoritate pro τῇ ἐπιούσῃ δὲ scribi voluerat τῇ δ' ἐπιούσῃ. Lehm.

Pag. 301. l. 3. *Λουκιανὸς*) Sive Creticum hic posuit *Lucianus* in versus principio, sive, quod nolim, penultimam nominis sui corripuit contra morem, sive ι vocalem per synizesin sequenti conjunxit: dubium non est. Latine interpre-

tanti idem licere debere. Gesn. Penultimam corripuit in versus gratiam, quod recentiores poëtas in ejus generis nominibus, ut in Ἰουλιανὸς, sibi indulsisse docet *Jacobs.* ad *Anthol. Palat.* P. III. p. 582. Lehm.

Pag. 302. l. 4. Ἐξ αὐτοῦ) Sic *Fl.* et *Junt.* pro vulgato ἑαυτοῦ. Solan.

Ibid. Μαστίγων ψόφος] Haec prope iisdem verbis reddidit Necyomantiae concinnator c. 14. in. Lehm.

Ead. l. 7. Ἀπόξυρος) Mendose in omnibus impressis, excepta *Fl.*, legitur ἀπόξηρος. Vid. Rhet. Praec. c. 7. et in Navig. c. 8. Recte etiam scribitur in Mss. Angl. P. et L. initio Prometh. (s. Cauc.) Solan.

Ibid. Καὶ τράχωσι) In quibusdam libris Scholiastes legisse videtur, pro his duabus vocibus, τραχέσι. Sed satis sana videtur vulgata scriptura: quanquam non sunt ad manum nunc, unde confirmem, loca. Talia *Plutarchus* in Ἀλεξ. τόπους ἀπόῤῥωγας vocat. Solan. Mallem τραχῶσι, a τραχὼν, τραχῶνος, *locus asper*, etsi omnium Editt. accentum, qui in prima erat, servavi. Nam quod Τράχων *Suid.* scribat, id nomen proprium esse, recte judicat *Steph.* At in *Strab.* XVI. p. 756. s. 1096. (i. e. §. 20.) Τραχῶνες tamen editum est, qui sint duo colles ultra Damascum; sed ibi Τράχωνες scribendum arbitror, quia apud *Josephum* sic plus decies, ut L. XIII. Ant. cap. 16. §. 5. et XV, 10, 1. bis etc. Reitz. Ita jam recentissima *Strabonis* Editio recte exhibet, et paullo superius §. 16. Τραχώνων pro eo, quod in vett. Edd. fuerat, Τραχανιτῶν et Codicum lectione Τραχανῶν. H. l. τράχωσι et lectionem et scripturam retinendam duxi. Rarius est vocabulum; unde mutatum ab ignorantibus librariis in τραχέσι, omissa jam, ut par erat, copula. Occurrit autem iterum apud nostrum in Toxar. c. 49. τράχωνος, ubi non est proprium nomen, ut Interpres Latinus cepit, et *Schneider.* in Lexic. s. v. τρηχώ, sed appellativum et ipsum, de *aspera regione* capiendum, uti suo loco ostendetur. Scripturam autem τράχων, τράχωνος, non adeo ego contemnendam esse judico, ut *Schneiderus* eam omnino mentione nulla dignam habere potuerit. *Dionysii Hal.*, quem is affert, locum Epit. 17, 5. unde verba citantur ὀρεινοὺς τραχῶνας, in medio nunc relinquam. Nec, utrum *Suidas*, scribens τράχων, τράχωνος, nomen appellativum cogitaverit, an proprium, decernam, quamquam illud mihi longe probabilius videtur. Verum ex eo ipso, quod nomen proprium Τράχων et Τράχωνες sonabat, non temere mihi videor colligere posse, haud absurdam neque inusitatam, posteriori saltem aevo, fuisse eandem et

pronuntiationem et scripturam in appellativo. Deinde vero nihilne prorsus tribuamus Codicum et Editionum, qui certe in Toxaridis loco maximus est, consensui? Magis haud dubie adsuetae erant librariorum manus formis αὐλὼν, πυλὼν, et similibus aliis, scribendis. Credasne igitur, si Lucianus ipse τραχῶσι et τραχῶνος scripsisset, librarios facile τράχωσι et τράχωνος scripturos fuisse? annon potius vice versa? Denique quidquid sit, cautius certe agam, opinor, qui vestigiis antiquis insistam, quam *Conr. Reitzius*, qui τραχὼν in Indice Lucianeo posuit, et *Schmiederus*, qui, quum in Toxar. l. l. τράχωνος edi curaverit, h. l. satis inconstanter et citra librorum fidem dedit τραχῶσι. Lehm.

Ead. l. 8. *Οὐδὲ*) Negativa simplex pro duplici, ut supra 1. Ver. Hist. c. 24. *ἔντερον δὲ ἐν αὐτῇ, οὐδὲ ἧπαρ φαίνεται* Alius generis ellipses negativae particulae vid. apud *L. Bos* pag. 331 — 2. Reitz. Sive pag. 777. Ed. *Schaefer.* Similis locus est Saturn. c. 2., de quo tamen suo tempore. Omnino certum est, nullam fuisse caussam, ob quam *Schmiederus* h. l. lectionem δένδρον δὲ οὐδὲν, οὐδὲ etc. quam Codd. Gorl. et Pariss. nonnisi explicationi Grammatici cujusdam debent, in textum receperit. Lehm.

Pag. 303. l. 9. *Διὰ πάντων*) Forsan διὰ παντός. Solan. Minus h. l. placeat διὰ παντὸς, quia ambiguum: est enim fere formula temporis, significans *semper. Διὰ πάντων* autem est *omnino, a principio usque ad finem.* Lehm.

Ead. l. 11. *Πολλοὺς δὲ καὶ*) Deficiens in Edd. καὶ revocavimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. suadente *Belino.* Bip. Revocavit et *Schmied.* Et postea accessit etiam Codicum Gorl. et Aug. testimonium. Lehm.

Pag. 304. l. 1. *Αἷς*) Quamvis ferri possit vulgatum οἷς, praeferenda tamen videbatur Codicum modo laudatorum lectio αἷς. Bip. Non ferri potest οἷς, si legatur τὰς αἰτίας, quidquid doceat *Belinus*, qui οἷς ad βίους referri posse somniavit. Imo si semel legitur αἰτίας, necessario etiam αἷς erat rescribendum, quod tandem etiam *Belinus* praetulit; eaque correctio tanto fit speciosior, quum praeter Parisienses Codd. etiam Gorlitiensis et Augustani testimonio comprobari videatur. At difficulter mihi persuadeo, tam foedam stribliginem, τὰς αἰτίας, ἐφ' οἷς, temere per tot Edd. propagari potuisse, nisi aliam subesse conjicias lectionem genuinam. Auget etiam suspicionem lectionis varietas in voce αἰτίας ipsa, quae non solum αἰτίας sonat in A. 2. sed etiam mutata in Aug. legitur in ἁμαρτίας. Quid multa? Neque τὰς ἁμαρτίας, neque τὰς αἰτίας, ipse *Lucianus* scripsit, sed de-

bentur haec Grammaticis, qui formulam ἐφ' οἷς his vocibus illustrare velient. Lege itaque: προςετίθεσαν δὲ οἱ περιηγηταὶ καὶ τοὺς ἑκάστων βίους, καὶ ἐφ' οἷς κολάζονται. Lehm.

Ead. l. 8. Ἀσπασάμενος τὸν Ναύπλιον ἀπέπεμψα) *Benedictus: salutato Nauplio discessi.* Prorsus non ita, sed *salutatum Nauplium remisi*; haec enim conveniunt praecedentibus. Gron. Nec praecedentibus, nec sequentibus bene convenit lectio ἀπέπεμψα. Sic non narratur, Lucianum quoque ipsum insulam damnatorum reliquisse. Recepto autem ἀπέπλευσα, quod cum *Scholiastae* exemplaribus etiam recentius collati Codd. quatuor habent, plena est et integra narratio. Facile igitur cum *Schm.* optimam lectionem adoptavi. Lehm.

Pag. 305. l. 4. Πύλην) Lege πόλιν. Quanquam enim *eburnearum portarum* facta mentio sit, ut portui propinquarum; melius videtur, ut *urbem intrare* dicatur. Mihi *Geographia illa somnialis* non admodum perspecta. Quid enim, si per *Portas eburneas* aliquid simile voluerit *Portis Caspiis, Thermopylis* etc.? Solan. Emendationem *Solani*, πόλιν legentis, confirmant Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip. Addo et Aug. Dubitavit tamen *Bip.* recipere. Rectius *Schm.* non dubitavit. Lehm.

Ead. l. 7. Ὅμηρος) *Hom.* Od. *T*, 560. Solan.

Ead. l. 12. Πηγαὶ δύο παρὰ) Confer supra c. 16. ubi similis variatio praepositionis: quam etiam T. I. saepe habuimus. Reitz.

Ibid. Παρὰ ταῖς) Edd. *Fl.* et *Junt.* Reliquae περί. Solan.

Pag. 306. l. 1. Ὅμηρος) Vide eum l. c. Solan.

Ead. l. 2. Κεράμου πεποιημ.) Conf. supra 1. Ver. Hist. c. 7. χαλκοῦ πεποιημένην. Adde hic, etsi hoc tritissimum, *Long.* Past. I. p. 7. δεσμὸν ῥάβδου χλορᾶς λυγίσας. Et III, 116. στεφανίσκον ἴων πλέκουσα, *corollam ex violis nectens.* Tamen et dativo utitur id. I. p. 6. Τὰ ἀγάλματα λίθοις ἐπεποίητο. Reitz. Quum *Schmiederus* tamen e Codd. collatis glossema ἐκ, monente *Belino*, in textum receperit: de tritissima re loco Ver. Hist. 1, 7. duo alia ex ipso nostro scriptore addere placet: Diall. Mortt. XXIV, 1. ἵππων καὶ ἀνδρῶν — εἰκασμένων λίθου τοῦ καλλίστου. Hermot. c. 38. οὐδὲ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ὁμολογοῦσιν· ἀλλ' οἱ μὲν χαλκοῦ, οἱ δὲ ἀργύρου — εἶναι αὐτὸ φάσκουσιν. Lehm.

Pag. 307. l. 1. Ἀντιφῶν) Atheniensis. Vid. *Suid.* qui eum τερατοσκόπον vocat. Solan. Alius eidem *Suidae* commemoratur ὀνειροκριτής. De quo et *Cic.* de divin. I, 20. et alibi. Vid. *Ernest.* Clav. Cic. s. v. Lehm.

Ead. l. 2. Παρὰ) Dixi supra ad Halcyon. c. 1. Solae

autem *Fl.* et *Par.* recte hic habent. Reliquae vitiose περὶ. *S.* autem et *Amst.* quod mireris, ἐπί. Solan.

Ead. l. 3. Ὀνείρων) Difficultas hic Latino interpreti oboritur non facile superabilis, quod personam adfingit Somniis Lucianus, et cives hujus reipublicae facit: quod Graeco facile, qui non neutro solum genere ἐνύπνιον dicere possit, sed masculino etiam ὄνειρον, negatum Latinis. Sed laboratur fere, quoties lusus ejusmodi ad verbum transferre coneris: quibus ob ipsam eam caussam in scriptis seriis et aetatem laturis vix, ac ne vix quidem locus est. Gesn.

Ead. l. 7. Διεσκευασμένοι] Κεκοσμημένοι praetulit *Schmied.* e Codd. Pariss. et Gorl. Rectius hoc pro glossemate damnat *Belinus.* Quod autem repetitionem ejusdem verbi attinet, in qua *Schmiederus* offendit, vindicant eam *G. A. Voigtlaenderus* in Observatt. ad *Xenoph.* Memorr. Part. I. ad Memorr. I, 3, 3. collatis locis De Merc. Cond. c. 23. Diall. Mortt. XVI, 2. Pro Laps. int. Salut. c. 11. et Censor ejus (*Jacobus*, opinor, Portensis) in Bibl. Crit. Hildes. Tom. II. Fasc. IV. p. 870. qui posterior etiam consuli jubet *Heindorf.* ad *Cic.* de Nat. Deor. p. 89. et offendit praeterea in constructione τοῦ κοσμεῖν εἰς, neque hoc quidem injuria. Lehm.

Ead. l. 12. Δεξιῶς ἐξένιζον) *Accurate receperunt* recte vertas non absimilem *Longi* phrasin, in Pastor. IV. p. 107. Ed. *Moll.* Τοῦτον ἐδεξιοῦντο πᾶσαν δεξίωσιν· sive, *cum industria*; nam οἰκέται δεξιοὶ *servi industrii* sunt apud eundem pag. 126. (s. 134.) Reitz.

Pag. 308. l. 4. Καθεύδοντες, εὐωχούμενοι) J. *Fl.* et *H.* nihil hic a vulgata abire notaverat *Solanus.* An voluit igitur conjunctionem quaerere? Vix credo: nam ἀσύνδετον illud hic melius et efficacius, quam si conjunctio adesset; immo vellem ita saepius enunciasset Noster, ut *Long.* Past. III, 120. Ed. *Jungerm.* μιμεῖται πάντα — θεοὺς, ἀνθρώπους, ὄργανα, θηρία. Et L. IV, 115. (123. *Moll.*) θόρυβος πολὺς κτηνῶν, οἰκετῶν, ἀνδρῶν, γυναικῶν. Quamvis idem alibi etiam nimis amet illud repetitum καί. Reitz. Facio cum *Reitzio*, nec probo, quod *Schmiederus, Belino* suadente, e Codd. Pariss. copulam inseruit, etsi Gorlitiensis auctoritas accedit. Insignis enim vis est in hoc Asyndeto. Longe aliter est supra, si cum eodem *Schmiedero* secundum eosdem Codd. et insuper Aug. legas: οἱ δὲ σκληροὶ, μικροὶ καὶ ἄμορφοι, inserta, quae vulgo deest, voce σκληροί, cujus syntaxeos tum asperitatem, tum languorem, quis non sentiat? Lehm.

Ead. l. 7. Ὠγυγίᾳ νήσῳ) Vid. *Plut.* 1753. Solan.

Ead. l. 11. Λευκοθέας) *Matuta.* Vorst.

Ibid. *Διασωθέντα*) Utitur his *Luciani* verbis *Jac. Elsner.* ad Epist. *Petr.* III, 20. quo probet, *διασωθῆναι* usurpari de eo, qui salvus in aliquem locum pervenit, i. e. ex periculo vel naufragio servatus est; ut *Actor.* XVII, 44. *διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν*, triaque alia testimonia adducit, quae non repetam, nec augebo, quia hanc significationem ubique obviam novi. Reitz.

Pag. 309. l. 1. *Τηλεγόνου*) Conf. infr. de Salt. c. 46. Solan.

Ead. l. 7. *Ὅμηρος εἶπε*) Odyss. *E*, 57. Solan.

Ead. l. 9. *Ἐπελέξατο*) In omnibus libris nostris erat *ὑπεδέξατο*, quod cum ferri non possit, sic mutavimus. Vide Diall. Marr. V. et Anach. c. 21. Suspicor tamen, fuisse a *Luciano* scriptum *ὑπελέξατο*, ut *furtim* ab ea *lectam* epistolam notaret. Sed quia vox ea a nullo, quod quidem sciam, Lexicographo observata est, nec ubi apud alios auctores occurrat, ipse annotaverim, eam in textum recipere non sum ausus. Solan. *Ὑπεδέξατο*) Quid sibi velit *ὑπεδέξατο* a vi verbi *ἔλαβε* diversum, non comminiscebar aliud, quam quod in interpretatione expressi (*in sinum reposuisset*). Cogitabam etiam, an *ὑπελέξατο* vim *legendi* habere posset? quod nihil fere ab altero illo *ὑπεδέξατο* distat in MSS. Vulgatum quidem illud, *postquam epistolam accepit et admisit*, non intelligebam. Gesn. *Solanum* secuti rescripsimus *ἐπελέξατο*· cui emendationi adstipulantur Mss. Regg. 2954. et 3011. Vulgata *ὑπεδέξατο* nullum h. l. sensum habet. Mox post *ὁποῖα* ex iisdem Mss. edidimus *τε*. Aberat enim ab Edd. Bip. Adest etiam in Codd. Aug. et Gorl. recte itaque *Bip.* et *Schm.* admiserunt. Hic etiam correxit *ὁποία*, quum in omnibus prioribus *ὁποῖα* scriptum esset. Sed *ὑπεδέξατο* neque id significare potest, quod *Gesnerus* et secundum eum *Wielandius* expresserunt; neque, si posset, sufficeret ad plenam efficiendam narrationem. Quae enim sequuntur, poni jubent, Calypso legisse, non recondidisse, Ulyssis epistolam. Bene itaque suspicatus erat *Solanus* legendum *ἐπέλεξατο*, idque etiam plusquam probabiliter, quum confirmetur conjectura Codicum satis multorum auctoritate. Lehm.

Pag. 310. l. 3. *Κατιόντος τοῦ πνεύματος*) Sic *Thucydid.* VI, 2. *κατιόντος τοῦ ἀνέμου τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐσπλεύσαντες.* Ubi *Dukerus* docet, *ἄνεμον κατιόντα* esse ventum increbrescentem, et quidem a tergo euntes prosequentem, idque hoc *Luciani* aliisque testimoniis probat contra *Vallam*, qui de *vento ponente* plane contrario modo intellexerat. Reitz.

Ead. l. 6. *Παραπλέοντας*) Sic scribo, non ut in omnibus, quos vidi, libris est, *περιπλέοντας*. Solan. Recte *Solanus* vidit, pro *περιπλέοντας* rescribendum *παραπλέοντας*, et sic plane exhibet Ms. Reg. 3011. Bip. Nec non Aug. et Gorl. Unde recte mutarunt *Bip.* et *Schm.* Lehm.

Ead. l. 7. *Πηχέων ἓξ*) Nescio, an sic nugari voluerit *Lucianus*, ut mensuram poneret, quae vix ullam ad reliqua, quae hic dicuntur, proportionem habeat. Facile, numerum hic esse corruptum, putare aliquis possit. Sed parum alias quoque religiosus hac parte est scurra noster, ut mox circa halcyonem. Gesn. Jlocaliter mensuram videtur addere exiguam, cum in exspectationem magnae lectorem conjecisset, praemittens *naves* esse *maximas*. Quales metaphorae deceptionis parce et apte usurpatae, fallendo delectant, quarumque exempla collegit *Eman. Thesaurus*, in Idea argutae dictionis, toto c. XVI. a pag. 369. ad 385. Ubi Corinthi bella moenia videns Agis, interrogat, *quinam sunt haec moenia inhabitantes MULIERES?* Vel hoc *Martialis*, — *Centum Coramus amphoras AQUAE fecit*, cum quisque exspectaret *vini*. Notaque est ista cavillatio Caligulae victoris, cum literas laureatas ad Magistratus mitteret: *Parate quam maximum triumphum, quam MINIMO SUMTU.* Addo *Aristophan.* Plut. 27. *πιστότατον ἡγοῦμαι, καὶ κλεπίστατον*, ubi vid. interprett. Si cui hic lusus non adrideat in facetiarum magistro, et satis magna esse navigia contendat, cubitorum sex, utpote ex cucurbita, quae vel sic sane est maxima, per me licet, ita exponat, vel ξ', i. e. 60. pro ἓξ legat, quo respondeat mensurae navium hostilium c. seq. Reitz. *Ἑξήκοντα* legunt Mss. Regg. 2954. et 3011. quod verum videtur *Belino*. Bip. Et mihi quoque. Nam *ἀπροσδόκητον* illud, quod *Reitzius* in hac oratione quaerit (minus autem recte *metaphoram deceptionis* vocat) aut nullum est, aut certe valde languidum, et momento suo (*la pointe* Francogalli dicunt) carens. Neque multum juvet Codicum nonnullorum lectio *μεγάλα* pro *μέγιστα*, quam *Belino* probatam sine idonea caussa edidit *Schmiederus*. Jure itaque meo *ἑξήκοντα*, (ξ' olim, ut recte *Reitzius* animadvertit, exaratum) cum *Schm.* rescripsisse videor. Lehm.

Ead. l. 8. *Αὐτὴν*) *Αὐτὴν* ad unam *κολοκύνθην* elliptice refertur, etsi pluralis et neutrum adjectivum praecessit: qualis synthesis apud Latinos quoque est frequens, ut *Terent.* Eun. 2, 1, 19. *Adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse.* *Sallust.* Cat. 56, 5. *Servitia — cujus*, ad quem l. vide Excurs. VIII. *Cortii.* Alia exempla ex Latinis auctt. collegit *Th. Wopkens* in Lectt. Tullian. p. 15. et

passim aliis pagg. Oppositam, sed analogam, enallagen supra ad Scyth. vers. fin. dedimus ex *Aristoph.* Pl. 527. οὐχ ἕξεις οὔτ᾽ ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται (scil. κλίναι). Non absimilia dedit *Hemsterh.* ad *Lucian.* Nigr. ipso pr. Conf. Zeux. c. 7. ubi περίβαλε — καὶ ἀράμενοι, alio modo, cui addere oblitus sum similem locutionem ex Evang. *Luc.* V, 4. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν, et *Lucian.* Harmon. c. 3. ἀλλότριον τὰ ἐμὰ etc. Ubi et addere potuissem *Hippocr.* Sect. II. aph. 3. Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν. Conf. etiam Reviv. c. 13. μία πάντων φιλοσοφία, pro πασῶν, ubi *Jens.* ex *Lucian.* Amor. καρποὺς — ἃ συνφρόφουν, pro οὓς etc. Alias ejusmodi enallagas generis vid. apud Interprett. ad *Aristoph.* Plut. 291. τέκεα ἐπαναβοῶντες, respectu filiorum, qui per τέκεα intelliguntur, ubi *Kusterus* etiam addit *Homer.* Od. *M*, 74. — νεφέλη — Κυανέη, τὸ μὲν οὔ ποτ᾽ ἐρωεῖ, ibique τὸ respectu νέφος dici, quod tacite intelligitur, recte monet, ut alia omittam, quae ibi videri possunt. Addo tantum ex fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 320. I. *Timoth.* 2, 15. σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, quod *Heinsius* in Exercitt. Sacr. p. 485. de conjugibus exponit, ita ut μείνωσιν referatur ad virum et uxorem simul; alii ad uxores solas referunt. Paullo aliter etiam *Long.* Past. L. IV. p. 107. Ed. *Moll.* εἰς αὐτὰς ait, tacite respiciens ad oves et capras, cum tamen sing. ἀγέλη praemiserit. Sic infra Tyrannicid. c. 8. ὁ δὲ masc. gen. relatum ad τὸ ξίφος, quod vide. Reitz. Locum corruptum, id quod vel lectionum varietas diligenter considerata clarissime docet, hac ratione emendandum existimavi. Verba scilicet vulgata: ἐπειδὰν γὰρ ξηρανθῶσι, κοιλάναντες αὐτὴν, quacunque demum explicatione succurras, laborant tamen structurae quadam incommoditate, sita illa in numeri diversitate, quam facile auctor effugere potuisset, si vel pro αὐτὴν scripsisset αὐτὰς, vel pro ξηρανθῶσι, ξηρανθῇ. Atqui neutrum horum ipsi placuit, ut e variarum lectionum recensu patet. Nam pro ξηρανθῶσι tres Codd. exhibent ξηρανῶσι, pro αὐτὴν autem duo τὴν κολόκυνθαν (nam in Aug. et Goil. ubi ita legitur, conjicio αὐτὴν omissum esse, quamquam id non diserte tradit *Schmiederus*). Jam vero τὴν κολόκυνθαν manifestum est glossema vocis αὐτὴν, et hoc pronomen adeo retinendum, illud repudiandum. Quod autem κοιλάναντες a Gorl. abest, unice id casui fortuito, vel errori, videtur tribuendum esse. Nunc intelligitur, optionem nobis relinqui inter ξηρανθῶσι et ξηρανῶσι. At neutrum admittendum ob caussam supra allatam. Quid ergo? Vitium latet

in hac voce, quod facile tolles, si modo in voce ξηρανῶσι, quod alii in insolentiori Aoristi Passivi forma offendentes ξηρανθῶσι scribere maluerunt, accentum mutaveris, scripserisque ξηράνωσι. Ita jam ego quidem persuasum habeo, *Lucianum* scripsisse hunc in modum: ἐπειδὰν γὰρ ξηράνωσι, κοιλάναντες αὐτὴν, καὶ ἐξελόντες τὴν ἐντεριώνην, ἐμπλέουσιν. Αὐτὴν autem facile explicatur e voce κολοκύνθινα, ut supra c. 33. ταύτην e nomine Νυκτῶον, et Hermot. c. 45. ὑπὸ πάντων e praecedente φιλοσοφίας, ubi vid. Adnot. De qua quidem re *Reitzius* in proxima adnotatione nimis vage more suo disserens, falsa miscuit veris, apta ineptis. Lehm.

Ead. l. 11. Πληρωμάτων) Navium πληρώματα dicuntur ipsi remiges vel classiarii milites, quibus implentur. Hic autem sumitur pro ipsis navigiis instructis et armatis. *Vorst.* Vid. *Baif.* 127. f. Solan.

Ead. l. 13. Ἀγχωμάλως) Monuerat *Hemsterh.* in marg. adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* p. 493. No. 53. i. e. ad L. VII. c. 71. ubi *Thucyd.* ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν ait, *Wassius*que *Pollucem* reprehendit, qui hoc verbum τραχὺ esse scribat, quod tamen ille ex *Dionys. Halic.*, hic ex *Luciano* h. l. profeferat, *Suidam*que et Lexica alia plures habere ejus vocis auctoritates, observat; quare plura non addam. Reitz.

Pag. 311. l. 4. Ὠλιγώρησαν) Etsi supra satis dixi, augmentum saepe negligi, et hic Edd. fere omnes habent ὀλιγ. tamen non credo sic Lucian. dedisse, quia usitatissimum in hoc verbo augmentum initiale, et ratio abjectionis nulla, quia verbum inde non fit longius, si addatur, (ut in plusquamp. quae satis polysyllaba per se, ideoque augmentum frequenter negligunt.) Quare invitis Edd. jam mutaveram, quod in vocali brevi cum longa permutanda scribarum culpa sit quotidiana; sed postea consulens omnes Edd. ad manum quae erant, vidi et *Salm.* recte ὠλιγ. exhibere. Reitz.

Ead. l. 9. Κελύφη) Sic L. et *El.* Ed. melius, quam quod in aliis est, κελύφινα. In Scholiis etiam recte κελύφη legitur. Solan.

Ead. l. 11. Ἀπεκρύψαμεν) Suspicor legendum ἀπεκρούσαμεν. Solan. At vulgatam elegantiorem esse dicit Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 247. et conferri jubet illud *Callimachi* Epigr. 2. ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν, et *Virgilii* (Ecl. IX, 52.) *cantando condere soles.* Cf. etiam *Thucyd.* V, 65. ἐπειδὴ ἀναχωροῦντες ἐκεῖνοι ἀπέκρυψαν, ubi *Scholiastes* intelligit ἑαυτοὺς, *Dukerus* autem rectius αὐτοὺς, provocans ad hunc *Luciani* locum, et ad phrasin ἀποκρύπτειν γῆν, de navigantibus usurpatam, qui tam longe in altum

provecti sunt, ut terram conspicere amplius non possint. Addit denique *Budaeum* Commentar. Ling. Gr. p. 324. Post *Dukerum Bauerus* in eundem finem conferri jubet *Virgil.* Aen. III, 291. Phaeacum abscondimus arces. Quae quum ita sint, non audiendus neque *Solanus* cum conjectura sua, neque etiam *Abreschius*, qui in Dilucidd. Thuc. p. 540. ἀπεκρύψαμεν αὑτοὺς corrigi vellet, comparans locum Diall. Marinn. II, 2. cujus longe alia est ratio. Nam ibi ἀποκρύπτειν αὐτοὺς ineptissimum foret, et necessario αὑτοὺς rescribendum, ducibus etiam Codd. Pariss. Lehm.

Pag. 312. l. 8. *Μεσονύκτιον*) Nugatur igitur, ut saepe, *Th. Magister*, scribens: *Μεσονύκτιον*, καὶ *Μεσονύκτιος*, ποιητικόν. Habuimus et supra μεσονύκτιον, de Merc. cond. c. 26. item hac dissert. c. 26. et alibi. Habet et Evang. *Marc.* XIII, 35. et *Luc.* XI, 5. etc. Reitz.

Ead. l. 13. *Γοεράν τινα* etc.) Conf. supra Halc. cap. 1. Solan.

Pag. 313. l. 5. *Ἁδρότερον*) Male *Solanus* in marg. J. notarat, etiam *S.* et *H.* cum J. habere ἀδ. prima laevigata. Nam recte habent adspiratam, ut ceterae priscae, quas adii: et sic solet. Vid. *Poll.* On. non uno loco. Quamvis et *Budaeus* in Lex. minore ἀδρέω *augeo* male, mox tamen ἁδρὸς recte habet ibidem, operarum culpa. Reitz.

Ead. l. 7. *Ἐπτερύξατο*) Conf. Halc. c. 1. Solan.

Ead. l. 10. *Ὁ γὰρ*) Illud γὰρ in J. aeque ac *Fl.* et *H.* reperiri notabat *Solanus*. Idem sic notarat supra Hermot. cap. 29. An igitur id suspectum habuit? vix credo; nam sic saepe apud Nostrum occurrit. Reitz.

Ead. l. 13. *Ἀποτρέψαι*) Quanquam hic aliam lectionem suggerant Scholiastes et *Fl.* Ed. cave hanc mutassis: proprium enim est in ea re vocabulum. Unde Ζεῦ ἀποτρόπαιε etc. Vulgatam etiam confirmat P. Solan.

Pag. 314. l. 13. *Καὶ δὴ ἐδόκει ἡμῖν ἀναθεμένους τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν κόμην τῶν δένδρων*) Perridicula ista super silvae ramis navigatio, sive ὑλήεις πλοῦς· sed videntur fidem ei facere *Josephus Acosta*, et illi, quos navigationis suae fundos auctoresque habet, Historiae Indicae cap. XXX. lib. IV. Ipsa ejus haec ῥητῶς narratio. *Un de nos freres homme digne de foi nous contoit, que s'étant égaré et perdu dans les montagnes, sans savoir quelle part n'y par où il devoit aller, il se trouva dedans des buissons si épais, qu'il fut contraint de cheminer sur iceux sans mettre les pieds en terre par l'espace de quinze jours entiers, et que pour y voire le soleil, et pour remarquer quelque chemin en cette forêt si épaisse et pleine de bois, il avoit besoin de monter au*

coppeau des plus grands arbres; pour là decouvrir le chemin. Marcil.

Pag. 315. l. 5. Ἀντιμάχου) Scripserat is poëma de Argivorum contra Thebanos expeditione, cui *Thebais* titulus erat. *Athen.* 468. A. 475. D. et 482. F. Meminit *Plutarchus* Elegiae ab hoc scriptae f. 65, 2. *Platoni* probatur. *Cic.* Brut. 51. Hunc tanti faciebat Adrianus Imp. ut *Homero* exacto, solum ab omnibus legi vellet. Audi *Xiphil.* p. 261. καὶ οὕτω γε τοιοῦτος ἦν ὥς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰςάγειν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Verbosum fuisse docet *Gregorius* Theologus in Epist. ad Nicobulum 2. his verbis, οὕτως ἐγὼ καὶ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον· πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ' οὐ τοῖς γράμμασι. Apud *Basil.* p. Ed. *Bas.* 286. Solan.

Ead. l. 12. Ὁρῶμεν) Edd. *Fl.* et *B.* 2. recte; in reliquis ἑωρῶμεν. Latinus interpres recte vertit, quasi ὁρῶμεν et ipse legisset. Solan. Errat *Solanus*, dicens, *B.* 2. i. e. *Basileensem* secundam, cum *Florentina* facere; nam aeque ac *B.* 1. cujus errores fideliter solet repetere, habet ἑωρῶμεν. De *Florent.* vero recte monet. Reitz. Fortasse *Solanus* cogitaverat *Basileensem* tertiam, quae vere habet ὁρῶμεν. Lehm.

Pag. 316. l. 7. Κατ' ἐκεῖνο) Variationem frustra quaesivit *Solanus*; nec ea opus est. Nam licet θαλάττα praecedat, potest tamen neutrum ἐκεῖνο ad πέλαγος paullo ante praemissum referri, vel, quod malim, absolute positum accipi de loco; veluti ἐπὶ τὸ, et εἰς τόδε *huc*, intellecto χωρίον, accipitur, vid. *L. Bos* de ellipsi in χωρίον. Verum et praeterea neutrum genus, ut generale, etiam stubstantivis masculinis et femininis jungi, quis nescit, ut *Long.* Past. I. p. 8. ἡ μὲν Νάπη, τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο. Vel, ut in tritissimo illo *Aelian.* X, 10. τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος. *Epist. ad Rom.* XIV. 18. ἐν τούτοις habet, post praemissa tria feminina δικαιοσύνη, χαρὰ, et εἰρήνη. Sed de aliis paullo durioribus jam dictum ad Reviv. c. 13. ubi μία πάντων pro πασῶν. Reitz.

Ead. l. 10. Εὐπρόςιτος) Antea legebatur εὐπροςίτως, prave. Ego mutavi. Solan. Verti, ac si legeretur εὐπρόςιτος, συνοικουμένη. Gratias agam, qui me docuerit, quae sit εὐπροςίτως συνοικουμένη. Ita mox pro προςἡειμεν ὑδρευσόμενοι, dedisse arbitror Lucianum προήειμεν, et sic interpretatus sum. Gesn. Recte quidem *Solanum* conjecisse arbitror εὐπρόςιτος legendum; verum quia neque editio ulla, neque Cod. praeit, et plura etiam corrigenda restant, nihil mutavi. Nam comma etiam post εὐπροςίτως addendum; tum pro συνοικ . . . ἐνοικ. legere malim; certe illud συν in *Fr* ita exa-

ratum est, ut parum differat ab *ἐν*. Reitz. Etsi *Francofurtensis* Ed. vere habeat *ἐνοικ.*, ejus tamen solius, per se nulla est auctoritas. Imo nec opus est mutatione, quum *χώρα συνοικουμένη* nihil habeat, ob quod condemnetur. Certe eandem plane locutionem reperias apud *Xenophontem* Oecon. IV, 8. *Εὐπροσίτως* autem mutandum esse, quidquid dubitet *Reitzius*, ostendunt jam Codd. Aug. et Gorl. ubi, quod *Solanus* et *Gesnerus* conjecerant, vere legitur, *εὐπρόσιτος*. Ceterum hanc virorum illorum emendationem jam probaverat Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 247. Denique quod vitium *Gesnerus* in *προσήειμεν* odoratus erat, arguunt nunc quatuor Codd. recentius collati, legentes *προήειμεν*, quod recte recepit *Schmiederus*. Lehm.

Pag. 317. l. 2. *Καίτοι*) Legendum potius *καί τι Solan.* marg. *Junt.* adleverat; quod non improbem. Reitz. Omisso *καίτοι* Mss. Regg. 2954. et 3011. mox pro *σιτίου* legunt *σιτία.* Sed mallemus cum *Solan. καί τι.* Bip. Modestior certe et cautior *Bipontinus*, quam *Schmiederus*, qui *καίτοι* prorsus abjecto quamquam praeeuntibus aliquot Codd., et *σιτία* edito pro *σιτίου*, locum magis depravasse, quam emendasse dici potest. Maximam tamen culpae partem sustinet *Belinus*, qui scribat: *Cette phrase* (i. e. sententia loci) *n'a point besoin de correctif ni de restriction, et ce n'est que dans ces deux sens que l'on peut employer καίτοι καί.* Verte: *quamquam etiam*, et senti simul genitivi partitivi elegantiam. Aquationem scilicet narrat auctor non unam quidem, sed tamen praecipuam fuisse caussam, cur appulerint. Frumentorum inopiae etiam alia forte via succurri potuit. Ceterum nec quod *Solanus* maluit, *καί τι καὶ* inelegans foret lectio, dummodo caussa esset, ob quam vulgata mutaretur. Lehm.

Ead. l. 12. *Κτείνομεν*) Et sic cum J. habere *Fl.* et *H.* notarat *Solanus*; sed habent et aliae. Cur autem variationem quaesivit? quia *ἐδιώκομεν* et *κτείνομεν* diversa sunt tempora, ideoque *διώκομεν* potius legi quis malit; id quod nec ego improbaverim. Verum in eadem hac Hist. id occurrit adeo frequenter, ut studio tempora variasse videatur auctor: nam cur paullo ante non item quaesivit varietatem, cum legeret *ἐδιώκομεν, καὶ λαμβάνουσι*, et paullo post *λαμβάνομεν, καὶ ἀνεστρέφομεν* pro *ἀνεστρ.* et cap. 46. *εἶδον, καὶ συλλαμβάνω, καὶ ἀνέκρινον*· ut alia mittam. Conjunctiones enim similia tempora non regere, supra jam diximus. Et ex Latinis sexcenta similia proferre liceret, ut *Sallust.* Jug. c. 113. 7. *Jugurtha Sullae vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus.* Quin et modus diversus interdum conjunctionem sequitur, ut apud

Liv. II. c. 23, 11. *Postulare — ut senatum vocarent, curiamque ipsi circumsistunt.* Ac ne credas *postulare* ibi pro postularunt positum, vid. not. *Dukeri*, qui ex eodem adfert *moliri — et pertentant*, aliaque similia. REITZ.

Pag. 319. l. 4. *Μεγάλα*) Pygmaeos *Ctesiae* hic ridet. Vide *Photii* Excerpta. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ποδεῶνας*) *Leop.* 136. SOLAN. At supra Contempl. §. 3. *τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδός*, ubi *Solan.* similia ex *Nostro* produxit. REITZ.

Ead. l. 6. *Ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους, ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι, ζεύξαντες δύο δελφῖνας, ἤλαυνόν τε, καὶ ἡνιόχευον· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεσύροντο τοὺς φελλούς*) Vertunt: *post hos et alii suberibus insidentes, junctis duobus delphinis remigabant, et equitabant, alii praecedentes subera trahebant.* Ita vertentes indicarunt, se mentem auctoris non satis percepisse. Nam, ut taceam, *μετὰ τούτους* hic potius significare praeter hos, observandum est, *Lucianum* de *suberibus* loqui tanquam de vehiculis; de *delphinis* tanquam de equis vehicula trahentibus; de *hominibus* illis, qui suberibus insidebant, tanquam de aurigis vehicula agitantibus, et moderantibus; aurigarum enim propria sunt verba, quibus utitur, *ἐλαύνειν* et *ἡνιοχεύειν*· quae propterea hic non reddenda erant, *remigare* et *equitare.* Et per *οἱ δὲ προϊόντες* non intelligendi sunt *homines alii,* uti habet versio; sed illi *delphini*, qui suberibus juncti erant. Totus itaque locus hoc modo est vertendus: *Praeter hos et alii suberibus insidentes, junctis duobus delphinis, agitabant, et moderabantur eos: illi vero* (scil. delphini) *praeeuntes trahebant subera.* VITRING.

Ead. l. 7. *Φελλῶν*) Si quis auctoritates super h. v. et usu desiderat, adeat *Bergler.* ad *Alciphr.* Ep. I, 1. p. 7. REITZ.

Ead. l. 13. *Ἑλλάδα φωνήν*) Pro *Ἑλληνικήν.* Sic *Σκύθην οἶμον* pro *Σκυθικὴν ὁδὸν* ex *Aesch.* Prom. p. 5. et *γυναῖκα μαζὸν* ex *Hom.* Il. *Ω*, 58. nec non *Ἑλλάδα διάλεκτον*, aliaque similia, ex *Eustath.* adfert *Maittaire* de Dialect. p. 78. Plura *Jens.* in Lectt. Lucian. pag. 89. ad 94. quae pertinebant ad Dial. Deor. XV, 1. ad verba *τέχνην βάναυσον*; ibi autem non sunt inserta, quia nimis erant multa. Meretur tamen huc addi, quod postea margini adlevit idem *Jensius*: *Ἕλληνα πόλεμον* habet *Thucyd.* p. 104. in Oratione Periclis (i. e. lib. II. c. 36.) REITZ. Cf. Diall. Mortt. XII, 2. e. a. LEHM.

Ead. l. 16. *Καβαλοῦσα*) An *Κοβαλοῦσα*, a *κόβαλος*, i. e. *κοβαλόεσσα*; GUYET. Hactenus *Lucianus* nomina finxerat intellectu satis facilia. Nunc autem *Cabalusam* et *Hydamardiam*, monstrosa et barbara vocabula, cur obtrudat, nondum

satis perspicio. Est tamen Graeca vox καββαλικὸς, vel huic proxima καββάλιος, quam *M. Aurelius* (VII, 52.) et alii usurpant *projiciendi* sensu. Vide ad eum locum *Gatakeri* not. et *Plut.* 421, 2. καββαλικώτερος. Sed pone, regionem Κ βαλοῦσαν ideo dictam, quia feminae istae advenas mactarent, quid erit urbs Ὑδαμαρδία; Parvi quidem hoc refert; sed tamen ad *aquam* alludit, in quam magae istae se convertebant. Regionem *Cabalensem* memorat *Strabo* XIII. sub fin. p. m. 434. A. Solan. Καβαλοῦσα forte est καββαλοῦσα, id est, καταβαλοῦσα, dejiciens homines ad illa χαμαιτυπεῖα. Circa Ὑδαμαρδίαν res difficilior. Si eventum narrationis spectes, possis suspicari, Ὑδαμαυρίαν dedisse *Lucianum*, διὰ τὸ εἰς ὕδωρ ἀμαυροῦσθαι τὰς γυναῖκας· ut nempe in aquam, in fumum, et, si quid his fugacius est, abeunt voluptates venereae, postquam dejecere ignavos, et similes libidinosis asinis homines. Gesn. *Belinus* conjiciebat Κασαλβαδοῦσα, *l'isle des courtisanes*, a κασάλβαδες, laudatque *Aristoph.* et ejus Schol. Ἐκκλ. v. 1106. Bip. Barbara haec et arcana nomina nemo nunc facile interpretetur, vel, si a librariis corrupta sint, emendet. Nec Codicum Aug. et Gorl. lectio Ὑδραμαρδία multum praebet lucis, quamquam *Gesneri* conjecturae aliquid momenti addere videatur. *Belini* Κασαλβαδοῦσα ingeniose certe ficta est. Omnino autem *Wielandius* judicat operae non esse in hanc rem studiosius inquisivisse. Lehm.

Pag. 320. l. 1. Λαβοῦσαι) Angl. διαλακοῦσι. Bourd.

Ead. l. 2. Ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε, καὶ ξένον ἐποιεῖτο) Interpres: *secum quemque singulae abduxerunt* etc. Mallem: *singulae quemque domum suam abduxerunt.* Ita passim, ὡς αὐτὸν, et πρὸς ἑαυτὸν, παρ' ἐμὲ etc. Sic in Asin. c. 42. ἐπιθείς μοι τὸν πυρὸν, ὡς ἑαυτὸν ἤλαυνεν, *imposito mihi tritico ad se,* h. e. ad aedes suas, *me ducebat.* Sic etiam ibid. cap. 55. et in Gallo, fine c. ult. παρ' ἡμᾶς. Vitring.

Ibid. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς) *Belinus* ad h. l. adnotat: *Je soupçonne une lacune dans cet endroit, où le texte dit:* pour moi je m'arrêtai un peu. *Ce ne peut-être dans la campagne: mais chez la courtisane qu'il apperçoit les ossemens dont il parle plus bas; et c' est peut-être au moment où elle lui offroit ses faveurs, qu'il dit,* je m'arrêtai etc. Bip. Argutius haec *Belinus* disserit. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς est: *non statim sequebar, ut ceteri,* sed *paullulum cunctatus, quum circumspicerem* etc. *provide sum et caute secutus.* Secutum autem se esse non diserte quidem dicit, sed colligitur ex omni narrationis forma. Non frustra nempe dictum μικρὸν ὑποστὰς, et paullo post: μετ' ὀλίγον δὲ, i. e. quum jam ab hospita essem exceptus. Lehm.

Ead. l. 7. *Μαλάχην*) Confer supra c. 28. Solan. Quam nempe ad hoc ipsum discedenti ex Heroum insula dederat Rhadamanthus. Gesn. In his allusio inest ad *Homeri* μῶλυ Odyss. X, 305. et quae postea stricto gladio extorquentur, et haec referunt imaginem stricti ab Ulysse adversus Circen gladii, ibid. v. 321. ut recte animadvertit *Belinus*. Lehm.

Ead. l. 12. *Ὀνοσκελέας*) De hac copiose *Coelius*. Tangit *Gilbert. Gaulminus* ad *Psellum*. Interpr. *Aristophan.* ad Ranas. Bourd.

IN TYRANNICIDAM.

Pag. 323. l. 3. *Ἀνῆλθέ τις* etc.) Argumentum hujus controversiae in *Collectancis Galeanis* integrum legitur. Solan.

Ead. l. 5. *Καὶ αὐτὸν*) *Καὶ* abesse etiam a *Flor.* notat *Solanus* in marg. *J.* Si eo charactere Flor. Edit., ut solet, designat, errat; nam comparet in ea. Igitur Codicem Flor. intellexerit oportet. Reitz.

Pag. 324. l. 1. *Ἀποσκευασάμενος*) Ut Galli *depecher* pro occidere, et nos *afschepen.* Sic et *Herodian.* VII, 1, 7. *εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας — ἀπεσκευάσατο.* Ac persaepe alibi: quod tamen plenius effert L. 2, 10, 7. *τοιοῦτον ἄνδρα φόνῳ ἀπεσκευάσαντο.* Reitz.

Ead. l. 8. *Ζῶντι*) In libello Tyrannicida inscripto ait auctor c. 1. *Ὁ παῖς δὲ ἐκείνου* (*τυράννου*) *τέθνηκε μὲν ὑπ᾽ ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθανὼν πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶντι μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ, μετὰ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο.* Rotundiori et efficaciori sensu videtur mihi *Lucianus* scripsisse *ζῶν*. Scilicet is, qui tyrannum ipsum occidere voluerat, arce conscensa, invento tyranni filio trucidato, et relicto gladio, effugit: pater trucidatum filium reperiens, et ipse eidem illi gladio incubuit. *Filius itaque tyranni*, inquit, *mea quidem manu cecidit, at jam mortuus mihi ad aliam caedem ministerium praestitit; vivus quidem una cum patre injurius et iniquus, mortuus vero, patre, qua potuit, trucidato.* Filium namque quasi caussam paternae caedis agnoscit, cum pater prae *φιλοστοργίᾳ* sibi ipse violentas manus intulerit. Longe perfectior est antithesis *vivens una cum patre injurias exercuit, mortuus parricidium commisit*; ut pateat, tyranni filium et vivum et mortuum fuisse sceleratissimum; atque adeo pulcher-

rimum esse facinus, tantum scelus de medio sustulisse. Jens. *Ζῶν ἔτι*) In omnibus scriptum invenio *ζῶντι*, quod cum palam sententiae adversetur, exsulare jussimus. Emendationem nostram firmabunt loca seqq. *μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντας ἔτι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων*, Anach. c. 38. Et in Navig. c. 40. *ὁρᾷς οἷα μὲν ζῶν ἔτι ἕξεις πράγματα δεδιὼς καὶ φροντίζων καὶ κάμνων*. Et Ver. Hist. II. c. 10. *τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν*. Vid. Il. *Σ*, 10. Solan. *Ζῶντι*) Videtur omnino legendum *ζῶν*. Gesn. *Ζῶν ἔτι*) Veritas conjecturae *Solani* ita se mihi probavit, ut fidem librorum in re tam aperta et mutatione adeo exigua exspectare nihil opus duxerim, et cum versio ac nota *Gesneri* quoque sic jubeat, tanto magis utrique obtemperavi. Potest quidem ad priorum editionum lectionem versio ita detorqueri, ut aliquis inesse sensus appareat, sed is adeo friget prae restituta lectione, ut frustra illam defendere quaeras. Jam enim vera patet oppositio, quid *vivus* filius praestiterit, quid *mortuus*. In eo enim vis argumenti versatur, neque quid *vivus pater* ab eo passus fuerit, hic narratur. Reitz. Hanc emendationem probavit Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 246. et secuti etiam sunt recentt. Editores. Lehm.

Pag. 325. l. 1. *Ἐλπίδος*) *Spes* pro *metu* si absolute non dicitur, (ut nonnulli negant, inter quos *Vossius* Inst. Or. IV, 12, 3.) tamen pro exspectatione tam adversarum, quam bonarum rerum, Graecis aeque ac Latinis dici, peritis satis notum; sic mox c. 11. f. *τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου*, ubi plura simil. dabimus. Et c. 18. *μελλόντων ἐλπίδας χρόνων*, quod *Erasmus* vertit, *quique in posterum imminebant metus*; *Jensius*, *futur. tempor. horrores*: sed quia *ἐλπίδι φόβος* additur, dices, distingui a *metu* spem malam: recte; at non alio gradu, quam temporis; *φόβος* enim *timor* s. *terror* est ob mala praesentia, *ἐλπὶς κακῶν metus futurorum*, s. *exspectatio malorum*, quod eodem redit. *Herodian.* L. 2, 1, 16. *Ἠλπιζον μὲν τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον δι' ἐλπίδος*, *hunc exitum vitae* (i. e. necem a percussoribus immissis) *diu sperabam* i. e. metuebam. Scio, *spem* ac *metum* esse opposita; ideoque non idem valere. Sed si addas *futurorum*, dicasque *metum futurorum*, recte dixeris; et hinc saepe *ἐλπίζειν* alii *ἁπλῶς metuere* verterunt, ut in *Herodiano* saepissime, nec male, quia ex sequentibus satis patet, ad futura illum metum referri. Sed satis hoc egi in libro de Ambiguis p. 565. Et jam nimius fui in vulgaribus. Reitz.

Pag. 326. l. 10. *Κελεύοι*) Ita *B.* 2. et *S.* Reliquae *κελεύει*. Solan.

Pag. 327. l. 3. *Τοὺς τυραννουμένους*) *Tyrannide vexatos.*

Guyet. Male interpres, *qui tyrannidem adfectantes e medio tollebat.* Τοὺς τυραννουμένους, hoc est, *tyrannide vexatos.* Menag. Τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων cum *J.* habere *Fl. H.* et *S.* notarat *Solanus.* Forte igitur aliam quaesivit lectionem: nam *Erasmus* verterat, *tyrannidem adfectantes*, quod non video, qui cum Graeco verbo congruat; quia τυραννοῦμαι passive solet accipi, ut paullo ante, ἐτυραννεῖτο. Ut ap. *Dion. Hal.* IX. p. 601. 37. βασιλευομένης τε καὶ τυραννουμένης τῆς πόλεως. Iterum XI. p. 721. 23. et alibi. *Herodian.* I, 16, 1. et sic passim apud alios. Sed media forma accepit *Erasm.* Concederem, si a τυραννιάω formatum esset, quod *tyrannidem adfecto* signific. Sed quid si pro ἐκκόπτων legamus ἐγκόπτων, ut significetur, filius subditos arcebat, *impediebat eorum consilia*, et sic melior erit gradatio. Verba proxime sequentia, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν, *Erasmus* etiam infeliciter reddiderat, *qui insidias formidabat.* Sed plura ejusmodi juvenilis versionis τεκμήρια insunt huic dissertationi, quam ut ubique ea indicare opus sit. Reitz. *Reitzii* ἐγκόπτων nec opus est, nec placet. Ἐκκόπτειν h. l. eodem sensu, quo supra Ver. Hist. I, 39. πάντας ἄρδην ἐξεκόψαμεν. Gradationem autem ego ne tum quidem in h. l. video, quum legeris ἐγκόπτων. Lehm.

Ead. l. 5. Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν) Vix dubium est, quin illud genus injuriae notetur, quo adolescentuli vel castrantur plane, vel nervis certe *convulsis* aut contritis ad generandum redduntur inhabiles: tyrannorum opus, quod ab Orientis regibus didicere. Huic re aptum esse verbum σπᾶν, faciunt *spadones.* Vid. viri docti ad l. 128. de V. S. Sed est etiam apud τοὺς ὁ *Levit.* XXII, 24. ἀπεσπασμένον, respondens τῷ כרות, atque τῷ θλαδίᾳ et ἐκτεθλιμμένῳ et ἐκτομίᾳ junctum. Habet ἀποσπάδας *Suidas*, τοὺς ἀποσπασθέντας, quibus jungit ἀποσπάδοντας τοὺς ἀποκοπέντας. Quae cum ita sint, legendum puto ὁ τοὺς ἐφήβους ἀποσπῶν, et vertendum, ut posui, utque *Erasmus* jam posuerat, a quo discessum non oportuit. Quod si ἀνασπᾶν eodem modo accipi posse doceat aliquis, mutatione plane opus non fuerit. Neque tamen, si cui ista displiceant, vehementer repugnaverim, si ἀνασπᾶν retinere velit, et interpretari *contrahere*, *sibi adjungere*, *quasi sursum, in arcem suam*, *trahere.* Gesn. Haec haud dubie non fuit auctoris mens, sed illa potius, quam *Gesnerus* antea exposuerat. Unde cum eo legam ἀποσπῶν, et scriberem etiam, nisi omnes libri in ἀνασπῶν consentirent. Lehm.

Pag. 328. l. 11. Οὐ) Ita Mss. Regg. 2954. et 3011. Vulg. οὐδέ. Bip.

Ead. l. 14. *Τῆς ἐμῆς*) *Ταῖς ἐμαῖς.* Marcil.

Pag. 329. l. 6. *Πάντες ἦμεν*) Sic Ms. Reg. 3011. melius, quam quod in Edd. est, *πάντες μέν.* Bip.

Ead. l. 16. *Ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν*] Haec J. *Seagerus* in Class. Journ. Vol. XV. p. 151. ita legi jubet: *ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν,* (*necem filii visam*) *μηδ' ἐὰν ταύτην κερδαίνειν* (moriendo scil. antequam vidisset). *Κερδαίνειν* dicit esse *devitare,* et supplicium *κερδαίνειν* eum dici, cui condonetur. At sic arguta declamatoris sententia etiam argutior redditur. Nihil omnino est mutandum, modo sic capias sensum: *Oportet jam alium* (quam ego sum, fortissimus vir) *quaerere carnificem, a quo ille digniori modo digladietur. Neque post calamitatem* (necem filii) *oportet eum eandem* (int. *τὴν συμφορὰν,* non, quod *Conr. Reitzio* placuit in Ind. s. *κερδαίνειν, τὴν σφαγὴν,* quamquam tandem eodem redit) *lucrifacere,* i. e. eadem fortissima manu, qua filius ceciderat, cum gloria aliqua necari, qua non erat dignus, quam igitur lucro sibi apponere poterat. Ergo in *τὴν αὐτὴν* vis est sententiae, quam *Seageri* mutatio multo diminuit. Lehm.

Pag. 330. l. 3. *Ὁ δὲ*) Tyrannicida gloriabundus commemorans, tyranni filium, juvenem, robustum, pessimum patriae immanitatis sectatorem, a se occisum esse, idque gloriosius sibi multo esse, quam si tyrannum ipsum, superstite adhuc filio, occidisset; ait, se noluisse patrem tyrannum sua manu interimere: neque enim ulli futurum sibi fuisse gloriae, post tam nobile facinus, ignobiliori caede praecedens decus comminuere: propterea se reliquisse gladium, quo pater posset, si vellet, uti; atque adeo gladium sibi fuisse ministrum. *Ὁ δὲ,* inquit porro, *ὅπερ ἐγὼ προὐμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι.* Pro *ὁ δὲ,* legendum necessario vel *τὸ δὲ,* vel, ut potius nihil mutetur, *ὃ δέ.* Intelligitur *ξίφος,* quod tyrannicida reliquerat occiso tyranni filio; et cui (*ξίφει*) quasi imperaverat, ut pro se reliquum opus efficeret, ipsum nempe tyrannum confoderet. Propterea deinceps c. 19. alloquens suum gladium, ait, *ὦ ξίφος, κοινωνὸν, καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων.* Jens. Nihil muto. De gladio tam forti, quasi vir esset, loquitur. Solan. Masculin. gen. ait, etsi referendum ad praemissum *τὸ ξίφος.* Sed vid. supra ad 2. Ver. Hist. c. 37. Et *Maitt.* de Dial. p. 84. et 263. Ubi *οὐδεὶς γυνὴ,* ex *Achill. Tat.* aliaeque generis enallagae referuntur. Non tamen hic statuo enallagen generis proprie sic dictam; sed *Solano* accedo, dicenti, *alloquitur gladium, ut per-*

sonam; idque confirmo ex c. 19. ubi gladium *facti socium* vocat, et se ambos *praemio dignos* pronunciat, masculino gen. Reitz. Non inscite *Solanus* masculinum defendit, ad gladium ὁ δὲ, tanquam δήμιον, vel τυραννοκτόνον, referens. At si ὁ δὲ legitur, mihi quidem aliqua ambiguitas loco inhaerere videtur, ut dubites paullulum, utrum senex ille tyrannus, an gladius, intelligatur. Hoc sequentia suadent, illud generis ratio paene imperat. Accedo igitur *Jensii* sententiae, idque tanto confidentius, quum in Gorl. etiam vere τὸ δὲ sit repertum. Lehm.

Pag. 331. l. 13. *Τῶν*) Illud τῶν officere videtur sententiae. Nam si ejus rationem habeas, ita vertendum fuerit, *si quis est eorum, qui ante me fuere, praemio dignus*: quod a nemine factum puto. Et sane aut omittendum videtur, aut in πω, aliamve particulam mutandum. Gesn. *Jacobsius* in παρὼν mutandum censet. Vitium certe esse antiquum, non est, quod multis ostendatur. Quid autem *Lucianus* ipse scripserit, facilius conjicias, quam probes. Lehm.

Pag. 332. l. 11. *Ἐμὸς ὁ φόνος*) Eleganter sane idem Tyrannicida, qui Tyrannum ad suam ipsius caedem adegerat, ait: ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. *Si enim ego*, inquit, *filium obtruncavi, prae cujus desiderio pater non poterat vivere, ipse patrem occidi: mea est caedes, manus ejus fuit ministra.* Phyllis apud *Ovidium:*

Ille necis causam praebuit, ipsa manum.

Et apud eundem in Fastis, ipsiusque Didus epistola:

Praebuit Aeneas et causam mortis et ensem.
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Persequitur porro Tyrannicida: Μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε ὅπερ ἀπέθανεν. Hoc tamen Amstelaedamenses εὖ ποιοῦντες correxerunt, edideruntque ex antiquis Edd. ὅπως ἀπέθανεν. Aldina tamen (non certe secunda. L.) hac labe inquinata quoque est. Pergit Noster, id nimirum inquirendum esse, εἰ μηκέτ' ἔστιν, εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον etc. ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, *alio quo modo*; nempe articulus hic pro τις ponitur; ergo ita, uti fecimus, scribendum. Interpres egregie sane agit, verba εἰ δὲ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα, vertens, *si fame obsedissem.* Sed debuit bonus noster, *si fame expugnassem.* Jens.

Ead. l. 13. *Ὅπως*) Miror, diligentiam *Solani* hanc varietatem praeteriisse, quam editiones conferens deprehendi

inter ὅπως et ὅπερ. Et cum viderem principes Edd. prius habere, id recepi, non curans quid reliquae habeant. Reitz.

Ibid. Εἰ μηκέτ' ἐστιν) Adleverat *Hemsterh.* videndum L. *Bos* in Exerc. Phil. ad N. T. p. 5. Is autem ibi occasione verborum Evang. *Matth.* II, 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα — ὅτι οὐκ εἰσὶ, plura testimonia adfert, ubi haec phrasis de mortuis adhibeatur, non omisso etiam hoc *Luciani* loco. Reitz.

Pag. 333. l. 3. Ἄλλῳ τῳ τρόπῳ) Articulum τῳ pro τινὶ hic accipiendum, recte monuit *Jens.* nota superiore. Exempla vero vid. Prometh. in Verbb. c. 7. ibique *Hemsterh.* Adde *Gesn.* ad Quom. hist. cap. 51. Reitz.

Ead. l. 9. Ἐλπὶς τοῦ φόβου) Conf. hujus Diss. c. 3. et 18. Adde *Thucyd.* VII. c. 61. (quem adeundum *Hemsterh.* in marg. admonuerat) ubi τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου similiter dictum, alio *Thucyd.* testimonio ab *Wassio,* hoc ipso vero *Luciani* loco ab *Dukero* confirmatur. Reitz.

Ead. l. 11. Χρωμένου) Retulit librarius ad συκοφαντοῦντος. Sed esse debet accusativus junctus infinito ἀποστερεῖν. Quam pronum fuerit ν mutare in υ, apparet. Gesn. Χρώμενον in Gorl. supra scriptum est exhibita in textu lectione χρωμένου. Quae cum manifesto cum legibus linguae pugnet, *Gesneri* sententiae accedendum putavi. Lehm.

Ead. l. 15. Εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας) Vertitur: *Si quis ipse occidit, aut si non ipse quidem occidit, neque manu facinus peregit, verum compulit, praebuitque mortis occasionem. Ex aequo et hunc quoque supplicio affici oportere lex censet, idque jure optimo. Audaciam enim facto minus valere noluit.* Non nisi inficete haec ultima reddi vides, *Audaciam enim facto minus valere noluit.* Ubi hoc in Graecis? An ἴσον γίγνεσθαι significat *minus valere?* Λῆροι, λῆροι. Explodenda quoque correctio *Marcilii*, pro οὐ γὰρ legentis καὶ γάρ. Nihil hic intellexerunt boni viri. Id vult Tyrannicida: duas esse caedis caussas, legibus praefinitas; si quis vel ipse occiderit, vel non ipse quidem sua manu, sed coëgerit, mortisque occasionem praebuerit. Ex aequo et hunc quoque puniri, censere legem: et quidem id jure censere legem. *Neque enim* (pergit ille, quae ita vertenda sunt) *voluit* lex, *ejus, qui tantundem commiserit, esse impunitatem;* hoc est, noluit lex, id impunite abire alicui, qui plane id, quod secundum leges etiam caedes censetur, perpetraverit. Τὸ τῆς ἀδείας, usu loquendi Graecis tritissi-

mo, est hoc in loco *impunitas*. Praecipue autem videtur *Marcilius* cum interprete offendisse ad πεπραγμένου, quod pro ipso facto uterque adspexit; ubi πεπραγμένος (nam in masculino hic πεπραγμένου dicitur) sit ipse interfector, hoc quidem in loco. Saepissime Graeci perfecto passivo pro activo utuntur. *Lucianus* id facit passim. Sic in Nigrino §. 10. *Σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος, Tu enim pauca, et tantum quantum pote erat, memoria complexus tecum adfers*; pro συγκεκομικώς. Lib. 2. Verae Hist. cap. 33. *Οὗτος γὰρ δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς, σατράπας δύο, καὶ ὑπάρχους πεποιημένος, Is enim apud illos regnat, duobus satrapis et praefectis creatis.* In Tox. c. 11. *ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, — τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους, Est quidem, o Toxari, res haud parva viro, qualis tu es, paratam habenti orationem solerti acumine. Aelianus* VI. *Ποικιλ.* c. 11. *Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτοῦ*, pro πεπειρακότες. *Diodorus Sic.* lib. IV. cap. 69. *Ἐπίγονοι τὴν στρατείαν ἐπιφανῆ πεποιημένοι.* Sic πεποιημένος εὐχὰς apud eundem lib. V. cap. 58. *Polybius* lib. I. *Ῥωμαῖοι Τυῤῥηνοὺς ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι·* et, *τοὺς Καρχηδονίους πολλὰ μέρη τῆς Λιβύης ὑπήκοα πεποιημένους. Dionys. Halic.* lib. IV. *ἀρχαιολογ. Ἐὰν εὑρεθῇ παρεσκευασμένος ὅπλα.* Sic κεκτημένος passim pro domino, cum proprie is sit κεκτηκώς. Nec in Participiis tantum, sed etiam in Indicativis utuntur passivo, sensu activi. *Lucianus* in De saltatione cap. 79. *Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους*, perspicue pro κεχείρωκε. In Deor. dialogis VII. fin. *Ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς, virgam quandam fecit* Mercurius, *mirifica pollentem vi, qua animas sub tristia tartara mittit.* Sic ἐπεποίητο pro ἐπεποιήκει *Noster* in: Prometheus es in verbis. Itidem in Infinitivo: iterum *Noster* in Hermotimo c. 54. *Φασὶ γέτοι Φειδίαν, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο.* E contrario ἁλοὺς in activa forma, significatione passiva poni, nemo harum literarum peritus ignorat. Ita ἑαλωκὼς valet captus apud *Nostrum* in Philopseude c. 2. Huc referam quoque id, quod in Glossario legitur, *Absumptum*, καταναλώσαντα· nec sentiam cum *Vulcanio*, emendante καταναλωθέντα. Ego existimem, quia καταναλώσαντα, quamvis in activa forma, repertum fuerit significatione passiva, propterea potissimum fuisse notatum. Nam profecto iterum habes idem in Glossario Graeco-Latino, καταναλώσαντα, *absumptum*. Caeterum quod monere fere oblitus eram, locus, quo de agimus, ita, ac nos eum supra posuimus, distinguen-

dus est: vulgo male, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου τὰ ἴσα, καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. Sequitur continuo apud *Nostrum*, Εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον ἀξιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις. τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις. Haec per interrogationem puto prolata esse, atque adeo ejus signum in calce utriusque periodi requiritur. Secundum leges, ait, non modo qui ipse caedem perpetravit, punitur, sed et qui utcunque caedis auctor fuit. *Ergone cum,* (pergit) *qui ita cecidit aliquem, puniri tanquam homicidam censes, et neutiquam absolvi vis? Eum vero, qui pari ratione ac ille* (scilicet qui caedem commisit, licet utcunque fuerit auctor) *bene de civitate meritus est, non iisdem dignum censebis, quibus dignos censes bene meritos?* Forsan scripsit quoque *Noster* ἀποκτείναντα, non ἀποκτείνοντα. Sed illud κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον, utique sanum et sincerum est, ac ab *Marcilio* indigne sollicitatum. Est enim, ut exposuimus, *pari ratione mereri praemium censendus est hic, qua ille* (*qui caedis auctor fuit,*) *vere commisisse caedem, et puniendus esse, censendus est:* sive, *eadem ratione illi rationi, quam modo posuimus.* Sic enim αὐτός τινι dicitur, qui plane idem sit, ac alius. Jens.

Pag. 334. l. 2. Μάλα δικαίως) Καὶ μάλα δικαίως. Marcil. Non improbem illud καὶ μαλὰ, si plures Codd. addicerent: nam vulgata claudicabat; quia comma ante μάλα expressum erat, quod jam sublatum minus hiantem facit orationem: si quis tamen καὶ insertum cupit, ei licet id adsumere. Reitz. Omittitur in talibus haud raro particula καὶ, ut infra c. 18. εἰκότως simpliciter legitur adjunctum in simillimo verborum nexu. Lehm.

Ibid. Οὐ γὰρ ἐβούλετο etc.) Καὶ γὰρ ἐβούλετο. Etenim voluit par esse facto, id quod extra metum seu periculum facti, τὸ τῆς ἀδείας, nempe ἀφορμὴν ἴσως παρέχειν. Marcil. Οὐ γὰρ ἐβούλετο οὗτος. Sic legendum videtur. Et sic videtur legisse interpres. Guyet. Sic P. et L. οὐ γὰρ ἐ. τ. π. ἧσσον γ. τ. τ. ἀ. Antea pro ἧσσον in omnibus legebatur ἴσον. Locum corruptum merito censebat *Vorstius,* qui illud ἧσσον non viderat. Solan. Sic vertere visum, ut ipsa argumentandi ratio magis pateret. Opponuntur, ut arbitror, τὸ πεπραγμένον, (ut mox κεφαλὴ τῶν πεπραγμένων, et alia) id quod sua quis manu fecit, et τὸ τῆς ἀδείας· Ἄδειαν autem puto, quam modo ἀφορμὴν τοῦ φόνου dixit. Observantur mihi alia etiam loca, ubi ἄδεια et ἀδεῶς similiter ponunt, ut non tam ad metus absentiam et impunitatem, quam ad plenam, *cui nihil*

deest, facultatem, opportunitatemque referantur: sed memoriae confisus, ut fit, scribere neglexi. Gesn.

Ead. l. 3. *Ἧσσον*) Quia probis Codd. nititur, et bellam argumentationem efficit, recepi, et pro *nonne* — *aequalem*; *non enim minorem*, in versione reposui, ut quam minime multa in *Gesneri* interpretatione mutarem; quae ad vulgatam οὐ γὰρ — ἴσον composita, sic habebat: *nonne enim voluit ipsi facto aequalem esse suppeditatam plenam faciendi facultatem?* Quam versionem ut non rejicio, sic tamen illud ἧσσον eo planiorem sensum exhibere existimo, quo ipse sic est simplicior, si sine interrogatione procedat. Est enim sensus: *Lex non minus respicit consilium, quam ipsum factum.* Ἄδεια enim temerariam atque audacem molitionem hic significare videtur; quare, si liceret, omnia sic redderem: *Non enim voluit* (lex) *facto ipso levius censeri audax consilium*, vel potius, *conatum* istius, qui eo minore cum poenae metu agit, quod tutius per alium, quam per se caedem perficit. Verum et recte *licentiam*, sive *potestatem agendi*, quam alteri facio, vertas, cujus significatus exempla *Stephan.* in Thes. licet haud nimis accurate, notavit; ideoque hac in parte nihil quidem *Gesnero* adversor, modo ea agendi facultas per ἄδειαν intelligatur, quae simul securitatem quandam aut impunitatem promittit. Nam et recte hoc *Josephi* de Bell. Jud. IV. c. 7. §. 2. Διὰ γοῦν τὴν ἐν μετροπόλει στάσιν καὶ ταραχὴν, ἄδειαν εἶχον (sic enim pro ἔχον lego) οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ, τῶν ἁρπαγῶν, convertas: *Itaque propter seditionem ac turbam in metropoli plenam facultatem habebant nequissimi accolae ad rapinas.* Verum ea facultas licentiam et impunitas spem involvit. Conf. tamen praemissam *Jensii* notam, quam quia alia erudite tradit, integram servavi; circa haec verba autem haud scio, an sententiam fuerit mutaturus, si *Solani* mutatam lectionem vidisset. Adsentirer facile de πεπραγμένου hic active accipiendo, cujus exempla quoque dedi ad 1. Ver. Hist. c. 35. Sed quomodo sic τὸ τῆς ἀδείας significet, *ejus esse impunitatem*, non video, quia tum videtur dicturus fuisse *Lucianus*, ἐβούλετο γίγνεσθαι τὴν ἄδειαν. At jam τὸ τῆς est *licentia ipsa.* Reitz. Locum varie vexatum et tentatum ita lego et capio: τὰ ἴσα καὶ τοῦτον (scil. τὸν παρασχόντα ἀφορμὴν τοῦ φόνου) ἀξιοῖ ὁ νόμος ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως· οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἧσσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας· καὶ περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. εἶτα etc. *Eodem modo etiam hunc ipsum jubet lex vicissim puniri; idque omni jure: non enim volebat ejus, qui facinus ipse patravit, minorem esse securitatem* (quam scil. ejus, qui suasit et occasionem

suppeditavit): *ceterum etiam supervacanea est investigatio modi, quo caedes sit facta. Ergone* etc. Jam his, quae sequuntur, accommodatur legis praeceptio ei, de qua nunc agitur, rei. Nam verba: καὶ περιττὴ usque ad εἶτα non cum *Wielandio* pro alienis habeo, quae ordinem demonstrationis impediant, modo referantur ad id, quod lex praecipit, non ad sequentia, et habeantur pro additamento, quod quasi in parenthesi sit interpositum. Secundum legem illam, ait, non opus est, ut accurate etiam in modum caedis patratae inquiratur; modo certum sit et exploratum facinus ipsum. Deinde quod ad τὸ τῆς ἀδείας attinet, valde miror, tam longe aberrasse interpretes a vera et genuina ejus notione. Taceo *Gesneri* admodum quaesitam interpretationem, qua nimis confisus *Wielandius* se ipse impedivit. Verum neque id, quod tolerabilius de *impunitate Dorvillius* ad *Charit.* p. 255. Ed. *Beck.* et alii statuerunt, admitti potest, nisi simul turpem admittas circulum in demonstrando. Cape potius de *securitate,* quam proprie hoc vocabulum significat, et habebis jam optimum sensum, optimumque simul sententiarum nexum. Ἧσσον autem, quod duo Codd. servarunt, vera est lectio, ex qua ob ambiguam pronuntiationem factum est ἴσον; neque cum *Dorvillio* l. l. mutandum est in μεῖζον, cujus sensus indoli loci manifesto adversatur. Omnino *Dorvillius* levius totum locum percurrisse videtur. Denique non me male habet, quod verba: μάλα δικαίως — γίγνεσθαι in Cod. Gorl. desunt, ac deinde adnectitur praecedentibus, τῷ τῆς ἀδείας. Quodsi totus locus usque ad τῆς σφαγῆς abesset, haberi aliquo certe jure pro aliena observatione posset. Sic vero, quum praesertim voces τῷ τῆς ἀδείας cum antecedente oratione necti nullo modo possint, lacunam hanc velim haberi, incuriae illam librarii tribuendam, qui vocibus ἀντικολάζεσθαι et γίγνεσθαι, similiter exeuntibus inter se confusis, pro verbis μάλα δικαίως imprudenter posteriora τὸ (incaute etiam τῷ scripsit) τῆς ἀδείας arripuit. Ceterum de re conferri meretur simillimus dialogus Mortuorum ultimus. Lehm.

Ead. l. 5. Ἀποκτείνοντα) Non rejicio vulgatam; sed commode ἀποκτείναντα legas. Reitz. Ergo commode hac commoditate carebimus. Lehm.

Ead. l. 7. Τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον) *Marcilius* pro τούτῳ legendum censet τοῦτον. Sed quam habuerit emendandi rationem, non video: αὐτὸς enim passim cum casu tertio construitur. *Xen. K. Π.* 2. ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε. Et in Sympos. p. 893. εἰς ταὐτὸν τῷ οἴνῳ. Imitati sunt Latini. *Horat. Invitum qui servat, idem facit occidenti.*

Vitring. *Vitringam* et *Jensium* recte contra *Marcilium* sentire, si quid probatione indiget, vide nos ad 1. Ver. Hist. c. 3. Reitz.

Ead. l. 12. Ἐν τῇ σφαγῇ) Probe monuerat *Hemsterh.* videndum *Duker.* ad *Thucyd.* IV, 48. Is igitur σφαγὴν et hic *jugulum* significare, aeque ac apud *Thucyd.* l. c. pluribus testimoniis probat, inter quae eminet illud *Plutarchi* Galb. τὴν σφαγὴν προτείνας, δρᾶτε, εἶπε. Quod *Suet.* Galb. 20. dicit, *obtulisse ultro jugulum.* Tum neque *Luciani* verba sola adduxerat; sed et ea, quae mox cap. penult. sequuntur, ἀποσπάσας δὲ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος· (quod *Erasm.* ibi recte verterat, *avulso igitur ense e jugulo*) nec non Phalar. I. c. 5. μᾶλλον δὲ γυμνὴν ἤδη ὑπέχειν τὴν σφαγὴν, ubi *Gronov.* recte reprehendit interpretem, qui haec, *nudam caedem sustinere*, convertit. Sed vid. quae ibi noto. Adde *Foes.* in Oecon. Hippocr. ubi σφαγὰς ex *Hippocr.* libro περὶ ἀδένων, *venas jugulares* esse recte docet, et σφαγὴν *jugulum* significare, ex *Polluce* tradit; ideoque id versioni inserui. Reitz. Plane dubium non est, σφαγὴν esse jugulum, idque e *Polluce* jam *Camerarius* de partibus corp. hum. et Lexica vulgaria observarunt. Sed posueram in interpretatione, *gladium in caede reliqui*, non modo uti proprietatem vocis exprimerem; nam ideo lacuna illa inter κλεῖδα, s. jugulos interjecta σφαγὴ vocatur, quod locus ille ad *mactanda* parva vi animalia opportunus est: sed etiam quod obversabantur memoriae poëtae verba, quae jam quaerere non vacat, *gladiumque in caede reliquit.* Confer quae mox dicentur ad Phalar. I. §. 5. Gesn.

Pag. 335. l. 3. Ὑμεῖς) Quamquam *Parisina* habebat ἡμεῖς, in versione tamen recte expresserat *vos.* Reitz.

Ead. l. 6. Μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν;) Non ita populus Romanus, de quo *Cic.* Fam. 9, 10. *Te hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Sullae morte, antequam certum scierit. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit. Satis putant se scire, quod sciunt.* Gesn.

Ead. l. 9. Τὰ δὲ διὰ μέσου) Ita Ms. Reg. 3011. In Edd. δὲ legebatur post μέσου. Bip. Non opus erat hac transpositione, quae *Belino* etiam in superioribus nonnunquam nimis arrisit. Lehm.

Pag. 336. l. 2. Ἐνδεῖ τι) Τι in Edd. deficiens, reposuimus ex Ms. Reg. 2954. Bip.

Ead. l. 9. Ταῦτα, εἰ καὶ) Hic deest verbum τελεῖν, aut simile quid. Guyet.

Ibid. Ἔκ γε) Sic P. in reliquis est ἔκ τε. Solan.

Ead. l. 10. Καταστάντα) An παραστάντα; Guyet. Accipio

καταστάντα judiciali significatione, ubi significat *stare in judicio*, quo sensu *consistere Tertulliano* et aliis JCtis usitatum. *Thucyd.* I, 131. *καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν κ. τ. λ.* Gesn.

Ead. l. 14. *Τῆς γνώμης μόνης*) Antea in omnibus aliter interpungebantur haec verba, et *μόνος* pro *μόνης* legebatur, ad hunc modum: *ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος* etc. nullo aut certe misero sensu, qui nunc longe, ut puto, melior apparet. Solan. *Solanus* in *J.* aliter distinxerat et correxerat haec; scilicet sic: *ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γ. μόνης μόνος ἄξιός εἰμι*, i. e. ut conjicio, *τῆς γνώμης μόνης* etc. ut sensus esset: *suscepi negotium, periculum feci; propter solam adeo voluntatem solus praemio dignus sum: ἕνεκα* enim tum ante *γνώμης* relinquitur intelligendum. Non male. Reitz. Non male quidem. Sed non video, quorsum opus sit mutatione sententiae non sane miserae, ut *Solano* visum, sed probissimae, modo intelligas, quid sit *πειρᾶσθαι τῆς γνώμης*. Recte *Gesnerus: animi experimentum dare*, i. e. *specimen exhibere, documentum edere, consilii generose capti*, cui tamen eventus non respondit, quum alius id sit exsecutus. Praeterea nec grate sese exceperint, *Solani*, verba: *γνώμης μόνης μόνος*. Immaneamus ergo vulgatis. Lehm.

Pag. 337. l. 2. *Οὕτω ῥᾷστον*) Malles fortasse, Lector, *οὕτω ῥᾴδιον*, quia sic usitatius post adverbia intendendi; sed quia mox opponit *τὸ μέγιστον, καὶ δυσκατέργαστον*, studio videtur *ῥᾷστον* superlativo gradu posuisse, ut non facillimum, sed maximum et difficillimum facinus id fuisse praedicet. Neque contra linguae genium esse, ut rarior sit locutio, patet ex faceto *Lucillii* versu in *Antholog.* L. 2. c. 32. *Οὕτω κουφότατος πέλε Γάϊος, ὥστ' ἐκολύμβα* etc. Reitz.

Ead. l. 9. *Κατώρθωσε*) Vide, quae de hoc verbo dicta, supra 1. Ver. Hist. cap. 12. pr. adde mox cap. 19. *κατορθωμάτων* pro egregiis factis. Reitz.

Pag. 339. l. 1. *Δεσπότης*) Pro tyrannico imperio etiam Galli hac voce adjective utuntur, aeque ac Germani et Belgae. Reitz.

Ead. l. 7. *Υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ*) *Ἡλικία, κατ' ἐξοχὴν* de adolescentia dicitur, et illi, qui in *ἀκμῇ*, in flore aetatis sunt, dicuntur *εἶναι ἐν ἡλικίᾳ*. *Ulpian.* ad Olynth. I. *Demosth.* *ἡλικία ἐξαίρετος ἐπὶ τῶν νεωτέρων.* In Philipp. III. *Demosth.* *ὁ ἐν ἡλικίᾳ* opponitur *πρεσβυτέροις*. *Thucyd.* L. VI. c. 24. *τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ.* Et L. VII. c. 60. *Xen.* Hist. Gr. L. I. p. 446. Pari modo Latinis *actas* usurpatur. *Liv.* XLII, 34. *Cum primum in actatem veni.* L. Bos. In Epicuri testamento apud

Diog. Laërt. p. 272. A. εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν dicitur virgo, cum nubilis est. Solan.

Ead. l. 12. Εὐθὺς ἀγνοῆσαι) Non satis liquet, volueritne marg. *A.* 1. *W.* notare Codicis alicujus lectionem, qui bis ἀποθανεῖν habeat, omisso ἀγνοῆσαι, (quod tamen ita videtur, quia sic et alibi solet similia notare) an vero ἀγνοῆσαι ἀποθανεῖν, quo *Solani* conjectura, qui hanc collationem non vidit, belle adjuvaretur. Reitz. Quidquid sit, non aliena est haec admodum figurata orationis forma ab hujus declamationis, et loci quoque hujus ipsius, indole. Quare nihil mutandum censeo. Lehm.

Ibid. Τὸ δ' εὐθὺς) Turbant hic Codices. In *Flor.* desunt τὸ δ' εὐθὺς ἀποθανεῖν. Ego τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοήσαντα ἀποθανεῖν legendum censeo. Sed interim, dum accedat Codicum auctoritas, vulgatum retineo. Solan.

Ead. l. 14. Ὦ οὗτος) Frequens compellandi formula, non tamen nimis honorifica, sed plerumque aliquid reprehensionis habens, ut *Aesop.* in fabulis persaepe solet, veluti Fab. 16. cum Oraculum maligno exploratori respondet, ὁπότερον, ὦ οὗτος, βούλῃ, ποίησον, et alibi non semel; vel pro heus tu, ut ap. *Aristoph.* Ran. 172. et Pluto 439. Verum et in mitiorem partem *Aesop.* Fab. 25. ubi medicus ait consulenti, ὦ οὗτος, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον — ἐπίδος. Quare non irascor pristino interpreti, haec verba vertenti, *vir egregie;* nec tamen satis probo. V. idem cap. 16. Reitz. Non sensit *Reitzius* ironiam in compellatione: *vir egregie,* quae tum formulae nostrae, tum etiam loci rationibus, optime conveniebat. Lehm.

Pag. 340. l. 10. Τὰς ἐπὶ τῶν) Pro ἐπὶ, lego ἔτι. Vide, an sic sanetur locus. Nam quod ἐλπίδας χρόνων μελλόντων pro *metu futuri* sumitur, ne te moretur. Habuisti enim jam in praecedentibus, cap. 3. τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος· et c. 11. ἐλπὶς τοῦ φόβου. Sic etiam *Chrysost.* 253, 1. ad Pop. Antioch. Omnium maxima difficultas ex sequentibus oritur, ἐπ' ἀ. ἐ. τ. σ. quo enim referantur non habent. Solan.

Ead. l. 11. Ἐλπίδας) Conf. quae supra dicta ad cap. 3. De plurali autem supra quoque jam dixi. Conf. cap. 38. f. Quom. hist. etc. 61. f. et *Long.* Past. III. p. 99. παρ' ἐλπίδας, et *Duker.* ad *Thucyd* VIII. c. 81, 43. Reitz.

Ibid. Χρόνων, ἐπ' αὐτὸν) Ait Tyrannicida, se sublato tyranni filio, omnia simul mala patri ingessisse, quae eum mori cogerent. Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις,

καὶ παρὰ τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα. Videtur aliquid intercidisse, nimirum καὶ post vocem χρόνων. *Omnia itaque cumulata ei circumdedi, naturam* (στοργὴν scilicet), *dolorem, desperationem, metum, temporum insecuturorum horrores, et auxiliatoribus in eum usus sum, atque ad extremum hoc consilium perpuli.* Interpres non male supplevit τούτοις, *his adversus illum auxiliis usus sum.* In editione Florentina post vocem μελλόντων hiatus est, et duae voces sequentes omissae; quod argumento est, Codicem, quo Florentini usi sunt, eo loco se male habuisse. Jens.

Ibid. Ἐπ' αὐτὸν) Τούτοις hic desiderari videtur, legendumque, τούτοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην. Guyet. Parum abfuit, quin illud τούτοις ante ἐπ' in contextum receperim; ita id mihi necessarium videtur. At potest jam eo uti, qui voluerit. Neque quisquam vitio vertat, quod tamen mox πρὸς pro παρὰ et περὶ ex eodem receperim: id enim factum, quia res ipsa loquebatur, etiam sine Codicum ope sic corrigendum; tum quia nec vulgata lectio sibi constabat; quae quando constans est, minus facile movenda. Ceterum, si cui minus adridet illud καὶ, quod *Jens.* post χρόνων inseri vult, punctum minus post id vocabulum ponat, et sic sine καὶ sensus satis constat, qui tamen vel cum commate tolerabilis est. Reitz. Nulla loci depravati sanandi ratio omnino mihi satis facit. Nam ut vulgo leguntur verba, non possunt non offendere, quoniam non solum copula deest, quae necessario ante verba ἐπ' αὐτὸν exspectabatur, neque huic inopiae commate vel majori interpunctione, ut voluit *Reitzius*, neque tamen fecit, adhibita succurri satis potest, sed etiamsi καὶ cum *Jensio* inserueris, οἱ σύμμαχοι qui sint, nonnisi conjiciendo assequaris. Jam etsi cum *Guyeto* τούτοις praemiseris verbis ἐπ' αὐτὸν, quam rationem *Gesnerus* praetulisse videtur, vereor, ne articulus ante συμμάχοις minus recte sit positus. Cogitabam de mutanda voce ἐπέστησα in ἐπιστήσας, ut certe vinculum aliquod sententiarum efficeretur. Verum nec sic omni ex parte mihi satisfactum sentio. Restat, ut in universo loci sensu, qui non est obscurus, acquiescentes, verba quaedam singula vel corrupta habeamus, vel minutam statuamus lacunam quandam, cujus vestigia satis luculenta Editio *Florentina* ostendit. Conjecturis, quae varia via excogitari possint, indulgere nolebam, quum nullam intelligerem satis firmo fundamento fulciri posse. Quare etiam suspectum illud ἐπὶ, pro quo hoc quidem loco non satis probabiliter ἔτι substituit *Solanus*, hactenus retinendum duxi

Conferas interim supra c. 6. ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο. Lehm.

Ead. l. 12. Πρὸς) Sic rescripsi. In impressis παρὰ, excepta *Junt.* quae περὶ habet, quod in P. etiam exstat. Solan.

Ibid. Καὶ παρὰ τὴν) Hic locus integer non videtur. Guyet. Jam tamen ex *Solani* emendatione integer videbitur. Reitz.

Pag. 341. l. 1. Ὑφ' αὐτοῦ) Ὑφ' αὐτοῦ erat in *Par.* Sed ex ipso ὑφ' satis apparet, eam et αὐτοῦ adspirare voluisse. Reitz.

Ead. l. 12. Παντὶ) Leg. πάντη τοῦτο. Guyet.

Ead. l. 13. Νομίσατε) Ἐνομίσατε. Guyet. Οὐκ ἀντὶ τούτου — ἐνομίσατε) Fuit, cum putarem legendum πάντως. Sed nondum sic satis sanus erat locus. Nunc autem verissima mihi videtur, quam in textum recepi, emendatio. Solan. Quia sequentia verba omnia suum augmentum habent, etiam in hoc verbo addidissem, quod et *Solan.* in *Junt.* fecerat. Licet haud immemor sim eorum, quae supra non semel de augmento frustra adjecto dixerim. Verum quia *Gesner.* id imperativo modo accepit, nihil mutavi Sed si quid mutandum, possis etiam νομίσαιτε legere, ut sit, *iudicassetis;* nam vel sic, vel ἐνομίσατε legendo, argumentatio clarior, et sensus magis cohaerens mihi videtur. Reitz. Ego putabam, νομίσατε relinquendum, cum ipsam contineat petitionem possessoris gladii, et protasin argumentationis finiat. Si hoc solum peterem, Gladium honorate: nonne ipsum quoque dominum ultro honore afficeretis? Gesn.

Ead. l. 15. Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθ.) Non ut ipse quoque inter Deos referatur gladius; quamquam apud Scythas cultum acinacem legimus: sed quoniam ad donaria in templis suspensa, (forte etiam Deo alicui, ut Jovi ultori, ut Marti, appensus gladius) pars etiam cultus et religionis illius videtur pervenire. Sic supra Somn. c. 8. statuarii nobiles μετὰ τῶν θεῶν προςκυνεῖσθαι dicuntur, quod cum Phidiae Jupiter adoratur, etiam ipse artifex in partem honoris videtur venire. Gesn. Vide ibi Adnotationem nostram. Legitur autem ibi: προςκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν. Unde colligas, h. l. non esse cum Gorl. Cod. legendum κἀκεῖνο pro ἐκεῖνο. Lehm.

Pag. 342. l. 2. Τιτρωσκόμενος) Hic desiderari videtur ὁ υἱὸς, vel ὁ νεανίσκος, ut interpres exposuit. Guyet. Non adeo desideratur υἱὸς, vel νεανίσκος, quam intelligitur ex antecedentibus et consequentibus. Nexus enim orationis est, ἐπεὶ γὰρ φονευόμενος, ὁ μὲν ἀνεβόησεν. Nisi malis mecum ar-

ticulum addere, ὁ φονευόμενος legendo, ut sic plenius eidem respondeat repetitum deinde ὁ μὲν, quod ἐπανόδῳ inservit, propter insertas illas caedis rationes, sensum suspendentes. Reitz.

Pag. 343. l. 2. *Καὶ τῇ βραδύτητι, κολάζειν δέον, καὶ παρατείνει*] Haec verba *J. Scagerus* l. c. violentissime mutari vult hunc in modum: *καὶ (κολάζειν δέον) παρατείνει μοι* etc. *et, quum debeat, quum optandum mihi sit, supplicium repraesentari.* Ergone non solum *τῇ βραδύτητι*, sed etiam sequens *καὶ*, e textu ejiciantur? Quod nemini facile probabitur. Tantae licentiae ansam praebuit falsa priorum Editionum interpunctio, et hinc profecta *Gesneri* interpretatio: *et ipsa tarditate ut puniat, extendit mortem meam.* Minutissimo commate post *βραδύτητι* posito, en tibi jam *Luciani* mentem! Lehm.

Ead. l. 6. *Προπαρεσκευασμένον*) Vide, si operae est, similem lapsum complurium Editionum, *προπαρασκ.* pro *προπαρεσκ.* exhibentium, infra in Lexiphan. c. 24. Hic enim augmentum ab auctore fuisse neglectum, non credo, etsi supra exemplorum satis dedimus, ubi id studio fecerint auctores. Reitz.

Ead. l. 12. *Πρώτως*) Legendum omnino aut *πρῶτος*, aut *πρώτῳ*, sed illud concinnius videtur. Solan. Non magis hic, quam Diall. Mortt. XXX, 2. *πρώτως* immutandum existimo, licet h. l. Gorl. Cod. *πρῶτος* exhibeat. Nec *Dorvillius* ad *Charit.* p. 390. *Solani* emendatione opus esse judicat, quamquam is, si opus sit, magis in *πρώτῳ*, quam in *πρῶτος*, inclinat. *Hermannus* tamen ad *Viger.* p. 778. ubi aliam ob caussam haec verba affert, *πρῶτος* scripsit, nescio, an suum hic potius sensum secutus, quam textu ipso attente inspecto. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἤ*) Delendum istud *ἢ*, ut ineptum. Solan. *Solanus* particulam *ἢ* deletam cupit; nec ego desiderarem, si abesset. Verum, etsi *ἀλλ' ἢ* etiam pro *ἀλλὰ μόνον* accipiatur, ut *Viger.* de partic. ex *Aristoph.* *Εἰρην.* docet, quid prohibet *μόνον* vel *ἢ* per pleonasmum addi? Nam et alibi abundat *ἢ*, in alio locutionis genere, ut *Aesop.* fab. 2. Aquil. et Scarab. *ὀρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διὸς, ἠ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ.* Sic sine accentu *ἠ* legitur in mea Edit. *Aesopi.* Sed *ἦ μὴν* in jurandi formulis usitatum circumflecti solet; quare et forsan hic scribendum *ἀλλ' ἦ*, ut significet *certe quidem*, cujus significatus exempla *Stephan.* jam dedit in Thesauro. Reitz. Mihi dubium plane non est, quin *ἀλλ' ἦ* sit scribendum: *mortuus essem, at profecto ut merus tyran-*

nus, at sperans adhuc me ultorem esse habiturum. Hanc vim confirmativam, quam *Devarius* in libro de partt. Grr. p. 28. omittere non debuit, certam, apud nostrum quidem scriptorem, reddit initium libelli De Imag. Eadem statuenda in Necyom. c. 1. ubi *Hemsterhusius* in Adnot. significat, se nonnisi interrogativam harum particularum vim nosse, vel agnoscere. Nam ἀλλ' ἢ ibi vulgo quidem legitur, sed Cod. L. et Ed. *Junt.* rectius habent ἀλλ' ἦ. Contra De Merc. Cond. c. 22. οὐδὲν ἀλλ' ἢ φῦσαι vera lectio est, potestatis quidem exceptivae post vocem negandi. Haec nostra verba *Zeunius* ad *Viger.* p. 476. qui ἀλλ' ἢ legit, mire vertit: *Si prius trucidatus essem; mortuus essem secus quam ut merus tyrannus,* jure carptus ab *Hermanno* in Animadv. ad eum locum, cujus tamen et ipsius rationem fateor mihi non satisfecisse, ut ex iis, quae modo dixi, pateat necesse est. Lehm.

Ead. l. 15. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν) Vertitur, *gladium adegit.* Sed vertendum, *caedem accelerabat*, ac pro ἐπῆγε, ἐπεῖγε legendum. Guyet. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν nihil est nisi *aggrediebatur caedem*, nec de ἐπεῖγε cogitandum, neque etiam cum *Jacobsio* in Specim. Animadvv. p. 29. ἐπῆγε τὴν σφαγίδα scribendum, praesertim quum instrumentum illud letiferum per totam declamationem non σφαγὶς, sed ξίφος, fuisse dicatur. Lehm.

ADDENDA ET CORRIGENDA

ad Tom. III.

Pag. 177. l. 9. pro *ΣΤΟΙΚ.* leg. *ΣΤΩΙΚ.*
— 192. l. 3. pro *ἐξημμένον Bake* ad *Cleomed.* p. 420. e Vitar. Auct. c. 7. *ἐξηρτημένον* rescribi vult.
— 219. l. 8. pro *ἀφανῆ* idem *Bake* p. 267. legi vult *ἐμφανῆ.*
— 228. l. 3. post *τοιούτου* etiam *Gailius βίου* inseri jubet e Ms.
— 231. l. 6. *τοῦτον* refert *Gail.* in duobus legi Mss.
— 232. l. 3. *οὐκ* cum *Guyeto* expungendum censet *Gail.*
— 233. l. 3. *ὅλως* et *Gailio* placuit ex uno Ms.
— 247. l. 13. *ὑπειπὼν* malit *Gail.*
— 254. l. 21. pro c. 29. leg. c. 30.
— 270. l. 1. *ἀχάριτος* etiam *Gail.* scribi vult.
— 278. l. 2. (in Varr. Lectt.) *Gail.* in textu quidem retinuit *ἄωρα*, sed non improbans *ἄδωρα.*
— 313. l. 4. lege *κνημῖδας.* (*Hom.* Il. III, 330.) Cf. Adv. Indoct. c. 7.

---

ad Tom. IV.

Pag. 4. l. ult. in Varr. Lectt. pro 944. leg. 9. 44.
— 5. l. 13. distingue *μέ — μνημαι.* Et sic aliquoties per hunc tomum aberratum est a recta distinguendi ratione.
— 35. l. 9. pro *καλὼν* l. *καλῶν.*
— 40. l. 3. (in Vers. col. 2.) pro *consilli* l. *consilii.*
— 46. l. 2. (Varr. Lectt.) pro *οἶδας* l. *οἶδας.*
— 48. l. 3. pro *εἶναι* l. *εἶναι.*
— 50. l. 13. (Vers. col. 1.) pro *Achilis* leg. *Achillis.*
— 51. l. 10. pro *αἱρεῖσθα* leg. *—αι.*
— 58. l. 6. pro *εἶχον* leg. *εἶχον.*
— 61. l. 7. post *ἀτρέμα* ponendum semicolon.
— 63. l. 15. pro *τὸν* leg. *τῶν.*
— 64. l. 4. post literam Z deest interrogationis nota.

Pag. 66. l. 12. πεπρᾶχθαι. Sic correctum est, quod vulgabatur, πεπράχθαι.
— 77. l. 3. pro κακαλυμμένον leg. κεκαλ.
— 85. l. 6. pro ου leg. οὐ.
— 87. l. 9. δῦναι, quod *Dindorfius*, doctissimus amicus, me invito, edi curavit, nec non probo. Infinitivum esse, nemo dubitet. De Tempore quaerebatur. Jam vero δύναι Infinitivus est Praesentis (cf. δεικνύναι, σβεννύναι, ζευγνύναι etc.) δῦναι Aoristi (cf. στῆναι, θεῖναι etc.). Atqui δύναι, quam formam vett. Edd. servarunt, recte habet h. l. Ergo non erat mutandum.
— 90. l. 13. pro διεκδῦναι leg. διεκδύναι. cf. c. 63.
— 96. l. 10. Recte scribi αὖρα monuerunt *Schaefer.* ad *Long.* p. 378. et *Porson.* ad *Eurip.* Hecub. 442. (Herm.) Quamquam nostri libri in compluribus locis, ut Ver. Hist. II, 5. Amor. c. 6. et 12. et h. l. constanter tenent scripturam αὖρα et αὖραι.
— 143. l. 7. del. comma post προςγένοιτο.
— 155. l. 9. leg. δύναι pro δῦναι. Vid. supra Addenda ad p. 87. l. 9.
— 168. l. 9. πολυφωνώτατω ut variam lectionem proponit *Gailius*, sed mendosissime certe scriptam.
— 175. l. 5. ἑταίρας nec *Gailio* placuit.
— 177. l. 7. θυμήδες (scrib. θυμηδὲς) etiam *Gail.* ex Ms. quodam (2956. ap. *Bel.*) pro varia lectione affert, vertens: *ce qui flatte l'esprit.*
Ead. l. 8. ἀκούουσιν ἦν· μὴ — ἐπινοῆσαι, ut in *Salm.* aliisque Edd. rescripsit *Gail.*
— 184. l. 3. θυμοῦ retinuit *Gail.*
— 188. l. 4. (Varr. Lectt.) leg. φροιμίῳ pro φροιμίου.
— 191. l. 11. (Vers. col. 1.) pro *At* leg. *Ad.*

Libri sequentes librariae *Weidmanniae* Lipsiae sumtibus sunt editi pretiisque quae indicavimus venduntur.

Aeneae, Tactici, Commentarius de toleranda obsidione, graece, ad Codd. MSS. Parisienses et Mediceum recensuit, versionem lat. et commentarium integrum Is. Casauboni, notas Iac. Gronovii, G. H. C. Koesii, Casp. Orellii aliorumque et suas adiecit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 16 Gr.

Ammiani Marcellini quae supersunt. Cum notis integris Frid. Lindenborgii, Henr. et Hadr. Valesiorum et Iac. Gronovii, quibus Thom. Reinesii quasdam et suas adiecit Io. Augustin. Wagner. Editionem absolvit Car. Gottl. Aug. Erfurdt. III Tomi. 8 maj. 1808. Charta impress. 5 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. 7 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. (Velin). 12 Thlr.

Ammiani Marcellini Opera, ex recensione Valesio Gronoviana per prosopographiam et Glossarium latinitatis ad studiosorum usus accommodata curante Aug. Guil. Ernesti. 8 maj. 1772. charta scriptoria. 2 Thlr. 12 Gr.

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. XIum. Scholia graeca, curavit Guil. Dindorfius. 8 maj.

Etiam sub titulo:

Scholia graeca in Aristophanis Comoedias edidit Guil. Dindorfius. Vol. IIum. Charta script. 5 Thlr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 5 Thlr. 8 Gr.

Aristophanis Aves. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. Charta impress. 20 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr. 6 Gr.

Beck, Dr. Ioa. Ludov. Guil., Indicis Codicum et Editionum iuris Iustinianei prodromus. 8 maj. Charta script. 10 Gr.

Caesaris, C. Iulii, Commentarii de bello gallico et civili, accedunt libri de bello Alexandrino, Africano et Hispani-

ensi, post Cellarium et S. F. N. Morum denuo curavit Ier. Iac. Oberlinus. Editio nova. 8 maj. 1819. charta impress. 2 Thlr. 12 Gr.

Caesaris, C. Iulii, Idem liber, charta script. gall. 3 Thlr. 6 Gr.

* — — Idem liber, charta belgica opt. 6 Thlr.

Calpurnii, T., Siculi, Eclogae XI. Recognovit, adnotatione et Glossario instruxit Christ. Dan. Beck. 8. 1802. 20 Gr.

Ciceronis, M. Tullii, Epistolarum libri XVI cum notis criticis Traug. Frid. Benedicti. II Tomi. 8. 1790. 2 Thlr. 12 Gr.

Ciceronis, M. Tullii, de Legibus Libri III. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1809. Charta impress. 1 Thlr. 8 Gr.

— — Idem liber, charta scriptor. gall. 1 Thlr. 16 Gr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 2 Thlr. 16 Gr.

Ciceronis, M. T., Academica. Ex scriptis recens collatis etc. edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1810. Charta impress. 1 Thlr. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 3 Thlr.

Ciceronis, M. T., de Finibus bonorum et malorum libri V. Ex scriptis recens collatis edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1814. Charta impress. 2 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 3 Thlr. 8 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 5 Thlr.

Etiam sub titulo:

Ciceronis, M. T., Philosophica omnia. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit I. A. Goerenz. Vol. I. II. et III. 8 maj. 1809. — 1814.

Ciceronis, M. T., ad Quintum fratrem Dialogi III de Oratore. Cum integris notis Zach. Pearce edidit et aliorum interpretum animadversiones excerpsit suasque adiecit Gottl. Christoph. Harless. 8 maj. 1816. Charta impress. 2 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. 3 Thlr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 7 Thlr. 8 Gr.

Cornelii Nepotis vitae excellentium Imperatorum. Cum animadversionibus I. A. Bosii, varias lectiones et praefat. addidit Io. Frid. Fischerus. Editio nova multo auct. et emend. 8 maj. 1806. charta impr. 2 Thlr.

Cornelii Nepotis idem liber, charta script. gallica. 2 Thlr. 18 Gr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 5 Thlr.

Demosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. Rüdiger. 8 maj. Charta impress. 21 Gr. et 1 Thlr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 4 Gr.

Flori, Lucii Annaei, Rerum Romanarum libri IV., quos editione hac novissima ad opt. Codd. recensuit et notas ad instar Io. Minelli illustravit M. Christ. Iunckerus. 12. 1754. 6 Gr.

Göller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam Thucydidis potissimum historiam scripsit atque Philisti et Timaei rerum Sicularum Fragmenta adjecit. Acc. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 18 Gr.

Hesiodi Opera et Dies. E veterum grammaticorum notationibus et optimis libris MSS. recensuit Frid. Aug. Guil. Spohn. Editio minor, in usum scholarum et academiarum. 8. Charta impress. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. 10 Gr.

— — Idem liber, charta mel. 12 Gr.

Homeri Carmina cura C. G. Heyne. Tomus IXnus, Indices continens, confectos ab E. A. Guil. Graefenhan. 8 maj. Charta impress. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. 20 Gr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 1 Thlr. 12 Gr.

Hottingeri, Io. Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 16 Gr.

Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Prof. Frider. Spohn. Accedunt fig. geograph. 4 maj. Charta impress. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. 20 Gr.

Manutii, Pauli, Commentarius in M. Tullii Ciceronis Orationes. Curavit C. G. Richterus, 8 maj. 1783. 3 Thlr. 8 Gr.

Pausaniae Graeciae descriptio. Edidit, Graeca emendavit, latinam Amasaei interpretationem castigatam adiunxit et animadversiones atque indices adiecit Carol. Godofr. Siebelis. Tomus Ius. 8 maj. Charta impress. 2 Thlr. 20 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 3 Thlr. 8 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 3 Thlr. 16 Gr.

Platonis quae exstant Opera. Accedunt Platonis quae feruntur Scripta. Ad optim. librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratiss. adiecit Fridericus Astius. Tom. Vus, continens Politiae Libr. IX et X. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.
et Charta impress. meliori. 1 Thlr. 10 Gr.

— — Idem liber, charta script. gallica. 1 Thlr. 16 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 3 Thlr.

Silii, Caii, Italici, Punicorum libri XVII, varietate lect. et commentario perpetuo illustravit I. C. T. Ernesti. Accedit Index uberrimus. Vol. I. et II. 8 maj. 1791. 92. 2 Thlr. 20 Gr.

— — Idem liber, charta script. 4 Thlr.

Xenophontis Convivium et Agesilaus. Recensuit Ludov. Dindorf. 14 Gr.